Digitized by Google

30

Digitized by Google

qui in Acad. Marburg. a sua fundatione ad nostra usque
docuerunt: Marb. Cattor. 1727. 4.
v. Dr. Aubert. Th. B. T. III. p. 789.

<36606422010014

<36606422010014

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Biogr. coll. 358.

1293.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

M. IO. CASPARIS ZEVMERI
GLAVCHENSIS MISNICI

VITAE PROFESSORVM THEOLOGIAE IVRISPRVDENTIAE MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE

QVI IN ILLVSTRI ACADEMIA IENENSI
AB IPSIVS FVNDATIONE
AD NOSTRA VSQVE TEMPORA
VIXERVNT ET ADHVC VIVVNT

VNA CVM SCRIPTIS A QVOLIBET EDITIS

QVATVOR CLASSIBVS

RECENSITAE

CVM CENSVRA ET ADPROBATIONE SVPERIORVM

PRAEFATIONEM PRAEMISIT

M. CHRISTOPHOR. WEISSENBORNIVS
F. P. I. ADI. ET ILLVSTRIS, QVOD EISENBERGAE FLORET,
CHRISTIANEI RECTOR ET INSPECTOR.

IENAE
IMPENSIS IO. FELICIS BIELCKII
M DCC XI.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

S. D. P.

CHRISTOPH. VVEISSENBORNIVS.

EQuidem tantum abeſt, vt ſolidioris doctrinae cardo in ſola praeclarorum virorum cognitione vertatur, vt potius in intimiora

timiora rerum adyta penetrare debeant verae ſapientiae cultores atque in omnium cauſſas inquirere: attamen non translatitiam hominum de communi egregio egregie meritorum habere notitiam, maioris certe res eſt momenti, quam non nulli obeſae naris homunculi arbitrantur. Etenim eximiorum virorum merita, renovata identidem ipſorum memoria, ab oblivione vindicare ac poſteris ad imitandum proponere, non laudandae modo conſuetudinis, verum etiam aequitatis legibus ſancitum eſt. Nemo quoque vocabit in dubitationem, maxumam doctorum virorum notitiae meſſe utilitatem, quisquis cum incomparabili olim Athenarum Cimbricarum ornamento, ſummo litterariae rei praeſidio, πολυμαθείας promocondo,

MORHOFIO, ſibi perſuadet, vitarum ſcriptores, niſi utramque ſaltem alteram Hiſtoriae litterariae facere paginam. Cum quotidiano probetur experimento, exempla nobis longe feraciora & uberiora eſſe non ad litterarum modo, ſed ad virtutis etiam gloriam, quam praecepta nullo experientiae lumine illuſtrata. Quotiescunque enim aut Theologis aut Iureperiti, aut Medici, aut Politici, aut Philoſophi vitam legimus, toties quaedam ex exemplari diſcimus ſingularia, ad ſcientias illas facientia, quae iis, qui nuda praecepta tradiderunt, ne in mentem quidem venerunt. Quid? quod, ex laudati modo Polyhiſtoris iudicio, ab aliis ea percipimus arcana, quae non augendae tantum ſcientiae ſed & prudentiae, in vita hominis litterati maxume neceſſa-

riae, deſerviunt. Dum enim ex aliorum exemplo cognoſcimus, qua ratione hic vel ille ad tantam pervenerit dignitatem, hominumve aut gratiam aut odium inierit, profecto non poſſumus, quin optumorum veſtigiis virorum inſiſtentes, iisdem prorſus viis ad ſapientiae bonaeque mentis arcem non remiſſe nec oſcitanter feſtinemus, factique aliorum periculis circumſpectiores cautius mercari diſcamus. Atque haec, quae de recolendae inclitorum virorum memoriae aequitate ac utilitate breviter differere mihi placuerunt, eo maiorem apud ſapientiores meritura eſſe fidem, confido, quo certius conſtat, illa & albo, quod aiunt, comprobari calculo ſtrenui hiſtoricae rei vindicis, DIODORI SICVLI: *aequum eſt*, dicentis,

ſimul-

ſimulque vitae conducibile bonos alterius commendatos laudibus illuſtrari: Nam maiorum aemulatione & memoria plerumque poſteritas ad communem benefacientiam incitatur. Quae cum ita ſint, multi, quibus pectora magis ſapiunt, viri Germanorum in conſignandis inſigniorum hominum vitis negligentiam demirati eapropter valde illos vituperarunt. Exiguus enim eorum numerus eſt, qui ex Teutonum gente praecipuam hanc hiſtoriae litterariae partem eo, quo par fuit, ſtudio excoluerunt, exultamque dignis ſeculi adplauſu documentis poſteritati commendarunt: cum exterae e contrario nationes doctorum ſuorum famam non perituris litterarum monumentis conſecratam ad poſteros transferendo immortale nominis decus

ſibi compararint. Vereor equidem, ne chartae anguſtia capiat omnes, quos ex peregrinis populis celebriores vitarum ſcriptores novimus: neque opus, arbitror, eſſe, eos hoc loco repetere prolixoque ſtilo perſequi, quos Polyhiſtorum facile Princeps, MORHOFIVS, & celeberrimus eiusdem aemulus, Ienenſisque Athenaei *Eleus Hippias*, BVRCARDVS GOTTHELFFIVS STRVVIVS, in ſcriptis ſuis auro cedroque dignis, addito ſingulis iudicio, recenſuerunt. Negandum quidem non eſt, unum alterumve vitarum ſcriptorem aliquo abhinc tempore inclaruiſſe, ſcriptisque, egregiam laudem meritis, multos in eam adduxiſſe perſuaſionem, fore, ut, continuato porro doctorum ſtudio, ſtudii litterarii

terarii gloria maiora indies incrementa atque ornamenta capiat. Verum enim vero hoc minime obſtante, vehementer animi pendeo, Germanos vitarum ſcriptores exterorum famae adaequatum unquam iri. Etenim neſcio, quae ſegnior ad virtutem indoles impeditum Germanos eat, quo minus bona ſeculi intelligant, aeſtimatisque tantae utilitatis ſtudiis, exterorum populorum exemplo, incipiant maturius ſapere. At vero quo rariores in terris noſtris ſunt, qui ad deſcribendas excellentiorum virorum vitas induſtriam exercent ſuam, eo cariores, virtutisque ornamentis atque inſignibus digniores habeantur, neceſſe eſt. Hos inter non inferiorem quendam locum meretur vir non uno doctrinae melioris virtutisque

ſpecimine clariſſimus, M. IO. CASPARVS ZEVMERVS, qui pro ſuo rem litterariam iuvandi ſtudio, ac laudabili memorem benemeritorum animum IENAE, benigniori per ſeptennium ſtudiorum ſuorum altriei comprobandi ardore, Honoratiſſimorum quorundam fautorum atque amicorum adhortatu perſuaſuque adductus, praeſentes PROFESSORVM IENENSIVM VITAS, quatuor claſſibus diſtributas, adornavit. Anſam huic labori dedit *Syllabus Rectorum & Profeſſorum Ienenſium*, auctore quoad viveret, clariſſimo, M. ADRIANO BEIERO, Archidiacono, ordinisque, qui IENAE florebat, Philoſophici adſeſſore, foras datus. Quem quoniam ſaltem ad annum MDCLIX.

Digitized by Google

MDCLIX. continuavit, multaque notatu digna compendii ergo omisit; cum tamen usque adeo adcurate omnia sint notanda, ut, ne omina quidem & somnia in vitarum descriptione negligenda esse, contra MARESIUM disputaverit MORHOFIVS; telam igitur a B. REIERO, venerando IPSIVS conterraneo orsam, ZEVMERVS noster adgressus est pertexere, omniumque, qui a prima Ienensis academiae fundatione docendi in quocunque ordine officiis functi quondam fuerunt, atque etiamnum funguntur, PROFESSORVM vitas consignare, ac iucundioribus scituque necessariis hinc inde insertis, adcuratius omnia observare. Prolixiorem quidem in multis se fuisse futurum, NOSTER ipse, cum adhuc in vivis

vivis esset, fatebatur, nisi ardens bibliopolae desiderium reiicere quaedam atque amputare iussisset. Stilum non ubique aequabilem in praemissa priori primae vitarum classis editioni praefatione IPSE excusavit eo, quod varios secutus auctores eorum verba & phrases saepius studio retinuit, veritus, ne aliquid de illis immutaturus iuvenili quodam tantae famae viros reprehendendi pruritu laborare videretur. Atque haec sunt, LECTOR BENEVOLE, quae de vitarum ZEVMERIANARVM loqui Tecum inpraesenti volui. Meis equidem encomiis non indiget iste liber, qui vel mearum laudum praesidio destitutus utilitatis suae conscientia se tuetur: quia tamen BEATO AVCTORI, cuius praefationem

nem mors, cum haec iam ad umbilicum deducta vix typographo tradita essent, praeveniens intercepit, visum ita fuit, praefari aliquid constitui, ut tam honestae eidemque ultimae BEATI ZEVMERI, Adfinis, compatris atque amici multos bene annos carissimi atque adeo nunc desideratissimi voluntati quodammodo satisfacerem, meumque IPSI animum post mortem etiam integerrimum publice testarer. De cetero cum tam bene de doctorum fama meruerit NOSTER, eorum vitas describens, nihil sane video, quid impediat, quo minus ad finem huius praefationis adiicere mihi liceat, quae quondam ex BEATI AVCTORIS adhuc viventis desiderio, ut libro ipsi adiungerentur, prophetico ne dicam

cam potius an poetico actus ſpiritu, in IPSIVS laudem cecini:

Clarum poſt mortem doctorum vivere nomen,
Vitae, quas vulgas, *ZEVMER AMANDE*, probant.
Quae cum *TE* pariter ſoleant adiungere doctis,
Et *TVA* poſt ciceres *FAMA* ſuperſtes erit!

CLASSIS I,

CONTINENS

VITAS PROFESSORVM THEOLOG. IENENSIVM.

IOHANNEM FRIDERICVM Magnanimum illum fuisse Principem, qui difficilius a pietate, quam a suo cursu Sol auerti potuit, partim miranda eiusdem testatur constantia, quae tanta fuit, vt coelestem veritatem etiam vitae & fortunarum iactura redimere maluerit, quam Antichristi saeuitiam, animarum quietem miserrime turbantem, diutius tolerare: partim praeclarissima ipsius instituta, quibus DEI gloriam amplificare hominumque solamen humanis traditionibus magna ex parte obnubilatum restaurare volebat. Et ex hisce sane non minima felicitas *Jenam*, iam per orbem celebratam, profecta est, siquidem laudatus Princeps ibi Anno salutis M DXLVIII. d. XIX. Martii Gymnasium erigendo verae religionis asylum

Johannes Fridericus constans veritatis Euangelicae defensor.

Gymnasium Ienae erigitur.

ac literarū officinam absens quidem in custodia Serenissimorum filiorum opera condidit. Hi autem vt Sereniſſimi parentis finem pie propositum feliciter attingerent, non tantum eruditorum virorum consiliis sunt vsi, sed & doctrina celebres, quibus docendi officium demandarent, conuocarunt. Inter illos profecto instar Solis inter sydera (testante B. ADR. BEIERO *in Dedic. Syllab. Rect. & Prof. noua p. 20.*) enituit ac emicuit

I.

NICOLAVS ab AMBSDORFF,

CUi vna cum Cancellario *Greg. PONTANO* maximam suae felicitatis partem acceptam refert *Iena*, cum quia eorum suasu laudatissimus IOHANNES FRIDERICVS de loco nouae scholae concedendo deliberans ipsam ad praedictam literarum officinam amoenitate loci aërisque salubritate commendabilem consecrauit, ceu B. CASP. SAGITTARIVS *in Histor. Joh. Friderici* p. 57. testatur: tum quia ipsi studii Ienensis fundationi praefuerunt. Quare etiam non immerito cuiuslibet statim in suae classis fronte mentionem facio.

Ambsdorffii Natalis. AMBSDORFFIVS hic natus fuit nobili familia *Tschepae* in districtu *Wurzensi* in prae-

praedio paterno anno salutari MCCCCLXXXIII. d. III. Dec. Puer statim animum ad studia, & quidem Theologica, applicuit, quod illustre exemplum pauci nobiles hodie viuentes sequuntur. Propterea Anno MDII. scholam publicam *Wittebergae* accesit, atque ibi tam felices & in sacris & humanioribus literis progressus fecit, vt anno MDIV. titulum Magistri & breui Licentiati ac locum inter Canonicos omnium Sanct. ibidem sit consecutus. Mature autem, praecipue LVTHERO praeeunte sinceram veritatem agnouit, & ipsum LVTHERVM anno MDXXI. *Wormatiam* ad causam coram Caesare dicendam comitatus est. Deinde in Academia *Wittebergensi* Rectoratum administravit & LXXIII. studiosos inscripsit, anno MDXVIII. vt ex Catalogo a *Sennerto* publicato p. 58. constat. Vid. *Seckend. Histor. Luth. Lib. I. p. 48. Addit.* II. (a) An. MDXXIV. *Magdeburgum* ad concionandum Euangelium mittebatur, vbi etiam per octodecim annos Ecclesiastae & Superintendentis munus ea dexteritate gessit, vt Senatus, cum vocari eum ab Electore intellexisset, omnem nauauerit operam, vt eum retinerent Magdeburgenses, sed frustra. Nam Electorem ad maiorem Euangelicae Ecclesiae vtilitatem respicientem tandem secutus anno MDXLII. Episcopus *Numburgensis & Cizensis* in locum *PHILIPPI Comitis Palat.* mortui a *Joh. Friderico* Electore, *IVLIVM PFLVGIVM*, quem

Theologiae se dedit.

Wittebergam venit.

Creatur Magister & Licentiatus Theol.

Veritatem Euangel. agnoscit.

Lutherum Wormatiam comitatur.

Wittebergae fuit Rector.

Magdeburgum vocatus.

Superintendentis munere fungitur.

Episcop. Numburgensis & Cizensis constituitur.

Collegium iam ſubrogauerat, pertinacia in veteri religione (cum aliqua tamen reformatione) retinenda & per Sophiſmata excuſanda, ſibi odioſſimum, vt *Seekend. in Hiſt. Luth. l. 3. p. 389.* monet, auerſante, electus & praeſentibus Electore atque IOH. ERNESTO, fratribus d. xx. Ian. ordinatus a LVTHERO, ſimul manum imponentibus NICOLAO MEDLERO Numburg. GEORG. SPALATINO Altenburg. & WOLFG. STEINIO Weiſenſ. Superintendentibus d. xxi. Ian. cum LVTHERO, MELANCHTHONE & duobus fratris ſui, BARTHOLOMAEI, filiis *Cizam* profectus eſt, ſecuta d. xxii. Jan. Concionem ex Euangel. de Sanatione leproſi habuit. Sed vix vlla *Electoris* IOH. FRIDERICI actio acriori cenſurae expoſita eſt, quam haec AMBSDORFFII ad Epiſcopatum euectio, quare etiam, cum MDXLVI. ad arma veniretur, & MAVRITIVS *Saxoniae Dux* Caeſaris partibus palam accederet, Epiſcopatum deſerere coactus AMBSDORFFIVS *Magdeburgum* ſe recepit, vbi non ſolum Euangelium tempore obſidionis periculoſo docuit, ſed etiam cum Theologis quibusdam Proteſtantibus non vna diſputatione colliſus eſt. FLACII errorem quidem non eſt ſecutus, ſed benigne tamen interpretatus, peccatum enim originis non dixit eſſe ſubſtantiam, ſed accidens tamen validiſſimum, ein ſtarck accidens. Propter phra-

Ordinatur.

Cizam proficiſcitur.

Concionatur ib.

Magdeburgum fugit.

Flacii errorem quomodo interpretatus fuerit.

Digitized by Google

phrasin: *Bona opera sunt noxia ad salutem*, quam contra GEORG. MAIOREM, *Bonorum operum ad salutem necessitatem statuentem* defendebat, maximam subiit inuidiam, quam tamen ita explicauit, vt nocere diceret opinione meriti. Melius itaque sensit quam locutus est, vt iterum SECKEND. l. c. p. 395. notat. *Magdeburgo Jenam* venit, vbi d. XIX. Martii MDXLVIII. Academiae fundationi, nec non d. II. Febr. MDLVIII. solenni inaugurationi eiusdem interfuit. Anno MDL. a filiis IOHANNIS FRIDERICIS ELECTORIS, tunc adhuc captiui consiliarii Ecclesiastici & Superintendentis functione honoratus est; titulum etiam Episcopi, cum ad illum scriberent, tribuebant iidem. Huius functionis tempore *Isenaci ad Wartburgum* vixit, ibi IOHANNEM FRIDERICVM ex custodia Caesarea MDLII. redeuntem excepit, morienti etiam astitit, a peccatis absoluit, sacram coenam porrexit & postea parentauit. Lethi memor vt viueret, arcam feralem lecto adiunxit, vt cubitum discedens ac surgens pedibus illam tangeret. Diem supremum caelebs obiit, d. XIV. Maii. A.C. MDLXV. aetatis 82. Sepultus est ibidem in choro templi parochialis. Effigiei eius lapidi incisae haec adiecta leguntur verba: Anno Domini MDLXV. XIV. Maii. ist der Edle und Ehrwürdige Herr Niclas von Amsdorff/ verjagter Bischoff zu Zeitz

Maximam inuidiam subit.

Academiae Ienensis & fundationi & inaugurationi interest.

Consiliarius & Superintendens constituitur.

Iohannem Fridericum e custodia redeuntem excipit, ei morienti adstat, & parentat.

Moritur.

Sepulchrum eius.

Digitized by Google

und Naumburg in GOtt seelig verschieden/ seines Alters 82. Jahr. Cum adhuc in viuis esset, non solum in Sacr. Bibliis in vernaculum transuertendis LVTHERI Collega & parastates fuit, vt *B. Beierus in Ambsdorffii* vita testatur, illiusque scripta vna cum M. GEORG. RORARIO, veterano eiusdem Amanuensi Ienae ex Autographo reuisit, atque in Tomos distribuit Germanicos VIII. Latinos IV. propterea *Ienenses* appellatos, ac a *Wittebergensibus & Islebiensibus* distinctos: sed ab ipsoquoque edita sunt sequentia:

Scripta Lutheri reuisit.

Ein kurtzer Auszug aus der Chronica Naucleri, wie untreulich die Päbste mit den Röm. Käysern gehandelt. Magd. 8. 1534.

Notae über Pauli III. Bulle des großen Ablasses zu Ausrottung der Luth. Ketzerey. 4. 1546.

Antwort auf das Interim. 4. 1548.

Vom Heil. Abendmahl. 4. 1549.

Daß D. Martinus kein Adiaphorist gewesen ꝛc. 4. 1550.

Daß D. Pomer und D. Maior mit ihren Adiaphoristen Ergerniß angerichtet. 4. 1551.

Ein kurtzer Unterricht auf D. Georg. Maioris Antwort daß er nicht unschuldig sey. 4. 1552.

Unterricht auf Osianders Bekänntniß von der Gerechtigkeit. Magdeb. 1553.

Ein

Ein gut neu Jahr den großen Herren in dieſer Welt geſchencket / ꝛc. Unterricht und Vermahnung aufs neue Jahr. 4. 1554.

Von dem Pabſt und ſeiner Kirchen ꝛc. 4. 1554.

Daß in der Schrifft ausdrücklich verkündigt iſt / daß die Römiſche Kirche vom Heil. Chriſtl. Glauben abfallen werde. 4. 1555.

Oeffentlich Bekäntnüß der reinen Lehre des Evangelii und Confutation der Schwärmer. 4. 1558.

Contra Maiorem Magdeb. daß die Propoſition: gute Wercke ſind ſchädlich zur Seeligkeit; eine rechte Chriſtl. Prop. ſey. 4. 1559.

Unterſchreibung der Sächſ. Kirchen-Cenſuren wider D. Maiors Lehren. 4. 1559.

Predigten aus Lutheri Schrifften über die Propheten / daß Teutſchl. wie Iſrael und Juda wird zerſtöret werden / um gleicher Sünde willen. Rom. 4. 1562.

Scriptum Polemicum contra Tilem. Heshuſium Magdeb. 1565.

Daß Juſtus Menius ſeine Vocation und Kirche heiml. verlaſſen, ꝛc. 4.

Antonini. Archi-Ep. Florent. Chronicon III. Tomis cum Annot. P. Maturi. Lugd. 1586.

* * *

II.

PHILIPPVS MELANCHTHON,

Melanchthon nascitur.

PHoenix studiorum ob literas Graecas & Latinas a se in Germania instauratas a nonnullis vere vocatus, natus est *Brettae*, oppido *Palatinatus* inferioris anno a partu virgineo nonagesimo septimo supra mille quadringentos, d. XVI. Februar. quod Epigraphe aedium auitarum his indicat: *Dei pietate natus est in hac domo doctissimus Dn. Philippus Melanchthon. D. XVI. Febr.* A. MCCCCXCVII. Parens ipsi fuit GEORGIVS Schwartz-Erd / Magister armorum, Mater vero BARBARA, IOH. REVERI, Praefecti *Brettani* filia. Puer lingua Latina & Graeca bene instructus A. C. MDIX. aetatis XII. in scholam *Heidelberg.* publicam est missus, vbi praeeuntibus GÜNTHERO & PETRO STURMIO Philosophicis studiis, Poëtico & Historico praecipue sic incubuit, vt d. X. Iun. A. C. MDXI. aet. XIX. *Baccalaureus* fuerit creatus Decano M. LAVRENTIO KLEINKLA, Kirchbergensi, conuictuque vsus PALLANTIS SPANGELII, Theol. D. Inde petiit *Tubingam*, quae ipsum anno MDXIII. d. XXV. Ian. Magistri ornauit gradu, quo accepto *Virgilium*, *Terentium*, *Liuium* & alios iuuentuti explicuit, atq; liberales artes perspicua methodo proposuit. Audiuit ibi & ICtos LAMPARTE-

Heidelbergam mittitur.

Philosophiae dat operam.

Baccalaureus creatur.

Tubingam proficiscitur.

Magister renunciatur.

Varios autores explicat aliis.

Digitized by Google

TERVM, EBINGERVM aliosque, & Theologos, de quorum ineptiis & inutilibus disputationibus in rebus grauissimis sape dicere solebat. Officinae typographicae Anshelmi etiam ibi praefuit. Eodem in loco eum Monachum quendam pro concoine, missa Euangeliorum doctrina, Ethica *Aristotelis* explicantem audiuisse scribunt. Vid. Apolog. A. C. p. m. 62. *Tubinga Wittebergam* se recepit Anno MDXVIII. vocatus ab *Elect. Sax. FRIDERICO*, vbi per annos XLII. autores cum Graecos tum Latinos, sacros & profanos perspicua methodo publice tradidit. LVTHERO ibi familiariter coniunctus anno MDXIX. cum ipso Lipsiam discesit, qui Disputationem tum cum ECCIO habuit, quod primum Philippi in controuersiis Theologicis fuit specimē. A. MDXXVI. *Noribergam* a Senatu ad deliberationem cum de Ecclesiarum, tum de nouae scholae constitutione vocatus, hac etiam constituta inauguleм orationem habuit. An. MDXXVII. praefectus esteumaliis primae visitationi ecclesiarū in ditionibus IOHANNIS, Saxoni Electoris, quae res occasionem illi praebuit edendi *Doctrinae summam*, vt scirent docentes, quid sequendum esset, neue diuersa & dissentanea ab illis traderentur. Anno MDXXIX. cum Electore IOHANNE ad conuentum venit *Spirensem*, & paulo post ad colloquium *Marburgense* inter Theologos *Saxon.* & *Heluet.* institutum. Anno sequente MDXXX. in Comitiis

Officinae typographicae praefl.

Ethica Aristot. Monachum pro concione explicantem audiuisse fertur.

VVittebergam venit.

Sacros & profanos scriptores exponit.

Norinbergam vocatur.

Visitat ecclesias Saxon.

Venit ad conuentum Spirrensem & colloquium Marp.

Digitized by Google

ad comitia Augustana.

Augustae Vindelicorum habitis pietatem atque constantiam & ore & calamo testatus est. An. MDXXXV. expetitus est ab Angliae rege, HENRICO VII, quam vocationem modeste recusauit. Anno MDXXXIX. cum protestantes

Francofurtum.

Principes *Francofurti* ad Moenum conuenissent, iussus est MELANCHTHON Principem suum sequi. Sequentis mense Martio conuentui Euangelicorum *Smalcaldico* interfuit ac sequenti anno *Ratisponensi.* A. MDLXIII. per aestatem *Bonnae* fuit cum *BVCERO*, apud HERMANNVM, Archi- Episcopum Colonienſem, instituentem reformationem ecclesiarum, quam clerus tamen non admisit. Ediderunt tunc aduersarii scriptum contra BVCERVM, dignius scurris quam Clero, ad quod PHILIPPVS grauiter & erudite & pie respondit. An. MDXLVI. mortuo LVTHERO bellisque tum theologicis tum ciuilibus tunc exardescentibus *Seruestam* abiit MELANCHTHON, breuique *Wittebergam* se recepit. Anno MDXLVII. d. XIV. April. IOH. FRIDERICO Electore *Mülbergae* ad Albim capto musisque dissipatis *Witteberga Vinariam* profectus, & a Consiliariis aulicis Theol. & Philos. Professor P. in Gymnasio nouo *Ienae* quam primum erigendo destinatus, spartam hanc initio accepit, postea vero meticulosus circa anni finem resignauit. Praeterea tamen *Ienae*, ad quam Musae metu pestis fugere *Wittebergenses*, binis antea docuit vicibus

Smalcaldiam Ratisponam Bonnam

Vinariam proficiscitur.

Professor Ienae designatur.

Meticulosus resignat.

Ienae binis vicibus docet.

Digitized by Google

bus, prima anno MDXXVII. & MDXXVIII. Secunda MDXXXV. & MDXXXVI. quo tempore prouerbium inter ſtudioſos hoc fuit natum: *Vbi PHILIPPVS, ibi Witteberga.* Eodem anno *Lipſiam* ad primum poſt LVTHERI obitum conuentum eſt euocatus. A. MDLIV. conuentui interfuit Numburgenſi, ac ſequenti Noribergam eſt profectus, vbi controuerſiam Oſiandricam tunc ſedauit. Poſtremo cum Pontificiis eſt congreſſus anno MDLVII. *Wormatiae*, vbi Italo cuidam dixiſſe fertur: *Vos Itali DEum vultis habere in pane, quem non creditis eſſe in coelis.* Interrupto vero hoc colloquio *Heidelbergam* euocatus eſt, vbi de vxoris obitu a IOACHIMO CAMERARIO, amico ſingulari, certior factus, reſpondit: ſeſe breui ſubſecuturum. Erat haec vxor CATHARINA, HIERONYMI CRAPPII, Conſulis Witteberg. filia, matrona pia & erga pauperes admodum benefica, quam Philippus ipſo *Catharinae* die anno MDXX. duxit, Paterque ex ea factus eſt quatuor liberorum, quorum altera filia elocata eſt GEORGIO SABINO, altera CASPARI PEVCERO. De vita MELANCHTHONIS eiusdemque actionibus plura non addo, qui autem deſiderat, *Ioach. Camerarium, Melch. Adami Vitas Germ. Theolog. & Philoſoph.* & in ſpecie de negotio reformationis B. *Seckendorffii Hiſtoriam Lutheran.* adeat. Exitum autem ex hac vita, quod attinet, *Wittebergae* XIX. April. A. C. MDLX.

Lipſiam vocatur.

Numburgum.

Noriberg.

Wormatiae cum Pontificiis diſputat.

Heidelbergam venit.

Coniugium eius.

Digitized by Google

Ex ſpirat. MDLX. aetat. LXIII. ex colicis & hypochondriacis doloribus ortum eſſe legimus, qui hoc diſticho exprimitur:

PVbLICa res, VIrtVtIs honos, eCCLesIa VIVaX
LVget In InterItV, Magne PhILIppe, tVo.

ſepelitur. Exuuiae ſeq. XXI. Apr. in ſandapilam plumbeam, deinde in ligneam incluſae propè corpus LVTHERI ſepultae ſunt ante concione funebri a D. PAVLO EBERO habita, & oratione latina in defuncti honorem recitata a VITO ORTHELIO, Med. D. & Graecae linguae Profeſſore. Scripta eius ſunt, quae ſequuntur:

Epiſtola de Theologia cum Eckii Reſponſo. Lipſ. 4. 1519.
Annotationes in Ionam. 1522.
Commentar. in 1. Corinth. & quaedam Capp. poſterioris Argent. 1524. & Witteberg. 1561.
In VII. pr. capita Gen. 1527.
Epigrammata, 8. 1528.
Vocabula menſurarum. Norib. 8. 1529.
Scholia in Ouid. lib. Triſt. V. de Ponto L. IV. Faſt. Lib. VI. Halae Sueu. 1539.
Von der Kirche und alten Kirchen-Lehrern. Witteberg. 4. 1540.
Corpus doctrinae Chriſtianae. Lipſ. 8. 1541. f. 1562.

Ve-

Digitized by Google

Verum discrimen inter catholicam Euangelicam, & Papisticam idololatricam doctrinam. Berol. 8. 1543.

Anrichtung der Lateinischen Schulen. Wittenb. 4. 1543.

Commentarius in Daniel. Hagg. Zachar. Malach. 1544.

Orationes de clarorum virorum vitis. Argent. 1544.

Explicationes Prouerbiorum. Halae 1538. Franc. 1548. Witteb. 1556.

Expositio doctrinae Ethicae. Seruest. & 1549. & 97.

Praemonitio ad Alcorani lectorem. 1550.

Antwort auf das Buch Osiandri von der Rechtfertigung des Menschen. Witteberg. 8. 1552.

De Poenitentia. Francof. 1553.

Initia doctrinae physicae. Witteb. 1553.

Insignium locorum terrae sanctae explicatio & historia. Witteberg. 8. 1554.

Oratio de vita Lutheri, Witteb. 4. 1555.

De anima. 8. 1555. 1582.

Erinnerung / daß die Fürsten schuldig / bey ihren Unterthanen Abgötterey abzuschaffen. Wittenb. 1557.

In Epistol. ad Colossenses. Witteb. 8. 1559.

Consilia Theologica, it. ad Quaestiones de rebus variis responsiones &c. 8. 1560.

Enarratio Epistolae ad Romanos, Witteberg. 8. 1561.

Ope-

Digitized by Google

Operum volumina IV. Witteb. f. 1562.
Loci communes Theologici, Lipſ. f. 1562. &c.
Erinnerung über die Paßion Chriſti. Wittenb. 8. 1565.
Argumenta ſeu Diſpoſitiones rhetoricae in Ecl. Virg. Leucop. 8. 1565.
Catechiſmus verteutſcht durch Caſpar Bruſchen/ 8. 1567.
Annotat. in Lib. X. Orat. Quintil. Lipſ. 8. 1570.
Annotationes in Georgica, Baſil. 8. 1571.
Iudicium circa controuerſiam de coena Dom. Heidelb. 8. 1575
Liber Epiſtolarum. Lipſ. 8. 1579.
Grammatica Graeca, edita a Ioach. Camerario. Lipſ. 8. 1579.
De arbore conſanguinitatis. Witteb. 1580.
Scholae doctrinae ſacrae de Chriſto &c. Seruueſt. 8. 1588. Francof. 12. 1620.
Epiſtolae ad Albertum Hartenbergium, edente Pezelio, Bremae, 8. 1589.
Bedencken von den Exorciſmis bey der Kinder-Tauffe. 4. 1592.
Examen miniſtrorum Eccleſiae. 1592.
Emblemata. Francof. 4. 1593.
Examen Theol. Witteb. 8. 1595.
Epiſtolae variae, a Io. Manlio collectae. Baſ. 1595.
Centuria Epiſtolarum Theologicarum 8. 1597.
Theatrum Genealogicum. Magd. 1598.

Be-

Bedencken von vielen Religions-Sachen 4. &. 8. 1600.
Grammatica Latina Lipſ. 1601.
Confeſſio fidei Auguſt. Witteb. 1602.
In Ieremiam & in Threnos Argumentum, Witteb. 1601.
Nomenclatura rerum, Isleb. 8. 1604.
Preces, Witteb. & Lipſ. 8. 1605.
Conſilium de officio Euangelicorum magiſtratuum in abolendis cultibus impiis & idololatricis, Heid. 4. 1611.
Conſilia de officio magiſtratus in Eccleſiarum reformatione. 8. 1612.
Quid inter mundi & Chriſti iuſtitiam interſit, & Epitome Eccleſiaſticae renouatae doctrinae. 8.
Argumenta in Eſaiam.
Locorum Com. Epitom. Witteb. 8.
Examen eorum, qui audiuntur ante ritum ordinationis publicae Witteb. 8.
Veriſſima Theologia iuridica & politica.
In I. ad Timoth. & in priora capita II. ad Tim.
Schrifft wider die Articul der Bauerſchafft.
Hiſtorie Thomae Münzers / des Anfängers der Thüringl. Auffruhre.
Rhetorica.
Oratio de corrigendis adoleſcentiae ſtudiis.
Declamationes Wittebergenſes.
Erotemata Dialectices.
Quaeſtiones Grammaticae. &c.

III.

III.

VICTORINVS STRIGELIVS,

Strigelius nascitur.

Eius Parens.

Scholam patriam frequentat.

Friburgum mittitur.

VVittebergam proficiscitur.

Magister creatur.

Scholas priuatas instituit.

Magdeburgum & Erfurtum seconfert.

Ienae fit Professor Theol.

NAtus in *Sueuiae* oppido *Kauffbeurn* d. xxvi. Dec. A. C. MDXXIV. Patrem habuit IVONEM STRIGELIVM, Philosoph. & Medic. Doctorem & GEORGII FRONSBERGII militiae Ducis Medicum, anno MDXXVII. sibi adhuc infanti ereptum. Hic *Victorinus*, cum prima literarum rudimenta in schola patria percepisset, A. MDXXXVIII. *Friburgum Brisgoiae* studiorum causa est missus, vbi inter alios IOH. ZINCKIVM, Philosophum & Medicum audiuit. Inde anno C. MDXLII. aetatis XVIII. *Wittebergam* venit, & praeter alios LVTHERVM nec non MELANCHTHONEM cum linguas & artes tum Theologiam proponentem diligenter audiuit & tantum profecit, vt A. MDXLIV. Philosophiae Magister renunciatus inter XXXIV. Competitores sextum locum habuerit, acdeinceps ibidem suadente MELANCHTHONE scholas priuatas instituerit. Cum autem bellum in Germania grassaretur A. MDXLVI. *Magdeburgum*, & anno seq. *Erfurtum* se recepit, vbi publice docuit, & orationes aliquot publice habuit. Bello deinde depugnato A. MDXLVIII. *Ienam* ad Professionem Theologiae venit, ibique

que Theologica & Philosophica alternatim praelegit, atque anno seq. vxorem duxit BARBARAM, filiam FRANCISCI BVRCKHARDI, *I. C.* qua vix biennio exacto An. MDLII. defuncta alteram, BLANDINAM nempe D. ERHARDI SNEPFII filiam Anno MDLIII. coniugem sibi adsciuit. A. MDLVII. Litem ipsi mouit FLACIVS, crimen haereseos eidem obiiciens, quod male sentiret de *Libero Arbitrio*, vt prolixe ostendit *Melchior Adamus* in Vitis Theol. p. 419. seqq. A. MDLVIII. d. I. Iulii, secundo in Salana *Rectore PHILIPPO Comite Nassouio Sarobrukensi* primus fuit Pro-Rector STRIGELIVS, sub quibus LXXI. Alumni Matriculae vniuersitatis sunt inscripti, primus quoque actus magisterialis d. II. Iulii solenniter habitus fuit, eodem (*Strigelio*) Pro-Cancellario & Brabeuta. Sequenti anno MDLIX. d. XXVII. Martii nocte vna cum AQVILA, pastore Ienensi & M. HVGELIO seniore *Leuchtenbergam* in carcerem est abductus, causa autem fuit, quod libro, quem contra *VVittenbergenses*, *Vinarienses* recenter ediderant, assentiri recusarent. Morbo vero correptum paulo post ad vxorem reduci Princeps quidem passus est, ita tamen, vt tanquam captiuus domi esset, donec tandem autoritate Imperatoris MAXIMILIANI II. liberatus mense Maio MDLXII. *Ienae* iterum per quatuor menses docuit, quibus elapsis ob varias insidias sibi structas, *Lipsiam* sponte discessit,

Coniugium eius prius.

Coniugium posterius.

Certamen cum Flacio.

Primus Prorector eligitur.

Primus actus magisterialis celebratur.

In carcerem ducitur.

aegrotus reducitur

tandem liberatur.

Ienae rursus docet.

Lipsiae professor constituitur.

cessit, vbi Professoris Theologiae, Ethices & Dialectices munere functus est. Sed Lipsi ensibus quoque ob doctrinam de Coena Domini exosus redditus *Ambergam* discessit, & paulo post *Heidelbergam* vocatus, Ethices ib primum Professionem, deinde Theologiae quoque obiuit. Ibidem etiam consecutus est, quod saepe in votis habuit, Ach HErr beschere mir einen Reuterischen Tod / ne videlicet producto morbi genere spiritum edere cogeretur, d. XXVI. Iunii enim anni MDLXIX. apoplecticus *Heidelbergae* in viuis esse desiit. seq. XXVII. corpus in sacello Academiae ad D. *Petri* est humatum, vbi lapidi incisum sepulchrali tale monumentum legitur: HIC QVIESCIT CORPVS CLARISS. ET DOCTISSIMI VIRI DE ECCLESIA ET LITERIS PRAECLARE MERITI D. VICTORINI STRIGELII, KAVFBEIRENSIS PIE DEFVNCTI D. XXVI. IVNII A. C. MDLXIX.

Ambergam & inde Heidelbergam se recepit.

Votum Strigelii de morbi genere.

moritur

Funus

Vir procerus & robustus fuit, & cum propterea quidam per iocum illi aliquando dixisset: Ihr hättet einen guten Drescher geben: illum manu prehendens respondisse fertur: Da hätte ich den Flegel schon bey der Hand! referente D. *Frehero* in Theatro Vir. erud. clar. p. 217.

statura corporis.

Huius VICTORINI STRIGELII Scripta sunt:

In

In XII. Prophetas minores argumenta & Scholia Lipſ. 8. 1561. 1570.

Enchiridion Locorum Theologicorum V Vitteb. 8. 1561.

Hypomnemata in omnes Pſalmos cum Commentariis Grammaticalibus Lipſ. 8. 1563. Neoſt. 8. 1574.

In partem Ieremiae, it. duae orationes, vna de curriculo vitae Ieremiae, altera de Patriarcha Ioſph. Lipſ. 8. 1564.

Comment. in Eſa. Ier. & Ezech. ib. 8. 1564.

In Threnos Bremae, 8. 1564.

Hypomnemata in Prouerbia Salomonis, Eccleſ. & Canticum Cant. Lipſ. 8. 1565.

Comment. in Eccleſiaſten, Lipſ. 1565.

Annotationes in Iohannem Neoſt. 1565.

Hypomnemata in omnes libros N. T. Lipſ. 8. 1595. 4. 1583. De Daniele Propheta Oratio, ib. 8. 1565.

Dialectica, Ethica Arithmetica, Lipſ. 1565.

Recenſio Geneſeos, ib. 1566.

Recognitio argum. & Schol. in V. libros Moſis, ib. 1566.

Comment. in Daniel. Fragmentum apocryphorum, ibid. 8. 1571.

Comment in Lib. Eſrae, Nehem. Eſth. Ruth. Lipſ. 8. 1571.

Argumenta & Scholia in Libr. Iob. Neoſt. 8. 1571.

Comment. in Iudith. Lipſ. 1571.

Argumenta & Scholia in Libr. Iudicum, ib. 8. 1575.

Comment. de praesentia corporis & sanguinis Christi, Francof. 8. 1577.
Historia passionis Christi, VVitteb. 8. 1577. 1587.
Hypomnemata in Philip. Melanchthonis Erotemata dialectica, 1579. &c.
Loci Theologici 4. 1581.
Orationes XXX. de praecipuis Patriarchis, Prophetis & Regibus, Arg. 8. 1583.
Epistola de Coena, 4. 1584.
Epistolae aliquot de negotio Eucharistico, Neost. 8. 1584.
Explicationes in Epistolas dominicales, Franc. 8. 1584.
Postilla Hannou. 8. 1585.
In historiam Iosephi Bremae. 8. 1585.
Scholae historicae, 8. 1586.
Argumenta & scholia in Libros Apocryphos, Lipſ. 8. 1587.
Ratio legendi scripta Prophetica & Apost. Herb. 8. 1587.
Synopsis doctrinae Christianae, Ien. 12. 1588.
Synopsis doctrinae Christianae, vna cum antitheſi &c. Ien. 8. 1589.
Notae breues in Phil. Melanchth. de anima, Lipſ. 4. 1590.
Commentarii in Libb. Samuel, Regum & Paral. cum chronologia in hist. regni Iudaei &c. Lipſ. f. 1591.
Commentare on some Psalmes, from. LXII. to LXVII. incl. Lond. 4. 1596.

Do-

Digitized by Google

Doctrina de virtutibus vtriusque Tab. decalogi 8.
III. IV. & V. Liber Mosis ad Hebr. veritatem recogn. 8.

IV.

IODOCVS siue IVSTVS IONAS.

VIr summi ingenii, summae industriae, summae vitae innocentiae natus est *Nordhusae*, oppido *Cherusorum* d. V. Iunii anno MDXCIII. Patrem habuit eius oppidi consulem, qui cum peste laboraſſet, & cepam abscessui impositam remouisset, inque scamnum deposuisset, supervenit hic IVSTVS filiolus, admodum puer, & totam cepam deuorauit auide, citra vllam tamen contagionem. Sic a peste mire seruatus, primisque literarum rudimentis in schola patria imbutus, in schola publica, ad quam mittebatur inri ciuili se dedit, sed consilio postea mutato sacrae Theologiae tantam dedit operam, vt an. MDXXI. d. XIV. Oct. *VVittebergae* summum docturae gradum consecutus, Ecclesiae Pastor ac Academiae Professor sit constitutus. Eodem quoque anno cum *NICOL. AMBSDORF*, & *HIERON. SCHVRFFIO*, *IC. LVTHERVM* ad comitia VVormat. est comitatus. Anno MDXXII. Consilio

Ionae Natalia
illius Parens
Puer a peste seruatur.
in schola patria informatur.
iura primum discit.
mutat genus studiorum.
Doctor creatur.
Pastor & Professor constituitur.
Lutherum ad comitia comitatur.

Consilio de abrogata missa subscribit.

silio de abrogata Missa ad *Friderieum III.* Sapientem, Elect. Sax. misso primus subscripsit.

Colloquio Marpurg. interest.

Anno MDXXIX. Colloquio *Marpurg.* inter *LVTHERVM* & *VLR. ZVVINGLIVM* habito interfuit, de quo ipsius epistolam ad *GVILIELMVM REIFFENSTEINIVM* in *Seckend. Hist. Luth. l. 2. p. 139.* consul. A. MDXXX. Cum Electore Saxoniae ad comitia Augusti profectus est, & A. MDXXXVII. Articulis *Schmalcaldicis* subscripsit.

Ad comitia Aug. proficiscitur, & Artic. Smalkald subscribit.

Anno MDXXXIX. praesens fuit in conuentu *Francof.* & Fest. Pentec. *Lipsiae* concionatus est in templo Nicolai, ac reformationem vrbis illius promouit. Eodem anno, cum *HENRICVS*, Dux Saxoniae, fratris *GEORGII* ditionum gubernationem in *Misnia* & *Thuringia* adiisset, ad Ecclesiarum in iis reformationem cum *GEORG. SPALATINO* & *NIC. AMBSDORFFIO* missus est. Reuisioni Bibliorum anno MDXL. vltimo suscepto a *D. MARTINO LVTHERO* interfuit vna cum *D. IO. BVGENHAGIO*, *D. CASP. CRVCIGERO*, seniore *PHILIPPO MELANCHTHONE*, *MATTHEO AVROGALLO* & *GEORGIO RORARIO.* *Halam* Saxonum deinde ad praedicandum Euangelium vocatus migrauit, vbi Ecclesiae inspectioni praefuit. Ibidem cum aliquando *LVTHERVM* transeuntem excepisset hospitio,

concionatur Lipsiae.

Mittitur ad reformationem Ecclesiarum.

Halam se recipit.

tio, in mensa *Lutherus* ei ex vitro elegante propinans, hos ex tempore versus dixit: *Lutherum hospitio excipit.*

Dat vitrum vitro Ionae vitrum ipse Lutherus,
Vt viro fragili similem se noscat uterque.

Ex quibus facile apparet, Lutherum mortis praesentiam tunc conieciſſe, siquidem ipse eodem tempore, quo a Iona *Islebiam* comitabatur, eodem praesente vitae suae curriculum ibi placide absoluit. Relationem *Ionae* de morte ad Elect. Sax. vid. in *Seckend. Hist. Luth. l. 3. p. 638.* Paucis autem annis praeterlapsis cum *MAVRITIVS Sax. Dux.* copiis suis *Halam* occupasset, *IONAS* hiece abire iussus, *Ienam* venit & studia imprimis Theologica ibi promouit ad A. C. MDLIII. d. XXIII. Aug. quo *Eisfeldiae*, oppido in *Thuringiae & Franconiae* finibus sito, praefectus ecclesiae & Inspector constitutus ecclesiarum in ditione Coburgensi abiit, atque ibidem d. IX. Nouembris ann. MDLV. aetatis LXIII. finem viuendi fecit.

Lutherum Isletiam comitatur Ionas.

Halae dimittitur.

Ienae studia promouet.

Eisfeldiam concedit.

Obdormit.

In *IONAE* honorem *EOBANVS HESSVS* hoc fecit Epigramma:

Lingua nobilis, ore fulminator,
Cui mentem genius dedit beatam,
Dignum coelo animum parente: Iuris
Humani simul & sacri peritus

Et vates bonus & sophus disertus:
Hic est nomine IVSTVS ipse IONAS.

Ab hoc *IVSTO IONA* edita sunt:

Annotationes in acta Apostolorum Bas. 8. 1525. 1567.

De morte Lutheri. Witteb. 4. 1546.

Duæ conciones funebres de Luthero, Witteb. 4. 1546.

Ecclesiastes ausgelegt Witteb. 8. 1563.

Oratio de studiis Theologicis.

De Missa priuata & vnctione Sacerdotum libellus Lutheri in Latin. translatus.

Unterricht von Türcken über das VII. Cap. Danielis, legitur tom. II. oper. Witt. Germ. Luth.

Histori/ wie D. Martin Luther in höhen Anfechtungen geistl. und leibl. in GOttes Willen zu leben und zu sterben sich ergeben. Tom. 9. oper. Witt. Germ. Luth.

Defensio pro coniugio Sacerdotali. Tig. 4.

V.

GEORGIVS RORARIVS.

Rorarius nascitur. Alumnus & Diaconus Witteb.

IN lucem editus est A. C. millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo d. 1. Octobr. fuit Academiae *VVitteberg.* Alumnus & Ecclesiae Diaconus, omnium primus ritu a Luthero praescripto *VVittebergae* d. XIV. Maii Dominica Cantate MDXXV. ordina-

dinatus, quam initiationem *CASPAR CONRADVS* Med. in Millenar. I. Prosopographiae Melicae sic describit: *ordinatur*

Ordo mihi primus datus, iustituente Luthero,
Papa quid insultas? Ad sacra iussus eo.

Reuisioni S.Bibliorum Germanice antea editorum interfuit Amanuensis & corrector industrius, *cum enim (IOH. FRIDERICVS ELECT.) animaduerteret.* scribit *IOH. ROSINVS in Vita Ioh. Frid. Magn. scripta* Reuerendi Viri Domini *D. LVTHERI non eo ordine, eaque fide VVittebergae suis Tomis distincta excudi, quomodo quidem speraſſet, consilia & rationes iniit de alia accuratiore & minus suspecta eorundem euulgatione promouenda: quam ad rem Reuerendum Virum M.GEORG. RORARIVM (huic enim & prior editio VVittebergensis viuente adhuc Luthero commissa fuerat) ex Dania Ienam vocauit, ac huic negotio praefecit: Quod praeclarum opus conferentibus ad typographicas operas sumptus illustrissimis Pientissimi Principis Filiis tandem est perfectum.* *Reuisioni Bibliorum interest.*

Imo Glossas quoque in margine, quas ex ore D.LVTHERI aliorumque interpretum perceperat, collegit & annotauit. LVTHERI scripta distribuit in Tomos tum Wittebergenses, cum D. CASP. CRVCIGERO, seniore *Glossas Lutheri & aliorum colligit* *Lutheri scripta distribuit in Tomos.*

VVitteb. Prof. Publ. anno MDXLIV. die Bartholomaei; tum *Ienenſes* cum NICOL. AMBSDORFFIO. A. MDLV. d. VIII. Febr. Et ſic Theologicum ſtudium, in vtraque Vniuerſitate promouit, meritoque inter Theologos vtrobique numerandus. Bibliothecae *VVitteberga Ienam* translatae primus omnium praefectus fuit, ibique animam efflauit, d. XXIV. Apr. A. C. MDLVII. aetat LXV. ſcripta eum non niſi aliorum, vt ex anteced. curriculo vitae patet, in lucem protuliſſe inuenio.

Bibliothecae Ienae praeficitur.

moritur.

VI.

IOHANNES ROSA.

CVm annus a Chriſto nato verteretur MDXXXII. d. XII. Ian. *Hellingae*, non procul *a Coburgo Franconiae* orientalis oppido eſt editus, linguis & artibus ita fuit inſtructus, vt anno MDLIV. Magiſtri gradus *VVittebergae* illi rite tribui potuerit. Eruditione itaque clarus A. MDLIV. *Ienam* vocatus initio Ethicam, Logicam & Hiſtoriam alternatim praelegit, poſtmodum etiam Theologiam extraordinarie & quidem vice tum prima A. MDLVIII. quo D. ERHARDI SCHNEPFII Theol. Profeſſoris P. aegrotantis iuſſu epiſtolam ad Rom. explicuit: tum ſecunda A. MDLXVIII. quo D. IOH. STOESSELIO in cauſa Strigeliana Synergismum

Patria Roſae.

Magiſter creatur

Ienam ad Profeſſiones: Philoſoph. & deinde Theol. vocatur.

Digitized by Google

gismum promouente male sibi conscio clam abeunte, Locos Theologicos est interpretatus. Ad haec negotia fasces Rectorales ter accesserunt, quos I. suscepit Cal. Ian. MDLXI. & eo semestri spatio CXXXVIII. studiosos in matriculam inscripsit. In hoc Rectoratu Vietorum ministri & discipuli, quorum eo tempore, quo fertilis expectanda erat Vindemia, plenis spumatura labris, magna in oppido Iena fuit copia, aduersus quosdam mense Iulio insurrexerunt studiosos, & magnos excitarunt tumultus, quos prouida & sedula Rectoris huius cura compescuit. II. Vnanimi consensu est electus Cal. Ian. MDLXV & inscripti sunt LXXXI. ciues. III. Rectore Magnificentissimo Dn. ANARKO FRIDERICO. L. B. a Wildenfelß. Dn. in Ronneberg tanquam Pro-Rector ad Gubernaculum Academiae prid. Cal. Sextil. MDLXXI. ipsi traditum sedit vsque ad XXI. Nou. anni eiusdem, quo in coelestem Academiam vocatus animam eo praemisit, aetat. XXXIX.

Locos Theologicos interpretatur.

Rectoratus Rosae triplex.

Tumultum sedat.

E vita discedit.

Hic IOHANNES ROSA edidit

Comment. in Reliquias Academicarum Quaestionum Franc. 8. 1571.

Synopsin Regni Pontificii, Erf. 8. 1579. & 1599.

Orationes duas, I. De funere Illustrissimi Principis Ioh. Frid. III. Ducis Saxon. II. de vita aeterna. Erf. 8. 1586.

FRI-

Digitized by Google

VII.

ERHARDVS SCHNEPFIVS.

Nascitur

ERHARDVM SCNEPFIVM protulit *Heilbrunna*, vrbs *Sueuiae* ad Neccarum anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto d. I. Nou. Patrem habuit virũ eiusdum loci conſularem, qui multum Reipublicae profuit, cuius veſtigiis etiam filius ERHARDVS hicce inſiſtere ſibi proponebat, eumque in finem primis artium rudimentis in ſchola patria perceptis, *Erfordiae* artium & linguarum mediocri comparata cognitione *Heidelbergam* profectus, ibi breui tantum in Iuris ſtudio profecit, vt cum laude Doctoris honores conſequi potuiſſet, ſed multis matris cohortationibus victus e ſchola Iuridica in Theologicam tranſiit, cumque in ea ſexennium exegiſſet, LVTHERI veram de Iuſtificatione hominis peccatoris coram Deo doctrinam e ſacris fontibus proferentis, ſententiae ſubſcripſit, & docendi initium Weinſpergae fecit. Inde mox depulſum THEODORICVS a GEMMINGEN, nobilis Sueuus, accerſiuit, in cuius ditionis oppidis *Greichoiae* & *Guttenbergae* primus Euangelium docuit. Exacto ibi biennio *Wimpinam* vocatus abiit A. MDXXII. Exarſit deinde A. MDXXV. funeſtum

Parens ipſius

Erfordiae ſtudet.

Heidelbergam ſe recipit.

Iuri dat operam

Studium Theologicum amplectitur,

Lutheri ſententiae de Iuſtificat. ſubſcribit.

Greichoiae & Guttenbergae primus Euangelium docet.

Digitized by Google

neſtum Ruſticanae ſeditionis incendium, cuius proceres hunc SCHNEPFIVM ob facundiam & quod coelebs eſſet, militiae ſuae concionatorem dari petierunt, reclamantibus tamen ciuibus; SCHNEPFIVS quoque, vt periculum amoliretur, confeſtim coniugem ſibi elegit Virginem MARGARETHAM WVRCELMANNI Conſulis ibi filiam, ex qua filium ſuſcepit THEODORICVM, Theologiae Doctorem & Profeſſorem Tubingae, nec non Paſtorem & Superintendentem Generalem. A. MDXXVII. a PHILIPPO, Comite *Saraepontum* euocatus fidelem ibidem in Euangelii veritate propaganda nauauit operam, cuius etiam fama ad PHILIPPVM HASSIAE LANDGRAVIVM emanauit, & tantum profecit, vt ab eo in academiam *Marpurgenſem* A. MDXXVI. a ſe fundatam accerſeretur, vt Academiae Profeſſorem & Eccleſiae Paſtorem ageret. Rectoratum ibidem bis geſſit, doctoremque in hac academia primum renunciauit LOVICERVM. Eo tempore duobus quoque interfuit conuentibus, primo quidē A. MDXXIX. *Spirae*, ſecundo A. MDXXX. *Auguſtae Vindelicorum* celebrato, & aduerſariis maſcule reſtitit. Anno MDXXXV. ab *VLRICO*, Duce *Würtenbergico* vocatus primum *Stutgardiae* Eccleſiam docuit, Eccleſiasque in illo Ducatu reformauit. Dein MDXLIII. *Stutgardia Tubingam* venit, ibique Eccleſiae Paſtor & Academiae Profeſſor Theologiae vsque ad mu-

Wimpin. vocatur

A Proceribus ruſticanae ſeditionis militiae concionator poſcitur.

Vxorem ducit

Saraepontum vocatur.

Paſtor & Profeſſor in Acad. Marpurg. conſtituitur.

Interfuit conuentibus quibusdam

Eccleſiam Stutgardienſem docet & reformat. Tubingam proficiſcitur.

mutatam CAROLI V. iussu religionem fuit.

Doctor creatur. Ibidem A. MDXLIX. d. IX. Febr. Theol. Doctor solenniter est renunciatus. A. MDXLVI.

In Colloquio Ratisbonensi comparet. in Colloquio *Ratisbonensi* cum BRENTIO comparuit, & BVCERI cum MALVENDA de IV. A. C. articulo disputantis παραστάτης partes suas acriter defendit. Exorto deinde MDXLVIII. bello Germanico ob *Interim* quod approbare nolebat, loco cedere coactus,

Exul in Saxoniam concedit, fit Ienae Professor Theol. exul in Saxoniam venit, & a IOH. FRIDER. *Electore Ienae* Theol. Prof. est factus, Anno MDXLIX. Statuta Facult. Theol. condidit,

Statuta Theolog. condit, & interest inaugurationi, primo decanatu fungitur. ipse etiam inaugurationi solenni MDLVIII. d. II. Febr. interfuit, & primo Decanatu est functus. Et sic a B. BEIERO recte Ianus Salanae bifrons vocatur, quia ante & post eiusdem inaugurationem solenniorem SS. Theol. & LL.

Theolog. & LL. orient. proposit. orient. Professor fuit. Munus hoc decennium

Exspirat. obiuit & *Ienae* Calend. Nouemb. MDLVIII. aetat. LXIII. Spiritum Deo, corpus terrae reddidit. Facundia mira præditus fuit, adeo, vt verba faciens omnium in se oculos & animos conuerterit, auditores quasi attonitos reddiderit, & plerumque satis prolixas habens concione auditorium tamen sine tædio detinuerit. Cum in viuis adhuc esset, scripsit:

Comment. in Psalmos Dauidis, opera Ioh. Deuceri Lipsi. f. 1619. 1628. 1635.

Confessionem Coenae Dominicae Franc. 8. 1577.

Can-

Cantionem Cygneam Tubing. 4. 1578.
Commentarios plures.

VIII.

MATTHIAS FLACIVS.

FLACIVS hic siue FLACHIVS ab aliis FRANCOWIZ dictus *Albonae*, oppido *Illirici*, (hodie *Sclauoniae* appellatae prouinciae) in lucem est editus familia veteri & numerosa A. C. MDXX. d. III. Martii, Pater ei fuit ANDREAS FLACCVS, vir integer & eruditus; mater IACOBA, ex nobili LVCIORVM familia oriunda. Huic filio adhuc puero ad studia mirum in modum propenso ipse parens prima illorum rudimenta inculcauit, & ipso (parente) mortuo eum FRANCISCVS ASCERIVS *Mediolanensis*, vir doctissimus, ea industria informauit, vt *Venetias* ad studia prosequenda mitti potuerit, vbi etiam IOHANNEM BAPTISTAM EGNATIVM iuxta forum S. Marci literas humaniores profitentem audiuit. Anno deinde MDXXXVII. aetatis XVII. pietatis ac Theologici studii desiderio Monachatum suscipere cogitauit, communicato consilio cum *BALDO LVPATINO*, Franciscanorum prouinciali postea, quod crimine hæreseos, ceu Lutheranam Religionem vocabant, suspectus esset, post carcerem viginti annorum

Flacii patria

parentes

a patre docetur

Venetias mittitur.

Monachatum suscipere cogitat.

rum mari ſubmerſo, qui cum Monachatum ei diſſuaſiſſet, & Theologiae diſcendae gratia in Germaniam proficiſci ipſi conſuleret, huius conſilium ſecutus, omni pene viatico deſtitutus *Baſileam* venit A.MDXXXIX. vbi a SIMONE GRYNAEO hoſpitio exceptus, eo etiam Praeceptore vſus eſt. *Baſilea* ſub eiusdem anni exitum *Tubingam* venit, hoſpitio MATTHIAE GARBITII, popularis ſui, linguae Graecae Profeſſoris vſus. A. MDXLI. vero *Wittebergam* profectus, LVTHERVM & MELANCHTHONEM audiuit, & hoſpitem habuit FRIDERICVM BACHOVIVM, Eccleſiae miniſtrum. Hic eodem anno tentationes graues de peccato, de ira Dei, de Praedeſtinatione &c. ſuſtinuit, quas etiam ad D. POMERANVM, & ipſum LVTHERVM detulit, atque ab illis tandem, poſt preces etiam publice pro ipſo habitas, & literarum ſacrarum conſolationibus auditis liberatus fuit. A. MDLIV. Magiſtri gradum publice docendi munus & tori ſociam ibidem eſt conſecutus. Orto autem in Germania bello, *Brunſvigam* a MEDLERO inuitatus abiit, ibique docendo famam nominis ſui diſſeminauit. Sub autumnum tamen anni MDLVII. bellicis motibus ſedatis *VVittebergam* ad docendi munus rediit, vbi paulo poſt diuulgato Libro Interimiſtico cum aliis Theologis ſe fortiter oppoſuit. A. C. MDXLVIII. *VVitteberga Mag-*

Baſileam ſe recipit.

Wittebergae Lutherum & Melanchton. audit.

Tentationes graues ſentit.

liberatur. renunciatur Magiſter. Nanciſcitur munus & vxorem.

Brunſvigam vocatur

redit Wittebergam.

Libro interimiſtico ſe opponit.

Digitized by Google

Magdeburgum abiit, vbi Officinae typographicae praefectus *Hiſtoriam Eccleſiaſticam, Centurias* vulgo *Magdeburgenſes* adornare incepit vna cum NIC. AB AMBSDORFF, NICOLAO GALLO, MARTINO COPO, Med. Doctore, JOH. WIGANDO, EBELINGO ALEMANNO & MATTHAEO IVDICE. Papatum inſuper, OSIANDRI etiam de Iuſtificatione coram Deo, & SCHVVENCKFELDII dogmata ibi oppugnauit vsque ad annum MDLVII. quo *Ienam* ad nouellam Academiam excolendam vocatus d. 27. Apr. venit, vbi tamen quinquennio diutius non permanſit. Nam cum inter ipſum & VICTORINVM STRIGELIVM orta eſſet contentio de libero arbitrio (de quo *Vinariae* in arce Hornſtein A. MDLX. a d. II. vſque ad VIII. Aug. Ducibus Sax. Conſiliariis, Superintendentibus, Paſtoribus multisque ſtudioſis ex *Albana*, *Philuraea* & *Salana* praeſentibus diſputarunt) & *FLACIVS* ex nimia linguae praecipitantia peccatum dixiſſet ſubſtantiam, errorem tamen hunc, quem reuocare noluit, variis modis palliare fruſtra conatus: de qua re differentem vid. Bechmannus in Ann. ad Hutt. p. 237. An. MDLXII. d. IX. Ian. *Ratisbonam* exulatum conceſſit, vbi varia ſcripta praecipue de opinione ſua circa peccati naturam edidit. An. MDLXVII. *Antuerpiam* ad Eccleſias ibi conſtituendas cum CYRIACO SPANGEN-

Magdeburgum ſe confert.
Typographiae praeficitur.
Centurias Magdeburg. adornat.
Oppugnat Oſiandri & Schwenckfeldii dogmata.
Ienam vocatur.
Rixae inter Flacium & Strigel.
Diſputat Vinar.
Peccatum dicit ſubſtantiam.
Ratisbonam & inde
Antuerpiam abit.

Digitized by Google

BERGIO venit, sed paulo post inde dimissus, *Argentoratum* & inde *Francofurtum ad Moenum* concessit, vsus praestantium ibi virorum patrociniis, cum caeteroquin ortis super dogmate de peccati originalis essentia rixis a plerisque desereretur. Tandem *Francofurti* d. XI. Martii MDLXXV. aetatis LV. ex hac vita morte decessit, praesente ADAMO LONICERO, reipublicae *Francofurtanae* poliatro, & concionem funebrem ipsi habente CASP. HEDELINO CRONBERGENSI. Hic FLACIVS quamuis cum aliis tum praecipue paradoxo illo de peccati substantia non exiguas in Ecclesia Christi turbas dederit; laude tamen sua defraudandus non est ob egregia, quae reliquit, scripta, inter sequentia expressa, ea enim, quae reliquit, haec sunt:

Argentoratum & Francofurt. petit.

Spiritum emittit.

Clauis Scripturae S. Ien. 1567. 1581. 1609. 1629. & cum Addit. D. Io. Musaei 1674.

Contra Primatum Papae. Magd. f. 1550.

Scripta Latina contra Adiaphoristicas fraudes, edita Magdeb. 8. 1550. 1560.

Scholia über der Theologen Bedencken wegen des Interims. Magdeb. 4. 1552.

Confess. Andr. Osiand. de Iustificatione Refutatio. Franc. 4. 1552.

Tractat. von den fürnehmsten und gröbsten Irrthümern Osiandri an die Christen in Preußen. Magdeb. 1552.

Ermahnungen an alle Stände der Kirchen in

in Preußen Osiandri Lehre halber. ibid. 1552.

Widerlegung des Bekäntnüsses Osiandri von der Rechtfertigung der armen Sünder. ib. 1552.

Bericht vom Verdienst Christi wider die Götter in Preußen. ibid. 1552.

Antidotum auf Osiandri gifftiges Schmecke-Bier. 1552.

Zwey fürnehmliche Gründe Osiandri verlegt zu einem Schmecke-Bier.

Wider die Götter in Preussen / so da schwärmen / daß GOtt eben also in ihnen wohne / als in der Menschheit Christi. ib. 1552.

Beweisung / daß Osiander lehret / daß die Göttliche Natur eben also in den Gläubigen wohne / wie in der Menschheit Christi. ib.

Eine öffentliche Taffel von etlichen Sprüchen Augustini. ibid.

Eine kurtze Erzehlung beyderseits argumentum Osiandri und derer Unsrigen. ibid.

Ein Büchlein von der Gerechtigkeit. ibid.

Probe des Geistes Osiandri. ibid.

Widerlegung der kurtzen Antwort Schwenckfelds. 4. 1554.

Matyrologium.

Gründliche Ursachen / daß das Preußische Mandat d. 11. Aug. 1555. heraus gegeben / betreffend die Amnestiam der Osiandri-

schen Ketzerey / so mit guten Gewissen nicht kan angenommen werden. ibid. 1555.

Catalogus testium veritatis. Geneu. f. 1608. Francof. 4. 1657.

Refutatio Sophismatum & Elusionum Sacramentarii Erroris. 8. 1557.

Refut. Missae. Teutsch. Magd. 4. 1557.

Beweiß/daß alleso die Schrifften wider das Interim verbieten / it. so die Magdeburger verfolgen/ Christum selbst verfolgen. Magd. 8.

Von dem Sendschreiben/Mandatum ꝛc. dadurch das Wort GOTTes gefangen wird. 4.

Wider die unchristl. Vermahnung des Bischoffs zu Naumburg. 4.

Censurae de Libro Unterricht. 4.

Apologia contra Bezam. 8.

Vermahnung zur Beständigkeit. Magd. 4. 1559.

Centuriae Ecclesiasticae historiae. Basil. 1560.

Widerlegung des Lügen-Commenti der Adiaphoristen. Jen. 4. 1560.

Apologia, daß die Adiaphoristen Trennung in der Kirchen angerichtet. 4.

Amolitio XX. errorum, quos Heshusius Flacio falso obiicit. 4.

De fide, iustitia Christi, Velamine Mosis, Lege & Nom. Iehoua. Ienae, 4. 1663.

De

De voto & Re Fidei quodque ſola fide iuſtificemur. 4. 1563.

Verzeichniß der fürnehmſten Irrthümer Andr. Oſiandr.

XXX. Demonſtrationes, quibus probatur vera praeſentia corporis & ſangu. Chriſti in S. Coena. Vrſel. 8. 1565. Teutſch. 4. 1575.

De ſectis, Diſſenſionibus, Contradictionibus, Confuſionibus Doctrinae Pontificiae. Baſ. 1565.

Uneinigkeit und Einigkeit der Papiſten. Baſel/4. 1566.

De electione Epiſc. Franc. 8. 1566.

Erinnerung/ was Obrigkeit zur Peſtilentz-Zeit beſtellen ſoll. Witt. 4. 1566.

Tractatus de Translatione Imperii Rom. ad Germ. Baſ. 8. 1566.

Omnes libelli in ſacramentaria controuerſ. editi 1567.

Diſputationes cum Strigelio habitae Baſ. 4.

Refutatio inuectiua Conr. Bruni. Baſ. 4. 1568.

De eſſentia originalis iuſtitiae ſeu imaginis Dei. Baſ. 1568.

Antwort auf etliche Schrifften Luſii von der Erbſünde / freyen Willen / Bekehrung und Wiedergebuhrt. Vrſel. 4. 1568.

De occaſionibus vitandi erro m in doctrina de eſſentia Iuſtitiae orig. item de vtilita-

te doctrinae de essentia imaginis D. &c. Bas. 8. 1569.

Angelus tenebrarum detectus contra accidentarios. Vrsel. 8.

Augustini & Manichaeorum Sententia in controuers. Peccati. 1570.

Demonstrationes euidentissimae Doctrinae de Essentia imaginis Dei & Diaboli vna cum Testimon. veterum ac recentiorum Theologor. Bas. 8. 1570.

Refutatio doctrinae de originali Iustitia. Bas. 1570.

Defensio Doctrinae de originali Iustitia & iniust. seu peccato. Bas. 1570.

Ursachen/warum sich alle Christen von den Antichristen absondern sollen. 8. 1570.

Commentar. in N. T. Bas. f. 1570. Franc. f. 1570. 1659. 1669.

De peccato originali. 1571.

Bericht von seinen Christlichen Schreiben wider das Sophistische Accidens. 4. 1571.

Spiritus S. Figura seu Typi originale peccatum depingentes. 4. 1571.

De orig. Peccato orthod. Confessio, in qua & aduersariis Sophismat. de calumniis solide respondetur. 8. 1571.

Orthodoxa confessio de orig. Peccato. 8. 1571.

Erzehlung derer Handlung oder Religion-Streits ꝛc.

Ex-

Digitized by Google

Explicatio Aſcenſionis Chriſti &c. Vrſel. 8. 1572.

Antwort auf allerley Sophiſterey des Pelagiani Accidentis. Vrſel. 4. 1572.

Refutatio Muſaei ſententiae de Peccato originali & Reſponſio ad Libellum Heshuſii. Vrſel. 4. 1572.

Examen nouae ſententiae Muſaei de peccato orig. Isleb. 4. 1572.

Vtiles quaedam regulae de praedicatione Legis & cognitione Peccati, ibid. 4. 1573.

Contra Schiſmatum atque errorum Antitodum & contra Neopelagianos Scriptores. 8. 1573.

De myſtica & ſacramentali praeſentia corporis & ſanguinis Chriſti in ſacra Coena. 8. 1574.

De origine controuerſiae de originali Peccato ad veritatis cognitionem prorſus neceſſaria. 4. 1574.

Defenſio verae & Luth. de orig. Peccati Sententiae ac Refutatio Sophiſmatum. 4. 1576.

Eiusdem reſponſio ad ſententiam D. Sim. Muſaei de Peccato orig. Vrſel. 4. 1578.

Chriſtl. Warnung und Vermahnung an dieſelbe den nächſten Abſchied belangend, ibid. 1585.

IX.

SIMON MVSAEVS,

Nascitur.

ALias Meußel cognominatus, *Vetschae*, pago, non procul ab oppido *Cotwiz* in *Marchiae* confinio oriundus, natus est triduo ante Pascha A.C.MDXXI. Primis pietatis & literarum fundamentis iactis *Francofurtum ad Viadrum* ad studia fauste incepta continuanda, & hinc *Wittebergam* ad Albim est profectus, in qua etiam d. VIII. Maii A. MDLIV. S. Theol. Doctor est renunciatus. *Witteberga* euocatus, Pastorem *Fürstenwaldiae & Grossenae* in Marchia, Antistitem vero *Vratislauiae* in *Silesia*, *Gothae* in *Thuringia*, & *Eisfeldiae* in *Franconia* egit. Huc spectat distichon seq. quod Casp. *Cunrad.* Med. *Prosopographiae Melicae Lib. III.* ei scripsit:

Proficiscitur Francofurtum & hinc Wittebergam.
Doctor Theolog. renunciatur.
Pastor Fürstenwaldiae & Grossenae constituitur.
Antistitem agit.

Bresla prius sedem tribuit mihi, Gotha deinceps:
Famam ait in scriptis viuere Musa meis.

D. Schnepfio Prof. Theol. Ien. mortuo succedit.

Anno MDLVIII. Cal. Nouemb. D. ERHARDO SCHNEPFIO in Academiam coelestem vocato, *Ienae* in professione Theologiae successit, vbi *Rectoris* munus etiam A. MDLX. Cal. Ian. sibi demandatum vsque ad mensem Iu-

Digitized by Google

Iulium feliciter gessit & XCVIII. studiosos recepit. Sed cothurno STRIGELIANO inuisus & propterea abire iussus d. IX. Ianuarii MDLXII. ordine *Bremae* apud *Saxones*, *Suerini* apud *Megapolitanos*, *Geraе* apud *Variscos* docuit ad A. C. MDLXVIII. quo *Thorunium Borussorum* vocatus est. *Bremae suffectus* est ei D. ALBERTVS HARDERBERGER. Redux *Susati*, & tandem *Mansfeldiae* conciona-tus, inque suo Decanatu d. XI. Julii A. C. MDLXXVI. aetat. LV. animam DEO reddidit. Scripsit socero hoc Epitaphium D. DANIEL HOFFMANNVS:

Iena inbetur abire.

Variis in locis docet.

Concionatur Susati & Mansfeldiae.

Moritur.

Anno terdecies reuoluto a morte LVTHERI
Feruet vt augustum relligionis opus;
SIMON MVSAEVS, quo multum Ecclesia CHRISTI
Vsa est, quo multum mundus abusus, obit.

Hic MVSAEVS nullo in loco (ceu ex M. THEOPH. COLERI Superint. Ienens. concione funebri, in ipsius Pronepotis D. IOH. MVSAEI obitum habita, patet) tribus annis diutius perseuerare potuit, nam decemplici exilio (B. D. VELTHEMIO in Programmate funebri IOH. MVSAEI testante) & varia rerum necessitudine, cui per aeui sui iniurias & mirificas hominum contentiones obnoxius erat, oppido est famigerabilis: id quod B. Baierus hoc programmate indicat:

Decemplex Musaei exilium.

SIMON MVSAEVS, Muſarum charus alumnus,
Tradidit in multis dogmata pura locis,
Exilia expertus quam plurima, viuit in ore
Doctorum: inque pia poſteritate viget.

Filium reliquit. Filium reliquit IO. MVSAEVM I. Decanum in Ober-Maßfeld Nepotem *Ioh. Muſaeum* II. in Langwieſen Paſtorem: Pronepotem *Ioh. Muſaeum* III. S. Theol. Doctorem & Prof. in *Acad. Ienenſ.* celeberrimum, νῦν ἐν ἀγίοις, & Abnepotem *Iohannem Theodorum Muſaeum*, iam Medicinae Doctorem. Scripta reliquit hic *Sim. Muſaeus* ſeqq.

Predigten vom H. Abendmahle. Vrſel. 8. 1568.

Melancholiſchen Teuffel. Ien. 8. 1572.

Sententiam de peccato originis, quod non ſit ſubſtantia. Ienae. 4. 1572.

Catechiſm. Examen. Francof. f. 1575.

Poſtilla, teutſch. Roſt. 8. 1583. Franckf. f. 1675.

Contra Iconomachos. Ienae. 4. 1572.

Poſtille oder Auslegung aller Epiſteln. 1587.

Auslegung des erſten Buchs Moſis. Magd. f. 1595.

IO-

Digitized by Google

X.

IOHANNES WIGANDVS.

DEdit *IOH. WIGANDVM Mansfeldia*, in radicibus Hercyniae montis sita, A. C. MDXXIII. Pater ipsi fuit *IOH. WIGANDVS, Hessus*, & Mater CATHARINA, ambo honestae famae & facultatum mediocrium. Hic Iohannes Filius adhuc tenellus, nondum septennis a patre pietatis & literarum fautore laudatissimo in scholam eius oppidi deductus est, vbi inter alios DIONYSIVM AGRIVM *Austriacum* Praeceptorem habuit & tantos studiorum progressus fecit, vt pietatis & artium fundamentis per decennium laudabiliter iactis in Academiam *Witteberg.* missus non sine magna vtilitate studiis philosophicis tribus annis operam dare, & inter alios LVTHERVM legentem, disputantem, concionantem, *MELANCHTHONEM, IONAM &c.* audire valuerit, inde enim A. C. MDXLI. *Noribergam* vocatus & consilio Parentum, Praeceptorum & amicorum in ludo ad S. Laurentii pueris erudiendis strenuam nauauit operam, in qua puluerulenta functione totum triennium inuitus detentus fuit. Quare ardore literarum addiscendarum accensus MDLIV. *Wittebergam* ad in-

Origo Wigandi.

Parentes.

Scholam patriam frequentat.

In Academ. Witteberg. mittitur.

In Schola Noribergensi informat pueros.

VVittebergam redit. inchoatum ſtudiorum curſum rediit & A. ſeq. MDXLV. ſummum honoris gradum in Philoſophia adeptus. S. Theologiae ſe totum dedit. Sed A. MDLVI. ob motus bellicos in patriam reuerſus non tantum ſacro miniſterio initiatus vt loco *MARTINI SELIGMANNI*, *Heilbronnenſis*, decrepiti ſenis conciones haberet; ſed etiam in ſchola *Mansfeldiana* Dialecticam & Phyſicam docere iuſſus eſt. Sub id tempus etiam ſynodo *Eislebianae* contra Interimiſticas actiones celebratae interfuit. Deinde Anno MDLIII. cum *NICOLAVS GALLVS*, *Magdeburgenſis* Eccleſiae Superintendens, *Ratisbonam* reuocaretur, *WIGANDVS* hic euocabatur, vt illius loco Superintendentis partes ageret, quod munus etiam Comitibus *Mansfeldienſibus* & Eccleſia oppidi quidem refragantibus, Principe tamen WOLFGANGO *Anhaltino* intercedente in ſe ſuſcepit, & non modo ordinariis negotiis *Superintendentis* ſedulo functus eſt, ſed Adiaphoriſtas quoque oppugnauit, Hiſtoriam Eccleſiaſticam aliosque libros Eccleſiae vtiles conſcripſit. *Magdeburgi* ſeptennio pene inter varias moleſtias exacto a Sereniſſimis Principibus IOHANNE FRIDERICO II. IOHANNE WILHELMO & IOHANNE FRIDERICO III. *Ducibus Sax.* *Ienam* vocatus MDLX. venit ad Theologiae Profeſſionem. Sed cum poſt diſputationem *Vinarienſem* inter ILLYRICVM & VICTORI-

In patria Eccleſia concionator conſtituitur.

In ſchola docet philoſophica.

Synodo Eislebianae interest.

Superintendens Magdeburgi fit.

Libros ſcribit.

Ienam vocatur.

RINVM STRIGELIVM, cui & WIGANDVS interfuit, rixae Theologorum essent plurimae, inde dimissus *Magdeburgi* cum Familia aliquot mensibus subsitit. A. MDLXII. *Wismariam* vocatus, Superintendenti defuncto successit, scholam etiam ibi instaurauit, & reliquias quasdam ZWINGLIANORVM & ANABAPTISTARVM mandato & opera Ducum *Megapolensium* extirpauit. A. C. MDLXIII. *Rostochii* insignia S. Theologiae ob certas causas sibi conferri passus est. An. MDLVIII. a IOHANNE WILHELMO Duce Sax. iterum *Ienam* ad Theologiae Professionem vocatus, Mense Sept. eo venit & Superintendentis in Ecclesia atque Theologiae Professoris in Academia munus obire iussus, & ad colloquium *Altenburgense*, inter Theologos *Ienenses*, *Lipsienses* & *Wittebergenses*, de Iustificatione, de libero arbitrio & Adiaphoris habitum, missus est. Postea etiam *Thuringicas* Ecclesias & Scholas ex eiusdem Principis mandato visitauit & emendauit. Deinde A. MDLXIX. a Cal. Iul. vsque ad Cal. Ian. seq. anni Rector fuit, & CXIV. studiosos matriculae inseruit. Anno MDLXX. cum eodem Duce *IOH. WILHELMO* ad Comitia *Spirensia* abiit. Sed quinque propemodum annis Ienae exactis, mortuo saepe laudato Principe, ab Electore AVGVSTO dimissus, cum familia MDLXXIII. *Brunsuigam* concessit, paulo post autem in Aca-

Iena dimissus Magdeburgum venit.

Wismariae Superintendentis officio fungitur.

Scholam instaurat.

Doctor Theol. promouetur.

Ienam reuocatur.

Superindentens & Professor Theol. ibidem designatur.

Ad Colloquium Altenburg. mittitur.

Visitat Ecclesias & Scholas Thuringicas.

Rector fit Academiae.

Brunsuigam se confert.

Digitized by Google

In Academiam Regiomont. vocatur. Academiam *Regiomontanam* vocatus discesſit & Theologiae Profeſſionem ſuſcepit, cui biennium praefuit. A. enim MDLXXV. Epiſcopus *Pomezanienſis* in *Boruſſia* electus in oppidum *Libemolam*, vbi ſedes Epiſcopalis erat, cum familia ſe recepit. Hanc functionem etiam per XII. annos fideliter obiuit. Et haec de publica *Wigandi* vita ſufficiant, nunc ad priuatam paucis recenſendam propero. In coniugio vixit primum cum REBECCA, ciuis *Mansfeldienſis* metallici filia, ex qua V. liberos, quatuor nempe filios & vnicam filiam ſuſcepit, qui omnes ante parentes diem ſupremum obierunt, quos mater nono matrimonii anno *Magdeburgi* eſt ſecuta. Deinde in Patria duxit EVAM ex B. LVTHERI familia, fidelem exiliorum mariti comitem, quam MDLXXVI. amiſit, relictis duobus liberis. Tandem d. XIX. Octobr. MDLXXVIII. in tori ſociam in *Boruſſia* adſciuit viduam quadragenariam, filiam nobilis viri *MARTINI* a *SAVGNIN*, nuptam antea Equiti Bruteno, *IOHANNI* a *BETTELSDORFF*. Ipſe autem multis, imo omnibus ſuperatis afflictionibus dyſuria acerbiſima correptus tanquam obdormiſcens ex hac aerumnoſa vita in aeternam & beatam patriam diſcesſit d. XXI. Octobr. A. C. MDLXXXVII. aetat. LXIV. Miniſterii XLI. Lectu dignum eſt Epitaphium, quod multis annis ante mortem ipſe ſibi conſcripſit, ac ita ſe habet:

Coniugium eius triplex & liberi.

Primae coniux cum ſuis liberis moritur.

Secundam uxorem amittit.

Obdormit.

Epitaphium, quod ipſe ſibi conſc ipſit.

In

In Christo vixi, morior, viuoque Wigandus,
Do sordes morti, cætera, Christe, Tibi.

Scripsit hic WIGANDVS & publici iuris fecit sequentia:

Commonefactiones de reformatione Episcoporum suae aetatis, Magdeb. 8. 1550.
De norma iudicandi dogmata vera & falsa.
Corpusculum doctrinae sanctae. Lub. 12. 1604.
De adiaphoristicis corruptelis, in magno libro actorum Interimisticorum, sub fictitio titulo Professorum Wittebergensium edito, repetitis, admonitiones. Magdeb. 4. 1559.
De Deo methodum, cui refutatio nouorum Arianorum adiecta.
Collationem & repetitionem doctrinae de communicatione idiomatum.
De neutralibus & mediis admonitionem. ibid. 1560.
De libero arbitrio hominis integro, corrupto in rebus externis, mortuo in rebus spiritualibus, & renato.
De Peccato Originis.
Synopsin Antichristi Romani. Vrsel. 4. 1564.
Vom Straff-Amt der Sünden. 8. 1564.
De claue ligante in Ecclesia Christi, de suspensione a Sacramentis ad tempus, de renun-

conciliatione offenſae Eccleſiae, Explicationem ſuccinctam & ſolidam ex verbo Dei.

De coniugio doctrinam.

In Prophetas minores explicationes ſuccinctas, ordinem verum, textus ſententiam & doctrinas praecipuas ſtrictisſime indicantes. Baſil. 8. 1566.

Explanationem ſuccinctam in Micham & Habacuc. Francof. 1566.

Contra nouos Arianos exortos in Polonia. Geneu. 1567.

Poſtilla ſeu explicationem Euangeliorum. Vrſel. 8. 1567.

De bonis operibus propoſitiones contra quasdam praeſtigias. 8. 1568.

De communicatione idiomatum libellum. Francof. 8. 1569.

De bonis & malis Germaniae admonitionem.

De Heroibus doctrinam.

In priora tria Capita Geneſeos explicationes.

Collationem de tribus argumentis Antinomicis. Ien. 4. 1570.

De confeſſione in doctrina diuina & neceſſariis factis. Ien. 1570. 1590.

In Pſalmos 90. 91. Ien. 1571.

In Danielem Prophetam explicationem breuem. Ien. 8. 1571.

De

De turbatoribus omnium maximis in mundo librum. Ien. 1571.

Orationem de doctrina & praecipuis certaminibus Lutheri. Ien. 4. 1571.

De Antinomia veteri & noua. Ien. 8. 1571.

Predigt aus 2. Petr. III. von den letzten Tagen und Veränderung der Welt. Ien. 4. 1571.

De Amneſtia. Ien. 8. 1571. Witteb. 4. 1679.

Γνῶθι σεαυτὸν, hoc eſt, de homine integro, corrupto, renato, glorificato. Ien. 8. 1572.

Septem Spectrorum Manichaeorum recentium diſcuſſionem: Methodum de Coena Domini & argumentorum, quae verae praeſentiae corporis & ſanguinis Chriſti in coena Dominica opponuntur, enumerationem atque ſolutionem. Ien. 8. 1572.

De imagine Dei in hominibus & de larva Satanae. 8. 1573.

In Pſalmos 146. 147. Ien. 8 1573.

Tractatum de poenitentia ſeu conuerſione peccatoris ad Deum.

In Pſalmum 84. Ien. 1574.

In Matthaeum Euangeliſtam Commentarium.

In Epiſtolam Pauli ad Romanos annotationes.

De Seruetianismo ſeu de Antitrinitariis. Regiom. 8. 1575.

De ſubſtantia & viribus deprauati hominis contra Manichaeos.

Methodum doctrinae Christianae. Smalcald. 1576.

Catechisticas explicationes & methodos recitatas Ienae in explicatione Catechismi D. Lutheri. Argent. 1576.

In Iohannem Euangelistam explicationes. Regiom. 8. 1576.

De Iesu Christo Deo & Homine. Regiom. 4.

Erinnerung von dem Bekäntnüs der Theologen in Meißen vom Abendmahl. Königsb. 1576.

De legibus diuinis. Francof. 1577. Lipſ. 1596.

In Psalmos graduum 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. Regiom. 4. 1577.

In vtramque Epistolam Pauli ad Timotheum.

Syntagma, seu corpus doctrinae veri & omnipotentis Dei ex Veteri & Nouo Testamento. Francof. 1578.

In Psalmos poenitentiales.

Rationes, cur haec propositio: Peccatum originis & corrupta natura, in controuersia cum Manichaeis recentioribus nequeat consistere. Ien. 4. 1578.

Doctrinam de coniugio. Ien. 8. 1578.

Historiam patefactionis diuinae Exodi 33. Cap.

De arguendis falsis dogmatibus & Doctoribus, aliisque peccatis & peccatoribus iuxta verbum Dei. 1580.

De

De perſecutione piorum, exiliis piorum, exiliis facinoroſorum, martyriis piorum, pſeudo-martyriis, fuga miniſtrorum verbi, conſtantia, apoſtoſia, patientia. Francof. 1580.

Cauſas, quare falſi Dd. publice falſa docentes & ſcribentes ac pertinaciter defendentes nominatim indicandi ſint. 8. 1580.

De monſtris nouis & foecundis in doctrina de peccato commonefactionem, contra nouos Manichaeos editam.

In Eſaiam Prophetam annotationes. Erf. 8. 1581.

In Epiſtolam Pauli ad Epheſios annotationes. Erf. 8. 1581.

Erinnerung/ welche Religion die älteſte ſey/ die Evangeliſche oder die Päbſtiſche. len. 4. 1581.

Deplumata & pudenda argumenta ex ſynodo auium nuper Wittebergae per maledicum Poëtam, Iohannem Maiorem Ecebolum, edita, ſimpliciter excerpta, *ex quibus toti mundo notum fit, quod nullis iuſtis cauſis, ſed tantum figmentis & calumniis ſuam innocentiam in actionibus interimiſticis & adiaphoriſticis defendant, & ſuos reprehenſores damnent, ſimulque claſſicum, ad redintegranda certamina, canant.*

De iuſtificatione miſeri peccatoris coram Deo. Lipſ. 8. 1581.

Digitized by Google

De anabaptismo integram hiſtoriam. Lipſ. 4. 1582.

Ex Sidonii Catechiſmo maiore, ſeu inſtitutione de pietate, decretis conſilii prouincialis Moguntini adiuncta, commonefactiones annotatas; *quae oſtendunt, qualem Reformationem iam Epiſcopi Pontificii moliantur.*

Reſponſionem ad confeſſionem D. Maioris, de iuſtificatione & bonis operibus.

Argumenta de neceſsitate bonorum operum ad ſalutem.

De aliquot diſciplinae Eccleſiaſticae capitibus, & defenſionem eorundem ex verbo Dei, cum diſſolutione obiectorum.

Reſponſionem ad ſcurriles & blasphemas foetidi Rambochi rythmos.

Argumenta ſacramentariorum collecta & refutata.

Contra libellum confeſſionis ſeu reuocationis Georgii Maioris, de neceſsitate bonorum operum ad ſalutem Apologiam.

De Oſiandrismo integram explicationem. Ien. 8. 1583.

De fraudibus quorundam ſacramentariorum.

De ſacramentariismo. Lipſ. 4. 1584.

Exegeſin colloquiorum aliquot cum ſacramentariis habitorum. Lipſ. 4. 1584.

Confeſsion oder Bekäntnüs göttlicher reiner heilſamer Lehre von den fürnehmſten Ar-

Articuln des Glaubens etc. Erf. 8. 1584.

Collationem de D. Pauli Eberi impia opinione, quod quidam impii, in vſu coenae Dominicae, non accipiant verum corpus Chriſti.

In Epiſtolam Pauli ad Galatas annotationes.

De Victorini Strigelii apoſtatae declaratione, ſeu potius errorum occultatione.

In Epiſtolam ad Coloſſenſes annotationes. Witteb. 8. 1586.

De Schvvenckfeldianismo integram explicationem. Lipſ. 4. 1586.

Sophiſticorum quorundam argumentorum Stephani Agricolae de neceſsitate bonorum operum ad ſalutem, confutationem.

Errores D. Georgii Maioris ex libris ipſius, bona fide annotatos.

Analyſin & refutationem quaeſtionis de libero arbitrio, a D. Paulo Crellio diuulgatae.

Methodum de mediatione Chriſti. Lipſ. 8. 1588.

De Manichaeismo integram hiſtoriam. Ien. 4. 1588.

De Vbiquitate ſeu Omnipraeſentia Dei in genere, in ſpecie de ſua Eccleſia. Tub. 1589.

Catalogum herbarum in Pruſſia naſcentium. Ien. 8. 1590.

Cenſuram de iniqua Anti-Lutheranorum Wittebergenſium excluſione, contra M.

Digitized by Google

Conradum Schlüſſelburgium vſurpatam.

Quaeſtionem & reſponſionem de lege: An renatis ſit norma bonorum operum?

Catechiſmi Ieſuitarum ſeu Caniſii refutationem.

Cauſas, cur in coena Domini τὸ ῥητὸν ſit retinendum, contra praeſtigias Caluiniſtarum.

Antitheſin doctrinae verae & Papiſticae.

Quaeſtionem & reſponſionem de dicto Iohannis: Peccatum eſt ἀνομία, contra Manichaeos.

Analyſin exegeſeos ſacramentariae ſparſae in ſede Lutheri a Peucero Medico, Pecelio & Crucigero apoſtatis.

Grauiſſimas cauſas, cur forma & norma Conſiſtorii edita a Principibus Saxoniae in pluribus partibus approbari non poſſit.

Argumenta ſacramentariorum refutata per Lutherum, ex ſcriptis Lutheri, ad vſum Eccleſiae Chriſti, bona fide collecta. Item colloquium Marpurgenſe, tali modo hactenus non impreſſum.

Nebulas Arianas, ſparſas in Boruſſia per quendam Raphaelem Ritterum, luce veritatis diuinae diſcuſſas.

Contra neminiſtas & neminiſtica ſcripta.

Contra corruptelas adiaphoriſticas prolixo ſcripto repetitas atque ornatas, apologiam editam cum Matthaeo Iudice.

De

Digitized by Google

De abſtracto theologico methodum; collationem de noua controuerſia; Synodum Prutenicam de hac re; cauſas, cur locutiones iſtae: Humana Chriſti natura eſt in abſtracto omnipotens, viuifica, adoranda, ſint ſcandaloſae & per ſe falſae.

Quae & quam ſacro-ſancta iura Iohannes Stoſſelius violauerit, accuſando Illyricum & Wigandum coram Politico Magiſtratu ob priuatam & Chriſtianam ipſorum erga ſemonitionem.

De Stancarismo integram explicationem.

De Maiorismo integram hiſtoriam.

De adiaphoriſmo integram hiſtoriam.

De ſynergismo integram hiſtoriam.

De generatione filii Dei. Franc. 8. 1590.

De gloria mundana filiorum Dei & carnis Chriſti Tractatum.

Tractatum de deſcenſu Chriſti ad inferos.

De primatu & vicariatu Papae Romani librum.

De caſtitate & caelibatu librum.

Eccleſiaſticae hiſtoriae centurias tredecim.

Centuriam 14.

Centuriam 15.

Centuriam 16. in aliquot tomos diſtinctam.

Narrationem de hiſtoria Eccleſiaſtica contra Wittebergenſium quorundam calumnias.

Supplicatorios libellos de ſynodo.

Hiſtoriam de Auguſtana Confeſſione.

De illuſtribus viris Eccleſiae Dei librum.

Praefationem in Auguſtanam confeſſionem.
Hiſtoriam de alce vera.
Hiſtoriam de ſuccino.
Hiſtoriam de ſale.
Orationem de verbo Dei.
Orationem contra ſynergiam.
Orationem de fine hominis.
Orationem de Philoſophia & Theologia.
Cauſas, cur Catechismus Lutheri in ſcholis ſit retinendus, & ſuppoſititii fugiendi.
Orationem de arca Noae.
Orationem de cauſis, cur ab Eccleſia Pontificia diſceſſum ſit.
Orationem de dicto 2. Paralip. 18. aſpexiſti me in forma hominis.
Quaeſtionem & reſponſionem de iuſtitia.
Orationem continentem ſummam doctrinae Chriſtianae.
Orationem ante promulgationem ſtatutorum recitandorum de dicto Salomonis: vt auris audiat.
Quaeſtionem & reſponſionem de dicto Pauli Coloſſ. 2. videte, ne quis vos depraedetur per philoſophiam.
Orationem ad D. Seuerinum Gobelium de amici inſimulatione.
Orationem de neceſsitate & vtilitate corporis doctrinae Chriſtianae.
Theſes de poenitentia.
De verbo Dei.
De Deo.

De

De homine.
De creatione.
De angelis bonis & malis.
De peccato.
De legibus diuinis & de Euangelicis.
De bonis operibus.
De peccato originis, contra Manichaeos solennem disputationem.
De sacramentis in genere.
De Baptismo.
De Coena Domini.
De propositione: Bona opera retinent salutem, libellum.

XI.

MATTHAEVS IVDEX,

D*Ippolswaldia* Misnicus, per certum aliquod tempus *Magdeburgi* vixit, vbi concionatoris officio ad D. *Vlrici* fideliter functus, M. IOH. WIGANDVM, *Superintendentis* partes tum agentem, Anno MDLIII. & sequ. praecipuum atque intimum habuit amicum, a quo ipsius rationes in negotiis magni aestimabantur & omnia consilia communicabantur. Ibi Centurias, ceu vocant, Magdeburgenses cum iam dicto WIGANDO, M. MATTHIA FLACIO, D. *Iudicis Patria.* *Magdeburgi degit.* *Intimus Vigandi.* *Centuriis Magdeburg. elaborandis operam dat.*

MARTINO COPO, EBELINGO ALEMANNO, BASILIO FABRO, MARCO WAGNERO & aliis elaborauit. *Ienam* exinde A. MDLX. vocatus, vt Theologicam obiret Professionem, in collegium & Senatum Professorum Academicorum cooptatus fuit, & collegas habuit D. SIMONEM MVSAEVM, M. MATTH. FLACIVM & M. IOH. WIGANDVM, quibuscum colloquio Vinarienſi per ſeptimanam a die II. vsque ad VIII. Aug. inter ſaepe nominatum *MATTH. FLACIVM* Theologum & M. *VICTORINVM STRIGELIVM* Philoſophum in Salana Profeſſores publ. de Libero Arbitrio & peccato contra Synergiſmum habito interfuit. Antea, ſcilicet A. MDLIX. cum M. IOH. WIGANDO ſubſcripſit ſupplicationi quorundam in tota Germania Theologorum, qui poſt obitum D. LVTHERI corruptelis & ſectis voce aut ſcriptis contradixerunt, pro libera Chriſtiana & legitima Synodo, ad Sereniſſimos Principes & Status omnium ordinum Auguſtanam Confeſſionem amplectentes, eamque A. MDLXI. cum eodem nec non D. SIM. MVSAEO & MATTHIA FLACIO, ſuis in Salana collegis reiterauit, & noua Praefatione ad *Principes Numburgi* ad Salam eo conuenientes tempore auctam transmiſit. Cum autem poſt diſputationem Vinarienſem inter *FLACIVM & STRIGELIVM M. STOSSELIVS*, de quo mox pluribus

Ienam ad Profeſſionem Theologicam venit.

Collegae ipſius.

Intereſt colloquio Vinarienſi.

Subſcribit ſupplicationi quorundam Theologorum.

Digitized by Google

ribus fiet mentio, non vocatus in Eccleſiam Ienenſem ſeſe inſinuaſſet, atque ad Adiaphoriſtas ſe inclinaſſet; STRIGELIVM quoque, quem ante aliquoties condemnarat, tanquam Pelagianum, iterum vt Catholicum euchere conatetur, effectum eſt, vt hic *MATTH. IVDEX* cum *ILLYRICO* & *WIGANDO* MDLXII. functione ſua exueretur, *STOSSELIO* ſolo in illo theatro cum ſuis ad tempus dominante. *IVDEX* ergo *VVifmariam* ſe recepit, vbi cum *VVIGANDO* ſaepe laudato Corpus doctrinae veri & omnipotentis Dei ex V. Teſt. collegit. Exinde vero *Roſtochium* ad Promotionis actum vocatus d. XI. Iunii A.C. MDLXIV. vitam aerumnoſam cum beata morte ibi commutauit. Sepultus eſt in aede D. *Iacobi*, filio Philoſoph. & Medicinae Doctore celebri relicto. Scripta reliquit inter alia etiam ſequentia:

Sua functione exuitur.

Wifmariam proficiſcitur.

Corpus doctrinae collegit.

Roſtochium vocatur.

Ibidem moritur.

Sepultura eius.

Admonitiones de adiaphoriſticis corruptelis. Magdeb. 4. 1559.

Analyſin Epiſtolarum Dominicalium. Isleb. 8. 1578.

Corpuſculum doctrinae, h. e. Partes praecipuas & ſummam Chriſtianae doctrinae, Latino-German. Vrſell. 1595. Lipſ. 8. 1610. Lub. 8. 1651. Eisleb. 1564. teutſch.

De Centuriis Magdeb. quas cum aliis elaborauit, ſupra facta eſt mentio.

IO-

Digitized by Google

XII.

IOHANNES STOSSELIVS,

Natalitius locus.
Dies & annus.

IN hoc mundi theatrum productus est *Kitzingae*, *Franconiae* oppido ad Moenum supra *Herbipolim* sito, d. XXIII. Iunii. A. C. MDXXIV. Primis literarum fundamentis iactis *Wittebergam* se contulit, ibique MDXLIX. Magisterii gradum est consecutus. A. MDLX. *Heltburgi* in *Franconia* Antistes colloquio Theologico Heidelbergae instituto interfuit. Redux autem Consistorii An. MDLXI. *Vinariae* inchoati Assessor & MDLXII. in Academia *Ienensi* Theolog. Professor, Ecclesiae Pastor & Facultatis Philosoph. Adiunctus (*quod miror & rimor*, inquit B. BEIERVS) receptus fuit. Eodem anno, referente *Conrado Schlüsselburgio*, huius Stosselii consilio & instinctu XXX. Pastores Ecclesiae cum vxoribus & liberis in exilium ex *Thuringia* fuerunt pulsi, eo quod *Synergismo* nomina subscribere detrectassent. Sequenti anno LXIII. supra sesquimillesimum, Cal. Ian. Rectoris munus prima vice adeptus, ciues CXIII. recepit. A. LXIV. eiusdem seculi, III. Ian. Decanus Philosoph. electus, eodem mense VI. Magistros Philosophiae creauit. Ipse etiam d. XXIII. Febr. anni eiusdem quo actus Doctoratus Theologici primus celebrabatur, *Primus Doctor Theol.* in Salana est creatus

VVittebergam se confert.
Magister creatur.
Antistes Heltburg.
Consistorii Vinar. Assessor.
Ienae Professoris Theol. Pastoris & Adiunct.
Phil. munus obit.
Pastores 30. huius instinctu expelluntur.
Rector Academiae eligitur.
Creat Magistros.
Primus Doctor

Digitized by Google

atus, Procanceliario & vice-Decano, D. MAXIMILIANO MORLINO, *Eccleſiaſte* ac Superint. *Coburgenſi.* Brabeuta v. D. *PAVLO EBERO*, Superint. & P. P. *Witteberg.* vtroque ad hunc actum inuitato. A. ſeq. MDLXV. Cal. Iun. ſecunda vice Rectoratus faſces geſſit & LXXXIX. inſcripſit. Tertia autem eosdem Cal. Iun. MDLXVII. ſibi traditos geſſit vsque ad ſeq. Anni Cal. Ian. & CIV. in ſtudioſorum numerum recepit. Die XVI. eiusdem menſis in cauſa *Strigeliana* Synergiſmum aperte, & *Caluinianiſmum* operte promouente, male ſibi conſcius clam abiit, & quamuis deinde ab Electore *Saxoniae AVGVSTO, Superint. Pirnenſis* factus ſit; morſus tamen conſcientiae acerbis ſic nos ſenſit, id quod patet ex IO. MICH. DILHERRI ſcripto, quod vocat den Weg zu der Seeligkeit/ part. I. cap. II. vbi ita ſcribit: Johannes Stollelius, der die reine Lehre wiſſentlich verfälſchet/ und damit viel Leute eingenommen hatte/ ſagte kurtz vor ſeinem Tod: Ich bin des Teufels eigen mit Leib und Seel/ ein Gefäß des Zorns/ ein Kind des ewigen Feuers u. Verdammniß/ denn ich habe das Wort GOttes wiſſentlich verfälſchet/ GOtt geläſtert und die allerheiligſte Geheimniß und Sacrament Chriſti geſchmähet. Es iſt unmöglich/ daß ich hoffen und glauben ſolte/ daß mir GOtt hinfürter könte gnädig ſeyn. Da ihm der Pfarrherr aus GOttes Wort Troſt einſprach/ und der Barm-

Theologiae renunciatur.

Clam abit. Pirnae Superintendens conſtituitur.

Barmhertzigkeit GOttes/ so gröſſer als die Welt wäre/ erinnerte/ ſagte er: Ja/ lieber Herr/ das weiß ich alles wohl/ aber ich kan nicht gläuben/ daß es mich angehe/ dann ich bin nunmehro des Satans Leibeigen. Und kurtz vor ſeinem Ende hat er geſchryen: **Ach/ wie werd ich vom Teufel geplagt!** Alſo iſt er dahin gefahren: Et ex προσφων. B. A. BEIERI ad manes D. IOH. MAIORIS, vbi ita ſcribit:

Iohannes Stöſſel/ Kitzingae natus in oris,
In Iena Paſtor *ſeptimus* vrbe viget.
Hunc ornat ſophici titulis *Witeberga* Magiſtri,
Verum Doctorem noſtra *Salana* creat.
Poſt Caluiniſmo totum ſe deuouet, *inſtar Deſperabundi*, (*) funere merſus *obit.*

(*) *D. SIMON GEDICCVS in Apoſtata Pelargo, p.* 147.

Deſperabundus obit.

nempe d. XVIII. Martii, A. C. MDLXXVI. aetat. LII. animam *Pirnae* in ſua Ephoria efflauit, & vno die cum vxore ſepulchro eſt illatus. Quidam eum Senftenbergae in carcere obiiſſe ſcribunt, quod & M. WOLFFGANG KRVGER Theol. *Turnau.* hoc diſticho innuere videtur:

StoſſeLIVs DVbItat MIsere atque Ita ſentIt obItqVe,
Senftenberga tegens oſſa repoſta tenet.

M. VA-

M. VALENTINVS APEL, Ludimagiſter *Freibergenſis, hoc ei ſcripſit* Epitaphium:

Sit Dominus mundi benedictus, qui Benedicti
Feſto STOSSELIVM ſuſtulit e medio.
Vna STOSSELIVS cum coniuge conditur vrna,
SPIRA alter ſitus eſt hic, ſine crux, ſine lux.

XIII.

NICOLAVS SELNECCERVS,

NAtus fertur in oppido *Hersbruck Noribergenſium* A. C. MDXXX. d. VI. Decembr. hora noctis prima, veluti teſtatur intimatio academiae Lipſienſis A. C. MDXCII. VII. Cal. Iun. & concio D. GEORGI MYLII, habita in eius exequiis, quod not. contra illos, qui annum MDXXXII. nominant. Literarum elementis *Norimbergae* imbutus atque ad ſcholas publicas praeparatus *Wittebergam* venit, vbi praecipue MELANCHTHONEM audiuit, & d. XXXI. Iul. MDLIV. Magiſter Philoſophiae renunciatus etiam alios docuit. Ex Academia vero hac in

Naſcitur.

Witteb. venit.

Magiſter renunc.

Dresdam vocatur. in aulam *Dresdenſem* A. MDLVII. vocatus, Eccleſiaſten egit, & vna Ephorum D. ALEXANDRI, Ducis Saxoniae Sacris initiatus eſt & ordinatus *Wittebergae* d. VI. Ian. MDLVIII. Dresda diſcesſit concione valedictoria ex Pſalmo 141. habita, vbi inter reliqua hæc iucunda:

Alles gutes ich empfangen han
Von Obrigkeit und Unterthan/
Wider niemand ich etwas hab.
Danckſagen iſt mein Wiedergab.

Textu iſto excuſare voluit Parrheſian in dicendo, qua in aula ſeueriter reprehenderat vitia valde vulgaria. Verſu inprimis quinto.

Ienam proficiſcitur. A. igitur MDLXV. d. XXVI. Martii *Ienam* ad Profeſſionem Theologiae profectus,

Lipſiam. exinde Ann. MDLXVIII. *Lipſiam* ſe contulit, vbi rurſus Theolog. Profeſſoris Publ. ſpartam ornauit. D. XIX. Martii A. MDLXX. *Wittebergae* ſummum Doctorae in Theolo-

Doctor creatur. gia gradum eſt conſecutus, vna cum CASPARE CRVCIGERO, HENRICO MOLLERO, FRIDERICO WIDEBRAMO, IO. BVGENHAGIO & aliis. Seq. d. XVII. Iulii *VVolferbytum* Concionator Aulicus &

Superint. & Concion. Aul. Superattendens Generaliſſimus conſtitutus abiit, exinde *Helmſtadium*, vbi Academiae

Helmſtad. ſe confert. *Iuliae* incunabula promouit. Interea variis interfuit colloquiis Theologicis & Viſitationibus

nibus, vt: anno MDLXX. in Ducatu *Brunſuicenſi*, a Principe IVLIO accerſitus, vbi quadriennium fere abfuit. A. C. MDLXXVII. Lipſiam reuocatus vsque ad annum MDLXXXIX. ibi ſincere docuit. Eodem vero anno a Caluinicolis remotus, D. CHRISTOPHORO GVNDERMANNO, Theologo Caluinicula ei ſubſtituto, *Brunſuigae* & *Helmſtadii* exulauit. Inde MDXC. *Hildeſiam* vocatus eſt, vbi ad obitum CHRISTIANI I. *Electoris* d. xv. Sept. MDXCI. exſpirantis manſit. Tandem priſtinae dignitati *Lipſiae* reſtitutus vltimum diem, qui erat xxiv. Maii A. C. MDXCII. aetat. LX. clauſit. Sexies officium ſuum mutando de ſeptima dixit mutatione: *Septima me laeto ciuem aſſignabit olympo.* Vxorem habuit MARGARETHAM, D. DANIELIS GESNERI, Concionatoris Aulici *Dresdenſis*, & poſtea ibidem Superintendentis filiam. Nil amplius notandum ſupereſt, niſi (1.) Symbolum, ex Pſalm. XXXI, 16. quod vſurpauit, ſequens: *In manibus tuis ſortes meae:* huic diſticho incluſum:

Lipſiam reuocatur.

Hildeſiae degit.

Lipſiae priſtinae dignitati reſtituitur.

Moritur.

Matrimonium eius.

Symbolum.

Sum tuus, inque tuis manibus mea tempora vitae,
Nemo nocere mihi, te prohibente, poteſt.

(2) Scripta edita ſequentia: *Scripta.*

Explicatio Amos, Obadiae & Sophoniae. Lipſ. 4. 1564.

Catalogus praecipuorum conciliorum oecumenicorum & Nationalium a tempore Apoſtolorum &c. Lipſ. 8. 1564. Franc. 8. 1571.

De Prouidentia Dei. Lipſ. 4. 1564.

Auslegung über die Klaglieder Ieremiae. Leipz. 4. 1565.

Bericht vom Sterben und ſterbenden Läufften/ und wie man ſich Chriſtlich darinnen verhalten ſoll. Leipz. 4. 1565.

Collectanea quaedam a Papiſtis corrupta & oppugnata. Budiſſ. 8. 1565.

Explicatio Hiſtoriae de Natiuitate Chriſti. Ien. 8. 1566.

Auslegung des Propheten Ieremiae, nebſt dem Propheten Sophonia. Leipz. 4. 1566.

Warnung ſich für dem Sacramentirer-Schwarm zu hüten. Dreßd. 4. 1567.

Carmen Paraphraſticum & Homiliae. Ien. 8. 1567.

Commentar. in Acta Apoſt. Ien. 8. 1567. 1586.

Paedagogia Chriſtiana. Francof. 8. 1567. 1577.

Auslegung über Ionam, Nahum, Habacuc, ſamt denen VII. Buß-Pſalmen. Leipz. 4. 1567.

An-

Annotat. in Libr. Sapientiae Salomonis &c. Lipſ. 8. 1568.

Uber Johannis Offenbahrung / nebſt Daniels Propheceyung. Leipz. 4. 1568. 1608.

Auslegung des Pſalters. Nürnb. 1569. Leipz. f. 1571. 1621. Helmſt. f. 1589. & Wittenb.

Teutſche Reimen und Lieder. Leipz. 8.

De Iuſtificatione & bonis operibus. Lipſ. 8. 1570.

Analecta de praecipuis capitibus doctrinae. Francof. 8. 1571.

Exemplar Epiſtolae ſcriptae ad Theol. Acad. Witteb. de re ſacramentaria. Witteb. 4. 1571.

Predigt zu Wolffenbüttel gehalten / als die Poſt kommen / daß der Durchl. Herr Ioachimus II. Marggräff zu Brandenburg Churfürſt verſtorben. 1571.

Reſp. ad Diſp. Grammat. de Loco Act. III. oportet Chriſtum coelum accipere Witteb. 8. 1572.

Bekäntnüs und Teſtament vom H. Abendmahl des HErrn / was es ſey ꝛc. Helmſt. 8. 1572. Neoparg. ad Moen. 4. 1590.

Chriſtl. Fragſtücke und Antwort vom Art. daß Chriſtus gen Himmel aufgefahren ſey ꝛc.. Wolffenb. 4. 1572.

Summa der Chriſtl. Lehre vom H. Abendmahl. Henrichſt. 8. 1572. Magdeb. 1664.

Erklärung der Pasion. Helmst. 4. 1572. Leipz. 4. 1577.

Institutiones Christianae Religionis. Francof. 8. 1573.

Erklärung des schönsten Confitemini aus dem 118. Psalm/ nebst D. Lutheri Auslegung. Heinrichst. 8. 1573.

Institutiones Theologicae & Religionis, Francof. 8. 1573.

Expositio Euangeliorum & Epistol. Dominic. Lipf. f. 1575.

Postilla. Franckf. Leipz. 8. 1575.

Exegesis Symboli Apostolici, Nicaeni, Athanasii. Lipf. 8. 1575. 1577. ibid. 8. 1675.

Widerlegung der fürnehmsten Auflagen/ mit welchen die Sacramentirer die reine Kirche beschweren. it. etliche greuliche und abscheuliche Reden der Sacramentirer. Dreßd. 4. 1576. Leipz. 8. 1577. Jen. 4. 1592.

Historica oratio von Lehr/ Leben und Wandel Lutheri. Leipz. 8. 1576.

Collatio locorum Textus Biblici & Chaldaicae Pharaphraseos &c. Lipf. 1576.

Catechesis minor Luth. Graeco-Lat. cum Definitionibus & Quaestionibus &c. Lipf. 8. 1577.

Unterricht von der Person Christi. ib. 1577.

Auslegung über Hoseam, Ioel & Micham, Teutsch. Lipf. 4. 1578.

The-

Theſes de doctrina Sacramentorum N. T. Lipſ. 1578.

Notatio de ſtudio Theologiae ſacrae, & de ratione diſcendi doctrinam coeleſtem. Lipſ. 8. 1579.

Epiſt. ad *Danaeum* de Exegeſi &c. Lipſ. 8. 1580.

Epiſt. ad Ambroſium Wolffium, Luthero-Maſtygen &c. Lipſ. 8. 1580.

In Iohannem. Lipſ. 8. 1580.

Epiſtolae catholicae D. Iohannis, Homiliis breuibus illuſtratae. it. Euang. Ioh. Euangeliſtae ex ſyria verſione accurate exſcriptum. Francof. 8. 1580.

De Libro Concordiae, Perſona & Coena Chriſti &c. Lipſ. 4. 1581.

De Hypoſtatica Naturarum in Chriſto Vnione. Lipſ. 8. 1581.

Predigt von dem Chriſtl. Buche der Concordien. Leipz. 4. 1581.

Antwort auf die Sacramentiriſchen Schmäh-Schrifften Camb. Danaei. Leipz. 4. 1582.

Predigt am III. Chriſt-Feyertage / von denen Worten Ioh. I. Im Anfang. ꝛc. Leipz. 4. 1582.

Oratio explicans Pſ. VIII. Lipſ. 8. 1582.

Examen ordinandorum. Lipſ. 4. 1582.

Relationes aliquot (1.) de conſilio ſcripti libri concordiae &c. (2.) de perſona Chriſti &c. Lipſ. 1583.

Repetitio Doctrinae de communicatione Idiom. & Humana Nat. Chr. Lipſ. 8.

Hiſtoria Paſſionis, Mortis & Reſurrectionis Chriſti. Lipſ. 8. 1583.

Warnung auf der Anhalt. Theologen wider Kirchnerum, Chemnitium und Selneccerum ausgeſprengte Schrifften. Helmſt. 4. 1584.

Antwort auf der Anhaltiſchen Theologen zu Zerbſt / unchriſtl. Antwort. Leipz. 4. 1585.

Dialogi VII. de Iacobo Patriarcha & Filiis eius vendentibus fratrem Ioſephum, ac de paterno dolore Iacobi. Lipſ. 8. 1586.

XII. Vergleichungen des irrdiſchen Joſephs mit dem himmliſchen Joſeph Chriſto JEſu. 1586.

Antwort auf Hermann Rogers / von Hall / Examen &c. Leipz. 4.

Contra Bezam. ib. 8. 1589.

Ein Geſpräch vom H. Abendmahl / verteutſcht. Leipz. 4. Eißleb. 4. 1589.

Ehe-Spiegel Chriſtl. Lehre vom H. Eheſtand / ꝛc. Urſprunge / Würdigkeit und Troſt deſſelben ꝛc. Eißl. 4. 1589.

Caluinus rediuiuus. Francof. 4. 1591.

Chriſtliche Antwort auf Georg Bechmanni greuliche Läſterung und Famos-Schrifft ꝛc. ib. 4. 1591.

XIV. Urſachen Churfürſtl. Sächſ. Räthen und E. Rath zu Leipzig A. 1589. übergeben/

ben/ warum treue Luther. Prediger nicht können unterlaſſen mit Nahmen für der Zwingl. Irrthümer zu warnen. Tüb. 1591.

VI. Sonderbahre Leich-Predigten über Käyſer/ Könige/ Churfürſten ꝛc. 4. 1591.

Ungefährliche kurtze Entwerffung der Chriſtl. Gegen-Antwort/ ſo D. Selneccerus auf das Famos-Libell Chriſt. Pezelii geſchrieben/ ꝛc. Eißleb. 4. 1592.

Troſt-Sprüche für verfolgte Chriſten. Leipz. 8. 1594.

Comment. in omnes Epiſtolas Pauli. II. Part. Lipſ. f. 1596.

Auslegung des Buchs Tobiae. Leipz. 4. 1597.

Predigten in der Schloß-Capell zu Dreßden gethan/ als die Poſt von Chriſtiani, Königs in Dännemarck Todte kommen. 1599.

Declaratio Articulorum ex Form. Conc. ib. 8.

De Proprietatibus II. Naturar. & Communicat. Idiomatum. Ien. 8. 1599.

Theſes de Proprietatibus duarum Naturar. in Chriſto &c. Ien. 8. 1599.

Speculum coniugale & Politicum, Ehe- und Regenten-Spiegel. Leipz. 4. 1600.

In Euang. Harm. Explicationes Harmonicae. Lipſ. 8. 1604.

Kurtze Summarien und Gebetlein über den Pſalter. Leipz. 8. 1605. 1610. 1616. 1625.

In Lucae Euangelium.
Theſes de peccato originis. Lipſ. 8.
Leichpredigt über Sigismundi Auguſti, Königs in Pohlen/ Todt. Leipz. 4.
Pſalm-Predigten/ 1623. zum fünfftenmahl gedruckt. Leipz.

XIV.

IOHANN FRIDERICVS COELESTINVS.

QVantum ex rebus haud infeliciter peractis colligere licet, nihil prius ſibi nihilque antiquius duxit COELESTINVS, quam vt fidelium Doctorum conſilio tantis muniis mature praepararetur. Nam mitra doctorali Philoſophiae & Theologiae legitimae impetrata, ad Ephoriam *Hagiae* in *Bauaria* euectus, Antiſtitis cum aulici tum prouincialis perſonam ſuſtinuit. Poſtea in *Salana* Profeſſor P. A. C. MDLXVIII. conſtitutus, *Colloquio Altenburgenſi* inter D. AVGVSTI, Elect. Sax. & D. IOHANN. WILHELMI I. Ducis Sax. Theologos interfuit, inchoato A. MDLXVIII. d. xxi. Octobr. & A. C. MDLXIX. d. ix. Martii abrupto, in quo nactus tum paraſtatas D. IOHANN. WIGANDVM, M. CHRISTOPHORVM IRENAEVM, M. TIMOTHEVM KIRCHNERVM & nonnullos alios orthodoxos:

Ad Ephoriam Hagiae euehitur.

Digitized by Google

doxos: tum antagoniſtas D. PAVLVM EBERVM, D. HENRICVM SALMVTH, D. CASPARVM CRVCIGERVM iuniorem. Flacianismo tandem infectus *Iena* in *Auſtriam* abiit, A. C. MDLXXII. d. xxv. Ian. & in eadem fortaſsis obiit. Scripſit hic IO. FRIDERICVS COELESTINVS: *Abit in Auſtriam.*

Widerlegung der vermeynten Urſachen/ darum der abtrünnige M. Caſp. Franck vom Evang. zum Pabſtthum gefallen. 4. 1568.

Von Schulen/ wie zu helffen/ ꝛc. Straßb. 8. 1568.

Anatomiam des Pabſtthums. Regenſp. 4. 1569.

XV.

TILEMANNVS HESHVSIVS

VEſeliae ad *Rhenum* fuit editus anno MDXXVI. d. III. Novembr. Adoleſcens literis ſe humanioribus totum dicauit, inprimisque in diuinarum rerum cognitione elaborauit. Tantum etiam in iis profecit, ut anno MDL. Doctor *Philoſophiae*, d. XIX. Maii MDLIII. *Theologiae Wittebergae* crearetur, & vsque ad annum C. MDLV. *Patria & ſtudiorum primordium.* *Doctor Philoſophiae & Theologiae creatur.*

Superintendens Goslarienſis conſtituitur. Superintendentem ageret *Goslariae.* Exinde autem dimiſſus ordine *Roſtochii*, *Bremae*, *Heidelbergae*, *Magdeburgi*, *Neoburgi* in *Palatinatu* docuit. *Heidelberga*, vbi ſacras literas Profeſſor Academiae & Paſtor Eccleſiae deſignatus publice in cathedra ſcholae, & e ſuggeſtu in aede ſacra propoſuit, eum inter ipſum & *GVILIELMVM CLEBITIVM* certamen ſuper *Coena Dominica* ortum eſſet, ipſe ab Electore *Friderico III.* vt finis eſſet conuitiorum & inſectationum in ſua vrbe, dimiſſus eſt. A. C. MDLXIX. d. x. Octobr. *Ienam* vocatus collegas habuit D. WIGANDVM, D. COELESTINVM, D. KIRCHNERVM. Inde etiam dimiſſus in *Borusſiam* inuitatus MDLXXIV. *Regiomontium* venit, ibique ſacra docuit, donec Ann. MDLXXVI. ingens inter ipſum & *WIGANDVM* diſſidium fuit ortum *propter Abſtracti vſum*, an nempe humanitas Chriſti in abſtracto conſiderata dici debeat adoranda? Cedere itaque coactus MDLXXVII. *Lubecam* cum familia appulit, vnde ſtatim *Helmſtadium* eſt euocatus. Anno MDLXXXIII. d. XIV. & XVI. Ian. interfuit Colloquio ſuper *Vbiquitatis* dogmate *Quedlinburgi* in *Saxonia* inter Theologos Electoris *Saxoniae* & *Brunſuicenſes*, habito, in quo expreſſe negauit, dogma illud generalis Vbiquitatis in ſacrae ſcripturae canone haberi, ac inde poſſe demonſtrari. Et haec de vita publica, nunc ad

Dimittitur.

Ienam vocatur.

Lubecam concedit & Helmſtadium vocatur.

Colloquio Quedlinburgi intereſt.

ad priuatam paucisſimis. Vixit in coniugio cum BARBARA, D. SIMONIS MVSAEI, *Theol.* P. P. *Ienenſis* filia primogenita MDLXVI. ducta, quae ei duos filios, nempe GOTEFRIDVM & HENRICVM peperit, qui poſtea *Magiſtri Philoſophiae* ſunt creati, poſterior etiam Superintendentem *Hildeſienſem* egit: & Filiam *Annam* D. IOH. OLEARIO *Veſalienſi*, Ephoro *Hallenſi* nuptam. In *Academia Iulia* tandem HESHVSIVS hic A. C. MDLXXXVIII. aet. LXII. d. XXVI. Sept. obiit. Succeſsit ei DANIEL HOFFMANNVS, Theol. Doctor.

Coniugium.

Liberi Heshuſii.

Moritur.

Huius

TILEM. HESHVSII

Scripta ſunt ſeqq.

Confeſsio de praeſentia corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti in coena Dom. Teutſch. Nürnb. 8.

Defenſio Confeſsionis eius aduerſus calumnias Caluini, Boquini, Bezae & Clebizii. Magdeb. 1562. Erph. 8. 1583. 1615.

De ſeruo hominis arbitrio. Magdeb. 4. 1562.

Erzehlung von der Enturlaubung Tilem. Heshuſii, und anderer geweſenen Prediger zu Magdeb. 1565.

Chriſtl. in GOttes Wort gegründeter Glaube ꝛc. Lauing. 8. 1565.

Be-

Bericht von der Bekehrung Eduardi Tornei, welcher die Secte der Jesuiten verlassen ꝛc. Lauing. 8. 1568.

Anleitung/ wie die wahre Gegenwärtigkeit des Leibes und Blutes Christi im H. Abendmahl aus unwiderleglichen Grund Göttliches Worts zu beweisen. Heydelb. 4. 1568. Erfurt. 8. 1584.

X. Predigten von der Rechtfertigung. Lauingen/ 4. 1568.

VIII. Predigt. vom Erkäntniß GOttes. Jena/ 4. 1570.

Analysis Argumentorum Flacii. Ien. 4. 1571.

Frag und Antwort: Ob ein Christ mit Unchristen/ Jüden/ Türcken und Heyden/ Ketzern/ Lästerern/ Götzen-Dienern essen und trincken könne. Jena/ 4. 1572.

Epist. ad Matth. Flacium de Peccato orig. Ienae, 4. 1572.

Epistolae II. de Exorcismo in actione Baptismi. ibid. 4. 1572.

Defensio piae sententiae *Aurelii Augustini*, quod peccatum orig. non sit substantia. Ienae, ibid. 4. 1572.

Propositiones de peccato orig. contra Manich. & Pelag. Ienae, 4. 1572.

Propositiones de aeterna Spiritus S. Diuinitate. Ienae, 4. 1572.

IV. Pre-

IV. Predigten vom H. Abendmahl. Jena/ 1573.

Urſache/ warum ein Pfarrherr einen unbußfertigen Sünder bey der Heil. Tauffe nicht ſoll Gevatter ſtehen laſſen/ und ihm das Abendmahl reichen. Jena/ 4. 1573.

Compendium Theologicum, it. Definitiones vocum & rerum Theologicarum. Regiom. 8. 1578. Witteb. 1614.

Beſchuldigung wider die Läſter-Schrifften/ ſo er gegen die Form auf D. C. Iac. Andreae Perſon ꝛc. ſoll ausgeſprenget haben. Heinrichſt. 4. 1579.

De Errore Pontif. Eccleſiae. Francof. 8. 1579. Witteb. 8. 1612.

Antidotum contra impium dogma Flacii. Ien. 4. 1579.

Predigten von der perſönlichen Vereinigung beyder Naturen in Chriſto. Eißl. 4. 1580.

Reſponſio contra Sturmium, lat. und teutſch. 1581.

Aſſertio SS. Teſtamenti Chriſti contra blasphemam Caluiniſtae Anonymi Exegeſin. Erfurt. 8. 1582.

Apologia contra Caluinum. 8.

Poſtilla. Helmſt. f. 1582.

Von Ehe-Verlöbnüſſen und verbotenen Gradibus. Erf. 4. 1583.

Vom Amte und Gewalt der Prediger. Magdeb. 4. Erf. 8. 1585.

War-

Warhafftige Schluß-Rede von der wahren Gegenwart des L. und B. JESU Christi im Abendmahl des HErrn. Dreßd. 1586.

De Iustificatione hominis coram DEO, Libr. VII. Erford f. 1587.

Extract, was von Amlingen und den Predigern zu Zerbst zu halten sey. 4. 1590.

Tractatus de duabus Naturis in Christo &c. Magdeb. 8. 1590.

Tractatus de Coena Domini. Magdeb. 8. 1591.

Testament und Bekäntniß/ kurtz vor seinem Ende mit eigner Hand geschrieben. 8. 1591.

Warhafftiger Gegenbericht auf Matth. Flacii kurtzes Bekäntniß von der Erbsünde. Jena/ 4. 1591.

Comment. in Epist. Pauli ad Coloss. Helmst. 1585. Magdeb. 1594.

Examen Theologicum. Witteb. 8. 1587. Latine, Helmst. 1597.

Comment. in omnes Pauli Epistolas. Mülhus. 1605.

Comment. in Esaiam cum variis lectionibus Olearii. Halae, f. 1617.

TI-

Digitized by Google

XVI.

TIMOTHEVS KIRCHNERVS.

PRotulit TIMOTHEVM KIRCHNERVM pagus *Thuringiae Tolſtadium* in Comitatu *Gleichenſi* d. VI. Ian. MDXXXIII. Patrem habuit IOHANNEM KIRCHNERVM, eiusdem loci ludimoderatorem, auum vero *Sigismundum*, *Erfurti* in templo, a mercatoribus dicto, Eccleſiaſten. Eruditionis ſupellectilem variis in locis ita comparauit, vt *Lipſiae* ſacris initiatus *Furrae* prope *Weiſſenſeam* MDLIV. ſacerdotem ageret, ſequenti anno *Dachwichi*, in Diocceſi *Gothana* & An. MDLXI. (cuius anni II. Ian. etiam Philoſ. Magiſter creatus eſt) *Herbisleb-ii*: Exinde autem a Cothurni Strigeliano-Stöſſeliani Patronis quidem remouebatur, A. MDLXVII. tamen reuocabatur. Sed nec tum diu ibi perſtitit, dum poſt trimeſtre *Ienam* venit, vbi Eccleſiae Paſtor & Academiae Profeſſor factus ſummos in Theolog. honores MDLXXI. d. I. Maii eſt adeptus. *Wolferbytum* inde a *IVLIO Duce Brunſuicenſi & Luneburg.* euocatus Concionatoris Aulici munere functus eſt ab A. MDLXXI. vsque ad A. MDLXXVI. quo *Helmſtadium* vocatus, Academiae fundamenta prima docendo poſuit

Kirchneri patria.

Sacris initiatus ſacerdotem agit.

Remouetur.

Reuocatur.

Ienam venit.

Wolferbytum vocatur.

Helmſtadii prima fundamenta docendo posuit.

Digitized by Google

fuit & d. xv. Octobr. primus *Ducis IVLII Prorector* renunciatus est. Ibi postquam collusionem cum *Pontificiis* & *Hebraeis* publice taxasset, An. MDLXXIX. excedere coactus, integrum annum *Erfordiae* in exilio transegit. A. MDLXXX. ab *Electore Palat. LVDOVICO Heidelbergam* vocatus Theolog. Prof. primarius audiuit. Post mortem eius vero, cum d. XXIV. Octobr. oratione funebri publice illi parentasset, a *IOH. CASIMIRO, Electoratus Pal. Administratore* discedere iussus A. MDLXXXIII. Sequenti *Vinariae* Superintendens Generalis est factus, vbi etiam d. XIV. Sept. A. C. MDLXXXVII. aet. LIV. viuere desiit, relicto filio M. PHILIPPO KIRCHNERO, Ecclesiaste Vinariensi, post Buttelstadiano.

Erfordiae viuit exul.

Heidelbergae Professor Theolog. constituitur

Vinariae Superintendentis munere fungitur.

Obdormit.

Huius

TIM. KIRCHNERI

Scripta sunt:

Explicatio Articulorum fidei. Francof. 1566.

Treuhertzige Meynung an die Christlichen Kirchen in Braband/ Flandern/ Hennegau/ so entweder noch unterm Creutze sitzen/ oder aus dem Lande gewichen. Leipz.

The-

Theſaur. Lutheri Explicationum omnium Articulorum catholicae, orthodoxae &c. doctrinae Chriſtianae. Francof. f. 1566.

Oratio de dicto Filii Dei Matth. XVIII. data eſt mihi &c. Henricopol. 1578.

Diſput. III. 1. de bonis oper. & Iuſtific. Heidelb. 4. 1578. 2. de Sacra Coena. ibid. 1582. 3. de viuifica carne Chriſti. ib. 4. 1583.

In Eſa. LIII. Cap. Mülhuſ. 8. 1579.

Orationes II. 1. De origine, conſecratione, miranda propagatione & conſeruatione Scripturae diuinitus inſpiratae. Mülhuſ. 4. 1580. 2. De verbi Dei orig. certitudine & proprietat. Heidelb. 4. 1581.

De viuifica carne Chriſti. Heidelb. 4. 1583.

Bericht auf das Wächter-Hörnlein Chriſtoph Irenaei ꝛc. Heydelb. 8. 1584.

Beweiß/ daß die 42. Argument der Anhaltiſchen/ ſo ſie wider das Concordien-Buch und deſſelbigen Apologie vorgebracht/ weder Grund noch Beſtand haben. 4. 1585.

Daß die Argumenten der Kirchendiener in Anhalt/ ſo ſie wider das Concordien-Buch und deſſelben Apologiam fürbracht/ aus lauter Trübſand ꝛc. zuſammen geflochten. Leipz. 4. 1586.

Bericht und Widerlegung der kurtzen Antwort etlicher Anhaltiſchen Theologen ꝛc. Jen. 4. 1587.

Bericht von der Erbsünde ꝛc. Ienae, 4. 1587.
Enchiridion, in welchem die fürnehmsten Hauptstücke Christlicher Lehre durch Frag und Antwort erkläret werden. Heydelb. 1593. Francof. 8. 1592. Latine, 1595.
Methodica Explicatio praecipuorum capitum doctrinae coelestis, & vita ministerii eiusdem *Kirchneri* &c. Lipſ. 8. 1595.

XVII.

Mirus.

MARTINVS MIRVS

Naſcitur.

PRimam lucem aſpexit *Weidae Variſc.* A. C. MDXXXII. Animum ſtatim puer ſtudiis dicauit, & improbo labore tantum eruditionis theſaurum collegit, vt in prima Academiae *Ienenſis* promotione Philoſophica d. XII. Iulii MDLVIII. Philoſoph. *Magiſter*, & d. X. Febr. MDLXXIV. S. Theol. Doctor crearetur. *Ienae* MDLXIX. Diaconum, MDLXXIII. vero Profeſſorem & Superintendentem egit. Aliis etiam officiis ſacris praefuit, nempe *Sulzbruccae* in Comitatu *Gleichenſi*, & MDLXXII. in oppido *Cala*, vbi paſtor animarum fuit. Cala redux vix vno elapſo anno in Ephoria *Ienenſi* conſumto *Dresdam* MDLXXIV. vocatus, apud Electorem *AVGVSTVM* munus Eccleſiaſtae Aulici obiuit vsque ad annum MDLXXXVIII. quo ab Electore *CHRISTIANO I.* dimiſſus *Ienae* exulauit, e qua *Halberſtadium* profectus

Doctor Philoſ. & Theoſophiae renunciatur. Ienae Profeſſor & Superint. conſtituitur.

Dresdam vocatur.

Ienae exulat.

A.C.

A. C. MDXCI. d. XXI. Sept. Eccleſiam Cathedralem primus reformauit. A. MDXCII. priſtinae dignitati a *SOPHIA Brandenburgica*, defuncti Electoris vidua, reſtitutus & circuli *Miſnici* Viſitator Eccleſiaſticus conſtitutus in *Cardiz*, arce WOLFGANGI ALBERTI a SCHLEVNIZ, d. XXIV. Aug. A. C. MDXCIII. aetatis LXI. animam emiſit. *Dresdae* ad S. Crucis eſt ſepultus. Encomium, quod *CASP. CONRADVS Proſopograph. Melicae Millen.* I. illi tribuit, hoc exprimitur diſticho:

Halberſtadium venit.

Viſitator Eccleſiaſticus conſtituitur.

Moritur.

Sepelitur.

Nomine MIRVS eram genioque atque ore diſerto:
Suadam me dixit Miſnica terra ſuam.

Scripſit hic MIRVS:

Predigt von der Tauffe CHRISTIANI II. Herz. zu Sachſ. Dreßd. 8. 1584.

Leichpredigten. Dreßd. Erf. 1586.

Deſſen Gemahlin aus Königl. Stamme zu Dännemarck / auch III. Leichpredigten. ibid. 8. 1586.

Chriſtliche Predigten / gehalten auffm Reichs-Tage zu Regenſpurg An. 1575. Erf. 4. 1590.

Encoenia der Stiffts-Kirchen zu Halberſtadt. Dreßd. 4. 1592.

Inueſtitur M. Theoph. Glaſſers / Superint. zu Dreßden. Dreßd. 4. 1592.

Digitized by Google

V. Predigten über das LIII. Cap. Esa. Dreßd. 4. Ienae, 8. 1603.
III. Leich-Predigten/Churfürst AVGVSTO zu Sachsen gehalten. Dreßd.
III. Predigten/ deren die erste von der Person Christi ꝛc. Leipz. 4. 1605.
Postilla, Lipsi. f. 1609.

XVIII.

DAVID VOITVS

Voiti

Patria.

Parens.

RO*nneburgi* (olim *Rumburgae*) *Misniae* oppido natus est A. C. MDXXX. Patrem habuit IOH. VOITVM, primum *Vinariae* Monachum Franciscanum, qui deinde ex lectione librorum Lutheri veritatem agnitam tam in lectionibus, quam in concionibus professus est. Quare omnes Monachi IOHANNEM VOITVM *Lutherana* haeresi infectum clamitare, a colloquio & consortio fratrum arcere, & Diabolo tradere coeperunt. Inter prandendum & coenandum humi repere, micas colligere, Monachorum pedes osculari ac flagellis se cedere est coactus. His tamen omnibus spretis Cal. Ian. MDXXIII. iussu Principum concionatus, *hominem non operibus, sed sola fide, apprehendente & applicante sibi Christi meritum, iustificari*, diserte dixit, qua concione crabrones ita irritauit, vt de discessu cogitare necesse

se habuerit. Relicto ergo Monasterio annos aliquot IOHANNI, *Duci Saxon.* a concionibus fuit, & postea an. XLV. *Ronneburgi Pastoris & Inspectoris* officio functus Euangelium docuit. Filius hic DAVID VOITVS paterna vrgens vestigia, ad veram pietatis & eruditionis laudem summo studio adspirauit, & adolescens *Wittebergae* inter alios viros praestantes, LVTHERVM & MELANCHTHONEM audiuit. Anno MDL. ibidem summos in Philosophia honores consecutus *Ienae* literas Graecas aliquandiu publice docuit. A. MDLX. d. XIX. Martii *Wittebergae* Theol. Doctor renunciatus, paulo post ad aulam & Academiam *Regiomontanam* a Principe *Alberto* inuitatus discesit, in qua xv. annos singularem erga se Principis gratiam est expertus. Eo mortuo *Dantiscum* concesit, vbi per anni fere spatium docuit, donec literis ternis Principum Electorum praecipue AVGVSTI *Saxonis Ienam* A. MDLXXIII. reuocaretur, vbi quindecim itidem annos Ecclesiae & Scholae docendo operam dedit summam, & *Rectoris* quoque *munere tribus vicibus functus est; prima* quidem ab anno MDLXXV. d. xxv. Febr. ad xvii. Iul. eiusd. anni studiosorum albo intulit CLXVI. *secunda* a d. x. Mart. MDLXXIX. ad iv. Aug. LXIX. inscripsit; *tertia* a d. VI. Aug. MDLXXXIII. ad xi. Febr. MDLXXXIV. ciues LXXXII. recepit. *Iena* A. MDLXXXVII. voluntate

Wittebergae studet.

Magisterii honores consequitur.

Ienae docet. Theolog. Doctor creatur.

Regiomontium discedit.

Ienam reuocatur.

Rector Magnif. eligitur.

Digitized by Google

CHRISTIANI I. Electoris Saxon. in Academiam *Witteberg.* rediit, vbi concionator in templo parochiali constitutus, eam prouinciam ad finem vsque vitae obiuit. Tandem cum quatriduo sanguinem copiosum e naribus & concretos cruoris grumos vomitu eiecisset ac saepe cantionem Simeonis atque illud Apostoli: *Cupio dissolui & esse cum Christo*, repetiisset, placide obdormiuit *Witteber-gae* d. XXVI. Nou. A. MDLXXXIX. aet. LX. ferme completo, seq. XXVIII. Nou. in templo parochiali medius inter EBERVM & EBERHARDVM est humanis hoc Epitaphio posito:

Wittebergam redit.

Morbus.

Epitaphium.

VIR. REVERENDVS. ET. CLARISS. DN. *DAVID. VOITVS.* S. S. THEOLOG. DOCTOR. ET. PROFESSOR PVBLICVS. ECCLESIAE. WITTEBERGENSIS. PASTOR. ET. ELECT. SAXON. SVPERINTENDENS. IN. DOMINO. OBDORMIVIT. ANNO. M. D. LXXXIX. DIE. XXVI. NOVEMBR. PAVLO. ANTE. HORAM. IV. MATVTIN. CVM. AD. COMPLENDVM. AETATIS. ANNVM. LX. MENSES. DVO. DEESSENT. ANDR. SENNERTO in Inscriptionibus Wittebergensibus p. 232. notante.

Huius VOITI.

typis, exscriptam inuenio:

Pre-

Digitized by Google

Predigt vom H. Abendmahle. Erf. 4. 1582.

XIX.

BALTHASAR SARTORIVS

Sartorius.

IN lucem editus eſt *Oſchazi, Miſniae* oppido cum ſpatioſa praefectura. Animus eius a teneris ſtatim vnguiculis bonarum literarum cupidus, tantos in illis fecit progreſſus, vt A. C. MDLIX. ſummos in *Philoſophia honores Wittebergae* cum laude fuerit conſecutus, anno MDLXXVIII. vero SS. Theologiae *Doctor Lipſiae* ſolenniter renunciatus. Quo facto fama ipſius ita eſt euulgata, vt eodem adhuc anno *Ienae* Profeſſor ſit factus. Iam quidem antea Grimmae Antiſtes fuit & Ephorus FRIDERICI WILHELMI, Ducis Sax. poſtea quoque Electoratus Sax. Adminiſtratoris, aliquandiu vixit. *Ienae Rectoris* etiam Magnif. ſpartam ter ornauit. Vbi primum ab vltimo Ian. anno MDLXXVII. vsque ad XXIV. Iul. cum Rectore Magnificentiſſimo, Domino WOLFFGANGO, Comite & Domino in Caſtel &c. CXXXV. ciues nouos recepit. Deinde MDLXXXI. a. XXI. Ian. ad XXXI. Aug. ſolus Rector LXXXVIII. & tandem ab anni MDLXXXV. d. III. Aug. vsque ad III. Febr. A. ſeq. CXXIII. inſcripſit. *Salfeldiam* quoque

Naſcitur.

Magiſter creatur.

Doctor Theol.

Ienae ſit Profeſſor.

Rector Magn. ibidem conſtituitur.

Salfeldiam

peſtis metu fugit. que cum aliis Profeſſoribus Ienenſibus MDLXXVIII. peſtis metu fugit primusque fuit, qui II. Sept. anni dicti lectionum ſuarum auſpicium ibi intimauit. *Salfeldia* vero An. MDLXXIX. redux *Ienae* vsque ad annum MDLXXXVIII. perſeuerauit, quo a CHRISTIANO I. *Electore Saxoniae* Antiſtes conſtitutus *Miſenam* abiit. Tandem *Lipſiae* conſenuit & contabuit, d. XIV. Sept. A. C. MDCIX. defunctus.

Miſenam abit.
Lipſiae moritur

Ab hoc SARTORIO

expoſita eſt:

Quaeſtio: ſitne anima hominis particula diuinae eſſentiae? Lipſ. 4. 1582.

XX.

IOHANNES AVENARIVS,

Origo. VVlgo Habermann / Theologus de Eccleſia Chriſti optime meritus, in lucem hanc editus eſt *Egrae*, *Bohemiae* vrbe acidulis nobilitata, circa A. C. MDXVI. Patrem habuit LAVRENTIVM Habermann / ciuem vrbis dictae optimum. Literis a primis ſtatim vnguiculis ingentem dedit operam, vt metam ſibi praefixam etiam feliciter attigerit, & A. MDL. *Schönfelſae* vno

vno milliari a *Cygnaea* Paſtorem agere potuerit, & poſtea *Falckenauiae* in *Variſcorum* & *Bohemorum* confinio A. MDLXVII. quo loco & tempore ſuum piisſimarum in ſingulos hebdomadae dies precationum libellum edidit, quem in vernaculam tranſtulit M. IACOB ZADERER, *Weidenſis*, Paſtor *Cizae*, eiusque Filius M. CHRISTOPH ZADERER publicauit *Lipſiae* A. MDCXVII. Libellus hic piis ita placuit, vt Gallice quoque verſus, in medio Galliae regno prodierit. Deinde *Freibergae* quadriennium in Templo Cathedrali concionatorem pomeridianum egit & ſimul Hebraicas literas docuit, quo officio & Ienae A. MDLXXIII. eſt functus, in qua Academia quoque d. x. Febr. MDLXXIV. ſummam in Theologia docturae dignitatem ſuſcepit. Eodem anno *Wittebergam*, in qua A. MDLIV. Magiſterii titulo ornatus fuerat, venit, publice aliquandiu profeſſus tandemque Cizenſis Epiſcopatus *Superattendens* factus, *Cizae* vitae finem fecit d. V. Sept. A. C. MDXC. aetat. LXXIV. Reliquit filium IOSEPHVM, veteranum *Academiae Ienenſis* alumnum, & ex hoc nepotem IOHANNEM, qui anno MDLXXIX. *Oringae*, in comitatu *Hohenloico* natus, Ienae pro gradu Doctoratus anno MDCXVI. *de Iure Emphyteutico*, Praeſide D. ARVMAEO diſputauit, vocatus *VVittebergam* A. MDCXVII. ad *Profeſſionem* Eloquentiae, vt B. BEIERVS quidem habet. Fratrem

Paſtorem agit.

Freibergae concionator pomeridianus audit.

Doctor Theol. renunciatur.

Wittebergae profitetur.

Cizae Superintendens conſtituitur & moritur.

trem habuit IOSEPHVS IEREMIAM AVENARIVM Pastorem *Ostrauiensem* in Episcopatu *Cizensi*, cuius filius IOSEPHVS *Ienae* d. XVI. Aug. A. MDCVIII. vtriusque Iuris Doctor est renunciatus. Caetera ex tabella, quam maxime Reuerendus Dn. D. IOH. AVENARIVS, Plauiensium hodie Superintendens meritissimus, Patronus noster omni honoris cultu deuenerandus, nobiscum communicauit, cognosci poterunt:

Iohannes, vorietzo *Doct. Theol.* und *Superintendens* in Plauen.

M. Abrahamus, Pfarrer in Grötzschau.

Zacharias Med. Stud. obiit.

M. Zacharias, Pfarrer zu Spören/in der *Inspection* Delitzsch.

Ieremias, Not. publ. & jur. pract. in Eilenburg.

Abrabam, Pfarrer in Zipsendorff/*obiit. d. IX. Decembr. MDCLXVI.*

Ioh. Christianus, Stud. Iuris obiit Lipsiae, MDCXLVII.

Iohannes, Profess. Moralium Witteb.

M. Zacharias, Pastor zu hohen Meltzen/*obiit d. XIX. Dec. MDCXXXVIII.*

D. Iosephus, *Cancellarius Ciz. obiit d. XII. Nouembr. MDCXXXII.*

Iosephus, Gastwirth zu Jena/ nachmahls Organist zu Orinden.

Ieremias, Pfarrer zu Ostrau/ *obiit d. XXIII. Febr. MDCXXVII.*

Doct. Ioh. Auenarius, Superintendens Ciz. obiit d. V. Sept. MDXC.

Lorentz Habermann/
Bürger in Eger.

Hic

Hic

AVENARIVS

literarum monumenta reliquit seqq.

Trost-Büchlein / darinnen XX. Trost-Schrifften für die Krancken/ betrübte und angefochtene Christen/ aus Heil. Schrifft zusammen verfaßt. Nürnb. 8. 1570. 12. 1571. Leip. 12. 1591. Erf. 12. 1605.

Grammaticam Hebraeam. Witteb. 8. 1570. 1575. & 1581.

XXX. Predigten über die Epist. und Evangelien/ so am Tage etlicher Märtyrer gelesen werden. Wittenb. 8. 1585.

Auslegung der gantzen Historie des Leidens Christi/ in 28. Predigten. Leipz. 4. 1585. & 1596.

Lexicon Ebraicum. Witteb. f. 1588.

a Beth-Büchlein/ Gesangs-weise. Straßb. 12. 1595. Franckf. 32. 1628.

Epistel-Predigten. Wittenb. 8. 1596.

Erklärung der Sonn- und Fest-Evangelien. Wittenb. 8. 1599.

b Gebet-Büchlein. Straßb. 24. 1605. 16. 1613. 12. 1628. Lüneb. 8. 1631. Franckf. 8. 1659. Ulm 8. 1666. Amsterd. 1630.

Vitam Christi, Teutsch. Leipz. 8. 1616.

Iudices, d. i. ausführliche Erklärung der Richter. Wittenb. 4. 1617.

No-

Nomico-politicarum quaeſtionum ſeſqui centuriam. Witteb. 1619.
Collegium politicum. Witteb. 8. 1626.
Betkammer/ oder erneuerter Habermann. Nürnb. 8. 1660.

XXI.

HIERONYMVS OPITIVS.

Edutatio.

OPITIVM huncce *Rosbinenſem Miſnicum* ab ipſis incunabulis non ad pietatem tantum fuiſſe educatum, ſed & doctrinam coeleſtem & ſanctam linguam maximo animo atque indefeſſo labore tractauiſſe & ingentem ſibi parauiſſe eruditionem, officium ipſi demandatum ſatis teſtatur. *Ienae* enim d. XXVI. Decemb. A. MDLXXIV. *D. IOH. AVENARIO Iena Wittebergam* euocato in Profeſſione Theologiae & Ebraicae linguae ſucceſſit, ſpartae ſuae etiam cum laude praefuit, ſed tantum vsque ad annum Chriſti ſupra ſeſquimilleſimum ſeptuageſimum ſeptimum, cuius ipſis Cal. Ian. obitu placido ſolutus Deo animam reddidit, corpus vero Ienae in Templo S. *Michaelis* terrae eſt mandatum. Reliquit filium Hieronymum, A. C. MDLXV. inſignibus Magiſterii Philoſophiae

Ienae Theologiam & Ebraica docet.

Exſpirat animam.

Sepelitur.

Filius ipſius.

ſophiae ornatum, atque poſtea ad Ephoriam in oppido *Biſchoffswerda* euectum.

XXII.
AMBROSIVS REVDENIVS

Patria.

Parentes.

Scholam Müchelenſem frequentat.

Magdeburgum concedit.

NAtus eſt Calend. Febr. MDXLIII. die, qui BRIGITTAE ſacer eſt, *Groitſchii*, in illa parte *Miſniae*, quae *Libonotria* vocatur. Patrem habuit *ALEXIVM*, Senatorem & Iudicem oppidanum, qui conſulis vice rem gerebat publicam; Matrem VRSVLAM GEISLERIAM, AMBROSII GEISLERII, viri multis peregrinationibus perpoliti, filiam. Anno aetatis decimo in *Scholam Pegauienſem* patriae vicinam itare coepit, & doctrinae coeleſtis ſimul & Latinae Graecaeque linguae fundamenta collocare. Quadriennio poſt ludum literarium, qui eſt *Müchelae*, adiit, & alacri animo ſtudia ibi perſecutus eſt vsque ad annum MDLVIII. quo *Salinas Saxonicas* inuiſere placuit, vbi tamen nonniſi vnius anni ſpatium ſubſiſtit, *Magdeburgum* feſtinans, quod Gymnaſium tum maxime erat celeberrimum & a D.LVTHERO iam Saxoniae miraculum nominatum. Elapſo ſexennio quod eo in loco ſacrarum literarum ſtudiis, utrique linguae

Lipſiam ſe conuertit, guae & artibus Logicis impendit, *Lipſiam* venit MDLXV. vbi per quinquennium Philoſophiam & Theologiam non tantum permenſus eſt; ſed etiam primam Philoſophiae lauream & ſummum honoris gradum, quem Magiſterium appellant, adeptus, atque deinde priuatas ſcholas & lectorias & diſputatorias aperuit. A. MDLXX. *Altenburgum* rebus ſuis ita ferentibus abiit atque *vxorem duxit EVAM, M. MICHAELIS CHILIANI, Noribergenſis* Scholae publicae Rectoris, filiam, *GEORGII SPALATINI* neptem, cum qua XLV. annos coniunctiſſime vixit, parens factus VII. liberorum, quorum filius natu maximus *MICHAEL REVDENIVS, Medicinae* Doctor *Schlackenwaldae* fuit, & in Thermis Carolinis artem medicam cum laude exercuit. E filiabus CATHARINAM natu maiorem D. PETRO PISCATORI, S. Theol. Pr. matrimonio iunxit. Alteram, ANNAM MARIAM, IOH. ADAMO SCHWARTZIO, Med. Doct. nuptum dedit. A. MDLXXI. cum vxore *Ienam* appulit & priuatim magno cum fructu diſcentium *Dialectica* & *Phyſica* docuit & paulo poſt M. *IOHANNI ROSAE*, qui *Dialectica* & *Ethica* publice interpretabatur, legitime vocatus ſucceſſit. Hoc tamen officio, cum vix ſesquianni ſpatio functus eſſet, obortis in hac Academia Salana turbis quibusdam anno MDLXXIII. quo etiam trium Principum Electo-

Magiſter creatur.

Collegia aperit.

Vxorem ducit.

Liberi illius.

Ienae docet.

Profeſſionem nanciſcitur.

Digitized by Google

Electorum, Palatini, Saxonis & Brandenburgici legati & consiliarii omnes Professores Iuris in Academia hac Ienensi, excepto vno D. SAM. BROTHAGIO, dimiserunt, d. xvi. Iun. haud inuitus abiit, & licet splendidae deferrentur functiones, per septennium tamen vitam priuatam egit. A. MDLXXVIII. quo propter contagionem *Academia Ienensis Salfeldiam* transferebatur, mortuo *M. HIERON. OPITIO* Linguam sacram docere iussus, officio suo in laudata academia indefessa diligentia functus est. MDXXXLVI. in *Acad. VVitteb.* summam in S. Theol. Docturae dignitatem suscepit & Theologiae Professor est designatus. Hoc munere Ienae fungens Rectoratus fasces suscepit primo Cal. Aug. anno MDLXXXVII. quo LXXXVIII. cives recepit; deinde ix. Aug. A. MDXCIII. quo CXXXVIII. inscripsit. Tunc ix. Aug. anno MDXCIX. vbi CXLIV. matriculae dederunt nomina, post d. iv. Aug. A. MDCIII. cives CLXVIII. ab eo recepti sunt, & tandem a d. X. Aug. MDCIX. vsque ad d. xxi. Febr. an. seq. quo semestri spatio Rectore Serenissimo Domino *IOH. ERNESTO IVNIORE, Duce Sax. Landgr. Thuring. March. Misn.* Prorectorem agens CXL. inscripsit. A.C. MDCXV. cum ex aede sacra domum rediisset, grauem in morbum incidit, ita, vt seq. d. I. Iun. beatam emiserit animam.

E Ienensi Acad. discedit.

Opitio succedit Ienae.

Doctor creatur.

Moritur.

Digitized by Google

Ab hoc

AMBR. REVDENIO

scripta edita sunt seqq.

Catecheſis Theologica. Ien. 8. 1590. & 1602.

Diſput. de Deo & tribus perſonis in genere. Ien. 4. 1590.

Diſput. de Deo Patre. Ien. 4. 1590.

Sciagraphia Loci de poenitentia eiusque fructibus. Ien. 8. 1591.

III. Schrifften/ wie ſich ein Chriſt gegen die Sacramentirer und ihre ſchädliche Lehre verhalten ſoll. Jen. 4. 1593.

Oratio de Perſonarum Academicarum officio. Ien. 4. 1594.

Synopſis controuerſ. Loci de Baptiſmo & Coena Dom. Ien. 4. & 8. 1596.

Iſagoge Biblica. Hamb. 8. 1602.

Oeconomia Vet. & Noui Teſtamenti, oſtendens, quid ibi obſeruandum ſit. Lipſ. 8. 1603.

Analyſis methodica Epiſt. Pauli ad Rom. Corinth. Gal. & Epheſ. Ien. 8. 1603.

Predigt von der Herrlichkeit Chriſti/ darinnen er nach ſeinem Leyden ꝛc. nach ſeiner menſchlichen Natur eingegangen. Leipz. 4. 1609.

Diſſertat. Theol. de Perſona Chriſti. Ien. 4.

Iſagoge Grammatica in Hebr. Linguam. 4.

Proſodia. 8.

CHRI-

Digitized by Google

XXIII.

CHRISTOPHORVS HAMMER

NAtus fuit *Hilperhuſae Francorum* A. C. MDL. Patre STEPHANO HAMMERO, Eccleſiae *Hilperhuſanae* Miniſtro. Ab eo ita eſt educatus, vt ſtatim in pueritia pietate praecipue & literis imbueretur, & cum earum fundamenta in ſchola patria locare coepiſſet, *Coburgum* atque inde *Magdeburgum* ad capiendum vberiorem ingenii cultum conceſſerit. *Magdeburgo* relicto *Salanam* adiit, & ſe totum Philoſophiae addixit, atque d. xv. Ian. MDLXXVII. gradum magiſterii Philoſophici ſuſcepit. Ab eo tempore omnem in Theologiae & linguarum ſanctarum ſtudio poſuit operam, ea quidem felicitate, vt A. MDLXXXIII. d. XXVIII. Nouembr. Linguae Hebraeae Profeſſor ſtudioſae iuuentuti ſit traditus, & d. XII. Ian. MDLXXXIV. eius reſpectu etiam in facultatem receptus Theologicam, in qua manſit vsque ad A. C. MDXCI. d. XIII. Iulii, quo ipſe omnium Ebraicarum literarum Profeſſorum in Salana primus ex reſcripto Principum collegio Theologorum valedixit, in ordinem Philoſophorum cooptatus. Huic ſuo officio praefuit vsque ad annum MDXCVII.

Coburgum & Magdeburgum ſe recipit.

Ienae Philoſophiae operam dat.

Magiſter fit.

Ibidem fit Profeſſor linguae Hebraeae.

Morbo extinguitur. d. x. Mart. quo cum vxore & filiolo morbo correptus, cum vitae iam finem sibi instare praedixisset, placide hanc vitam clausit, & in coelestem Academiam annum aetatis XLVII. agens emigrauit.

Hic HAMMERVS scripsit:

Paedagogum linguarum quinque orientalium, Ebr. Chald. Syr. Arab. Aethiop. Extat cum Introductione in lectionem Armenicam. Ien. 4. 1595.

Libros III. de V. Linguarum orientalium origine, conuenientia, necesitate.

XXIV.

GEORGIVS MYLIVS

Patria & parentes. AVgustae *Vindelicorum*, Augustissimo illo Germaniae meditullio, natus est A. C. MDXLVIII. patre WOLFFGANGO, ciue ibidem & fabro lignario, Auo IOHANNE GERING, cui ex opificio MüLLERI appellatio cesit. Claruit hic IOHANNES insigni artis militaris peritia, ita, vt CAROLO Imp. eximie charus esset, sub eodemque Ducis siue Capitanei stipendia mereretur. Hic MYLIVS vulgo Müller vocatus puer vel certe admodum adolescens ita bonas literas domi addidicit, vt alios easdem do-

docere priuata opera potuerit. Relicta *Augusta Tubingam* concesſit: inde *Marpurgum*: inde porro *Argentoratum*. Atque hic demum prima ordinis & famae ſuae fundamenta iacere viſus eſt. Ex hac enim ſchola in patriam reuocatus eſt & ordini ſacro ad S. Crucis initiatus A. C. MDLXXII. Septennio poſt, nempe A. MDLXXIX. *Phil.* & *Theol. D.* in *Academia Tubingenſi*, promotore *Heerbrandio* publice eſt renunciatus. Quo facto ſtatim *Paſtor* ad *D. Annae* declaratus, atque octo menſes poſt *Superintendens* etiam Miniſterii *Generalis* & *Rector* (vt vocant) ſimul Collegii Euangelici. A. MDLXXXIV. d. XXIV. Maii, Domin. Vocem Iucunditatis vltimam *Augustae* concionem habuit. Cum enim contra nouitios iſtos temporis & *Calendarii corruptores* magno atque inuicto animo Feſtum *Aſcenſionis Dominicae* ad proximum Iouis diem, XXVIII. nempe eiusdem more Eccleſiae tot ſeculis vſitato celebrandum publice indixiſſet, mox die inſequenti, hoc eſt, d. XXV. Maii domo & vrbe exturbatus eſt. Omnis enim cauſa diſſidii in MYLIVM a Pontificiis deuoluta eſt, ita, vt in aula non tantum Bauarica; ſed etiam imperatoria Fax & Autor turbatae reipublicae Auguſt. proclamaretur. Furori tamen hoſtium ereptus, *Vlmam* Imperii ciuitatem concesſit, quam ipſe Patmum ſuam vocare eſt ſolitus. Per id tempus a multis expetitus eſt, ſuum enim eſſe volebant *Argento-*

Tubingam venit.

In patriam redit.

Miniſter Eccleſiae, Doctor Philoſ. & Theol. renunciatur.

Superintendens conſtituitur.

Domo & vrbe exturbatur.

Vlmam ſe confert.

A multis vocatur.

ratenſes; ſuum *Brunſuicenſes*, viuente adhuc incomparabili Theologo, D. MART. CHEMNITIO; ſuum etiam AVGVSTVS *Elect. Sax.* qui voti quoque ſui prae caeteris compos, eum *Academiae VVittebergenſis Profeſſorem, Cancellarium & Praepoſitum* templi arcis conſtituit A. MDLXXXV. menſe Iunio. Anno MDLXXXIX. *Ienam* vocatus primarium Facultatis Theologicae locum autoritate Principali occupauit & Rectoratum ibidem quater ſuſcepit, ita, vt in primo a XXXI. Iul. dicti anni vsque ad ſeq. anni XXVII. Ian. cx. ciues receperit. In ſecundo, omnium inter Rectores primus in templo Academico a nouello ſuo genero, D. OTT. FOMANNO d. VII. Aug. MDXCV. renunciatus, albo ſtudioſorum CLII. inſcripſit. In tertio d. VI. Aug. MDCI. commiſſo CXX. & tandem in quarto, D. NICOLAI REVSNERI in ſecundo ſuo Rectoratu defuncti vicem a XII. Apr. vsque ad V. Aug. MDCII. gerens CXXVIII. matriculae intulit. Iena vero, ferme per XVI. annos ibi cunctis bene peractis A. MDCIII. menſe Nouembri ab Electore Serenisſimo rurſus excitus in antiquum locum & dignitatem apud *VVittebergenſes* in *Schola* & *Eccleſia* ſolennibus ceremoniis reſtitutus eſt, vbi eadem fidelitate officio demandato functus eſt vsque ad anni MDCVII. Aſcenſionis diem, quo vltimam habuit concionem. Paucis enim diebus poſt calculo renum lecto affixus eſt & febri

Wittebergae Profeſſor &c. conſtituitur.

Ienam vocatur.

VVittebergam reuocatur.

febri accedente vita exceſſit eiusdem anni XXVIII. Maii, quo ipſo coniux eiusdem prior violento mariti ſui raptu exterrita atque in ipſo partu eſt extincta. Ex hac, prima nempe coniuge, pater factus eſt ſex liberorum, trium nimirum filiorum totidemque filiarum. Ea dicto modo extincta durante adhuc Patmo *Vlmenſi* ad ſecundas tranſiit nuptias cum virgine VERONICA, ex familia WEISSIANA, patricia *Auguſtae* valde celebri, ex qua vndecim liberos, nempe VI. maſculi & V. foeminini generis ſuſcepit. Hanc alteram coniugem viduam reliquit.

Obit.

Coniugium geminum & liberi.

Eius ſcripta ſunt ſequentia:

Synopſis analytica Libri D. M. *Lutheri* contra coeleſtes Prophetas. Ien. 4. 1590.

In *Lutherum*, quod verba Chriſti: *Hoc eſt corpus meum*, adhuc ſtent inconcuſſa. Ien. 4. 1590.

XI. Predigten unterſchiedlicher Materien. Erfurt. 8. 1590.

Prodromus Diſputationum ex Epiſt. ad Rom. Ien. 4. 1590.

De abrogatione Exorciſmi in baptiſmo. Ien. 4. 1591.

Τετραβιβλος *Lutheri* contra Sacramentarios. Ien. 4. 1591.

Doctrina ſancta de Iuſtificatione ex ipſo Pauli Tractatu Rom. III. & IV. Cap. excerpta. Ien. 4. 1591.

Digitized by Google

Spongia abſterſoria pro Auguſtana Confeſſ. ibid. 4. 1592.

VII. Predigten wider die Calviniſten. Wittenb. 4. 1592.

Predigt vom Oſterlamm im Alten Teſtament ꝛc. Jen. 4. 1592.

Kurtze doch Augenſcheinliche Entwerffung der Calviniſchen Comoedien in Meiſſen. Jena/ 1593.

Diſputationes II. pro Articulis Viſitationis Miſniae. ibid. 1593.

Theſes & Antitheſes de coena Domini euchariſtica. ibid. 4. 1593.

Diſpp. 4. Praedeſtin. pro defenſione Articuli V. in Viſit. Miſnica, contra Toſſanum. Ien. 4. 1593.

Homiliae in Epiſt. Domin. Witteb. 8.

Harmonia Patrum & Lutheri cum S. S. Gründlicher Beweiß/ daß D. Mart. Luther in allen mit dem Pabſtthum ſtreitigen Puncte geglaubet habe/ was ſtracks nach der Apoſtel Zeiten geglaubet worden. Leipz. 8. 1595. Witteb. 8. 1606.

Seelen-Schatz/ d. i. Bericht aus GOttes Wort Chriſtlich zu leben und ſeelig zu ſterben. Lauingen/ 8. 1595.

Send-Brieff an die Evangeliſche in Liefland/ Polen/ Preuſſen/ Litthauen/ Churland. Leipz. 4. 1597.

Carolſtadius rediuiuus in Eccleſia Anhaltina de-

deformanda &c. Witteb. 1597. Ien. 4. 1604.

Positiones de vero Deo, vno & trino. Ien. 4. 1598.

Volum. Disputationum Theol. de iis locis, qui Lutheranis cum Caluinianis controuersi sunt. Ien. 4. 1598. 1604.

X. Türcken-Predigten. Jen. 4. 1598. Franckf. 4. 1655.

Explicatio in I. Epist. Pauli ad Corinth. continens Politiae Ecclesiasticae & praxeos Theol. Apparatum vna cum textu bilingui & Indice. Ien. 8. 1600. 1602.

Predigt von der Person Christi. Witteb. 4. 1602.

Explicatio August. Confessionis. Ien. 4. 1604. 1624.

De Persona Christi. Ext. Vol. Disp. eiusdem. Ien. 4. 1604.

Tractatus de Sacramento Eucharistiae. Witteb. 4. 1604.

Disquisitiones Theologicae de Ecclesia militante contra Lib. III. & Tom. I. controuers. Bellarm. Witteb. 4. 1604. Lub. 8.

De Vocatione Ecclesiastica ad Ministerium. Extat Vol. Disp. eiusdem. Ien. 4. 1604.

Evangelischer Kirchen Brüderschafft/ contra *Palatinos*. Witteb. 12. 1607.

Positiones de Pace Ecclesiae Euangelica. Witteb. 4. 1607.

III. Weihnachts-Predigten von der Geburth Jesu Christi. 4. 1610.

Leich-Predigt des Durchl. Hertzogs FRIDERICI WILHELMI zu Sachsen. Magdeb. 4. 1612.

Disputatio in Gal. IV. de Persona Christi. 4. 1619.

Commentarius in Euangelium Iohannis. Francof. 1624.

Pabst-Predigten. Franckf. 4.

Disp. de signo & signaculo sacramentali. Rom. 4.

XXV.

SAMVEL FISCHER

Nascitur.

PArentibus honestis natus est in *Valle Ioachimica*, d. XXV. Nov. A. C. MDXLVII. circa horam noctis decimam. E sacra baptismatis fonte susceptus est a M. IOH. MATHESIO, Pastore, & loci eiusdem consulibus. Puer scholam patriam frequentauit, ibique cum Praeceptore M. MICH. GERING. literarum primordia didicisset, in scholam *Schleusingensem* ablegatus, M. IACOBVM FOMANNVM ibi Praeceptorem nactus est, cuius fideli informatione in literis & linguis tantum profecit, vt ad prosequenda

Scholam patriam frequentat.

Schleusingam mittitur.

da ſtudia feliciter incepta *Wittebergam* concedens, breui Magiſterii gradu ibidem ornaretur. Hoc facto operam ſuam Eccleſiae locare coepit, & primo *Smalcaldiae* Scholae Collaboratoris, Cantoris & Paſtoris Eccleſiae montanae munere functus eſt. Eiusdem anni d. x. Octobr. nuptias celebrauit cum virgine OTTILIA, filia BALTHASARIS WILHELMI, viri eruditi, LVTHERO quondam & MELANCHTHONI, ob Euangelii ſinceri confeſsionem conſtantem charisſimi, ex qua x. liberos ſuſcepit. *Smalcaldia Schleuſingam* ad Eccleſiae Diaconatum vocatus, non multo poſt ad Principem & *Comitem POPPONEM Hennebergicum* accerſitus, ei ad obitum vsque a concionibus aulicis fuit *Burckbreitungae*. Inde *Schneebergam* venit, vbi biennio Paſtorem egit Eccleſiae, *Schneeberga Olſnitium* accerſitus, ſexennio ibi Superintendens audiuit. Anno MDLXXXIII. iuſſu *AVGVSTI, Electoris Saxon. Miſnenſi* Eccleſiae regendae eſt praefectus. Ibi autem ab officio ſuo inſtinctu & molitionibus Sacramentariorum A. MDLXXXVIII. remotus *Schlaccowaldae Caeſareae* aliquandiu Paſtorem egit. Tandem d. xxv. Nov. MDLXXXIX. in Salana cum tribus aliis Theologis Doctor ſolenniter renunciatus triduo poſt ibidem a *Principis* Legatis ad S. Theologiae Profeſſionem ſuſcipiendam inuitatus Academiae Ienenſis Profeſſor publicus, eiusdem Eccleſiae

VVittebergam proficiſcitur.
Magiſter creatur.
Smalcaldiae Collaborator ſcholae, Cantor & Diaconus conſtituitur.
Coniugium contrahit.
Fit Diaconus Scleuſingenſis,
Concionator aulicus.
Olsnitii Superintendentem agit.
Eccleſiae Miſnenſi praeficitur.
Ienae Profeſſor & Superintendens audit.

Digitized by Google

Paſtor & vicinarum Superintendens conſtitutus Ienam cum vxore & liberis d. XVII. Apr. MDXC. venit. Rectorem Magnificum ibi bis egit, I. a nonis Aug. MDCXI. vsque ad III. Febr. MDCXII. quo ſemeſtri ſpatio ſtudioſos CLXXVI. recepit; II. ab A. MDXCVII. V. Aug. vsque ad ſeq. A. IX. Febr. quo matriculae CXL. ciues inſeruit. Ibidem tandem A. MDC. d. III. Apr. decumbere coepit, & d. XXIII. Iunii A. aetatis LIII. in viuis eſſe deſiit. Laus FISCHERI a CASP. CVNRADO, Med. Proſop. Mel. Mil. II. ita exprimitur:

Rector Magn.

Moritur.

Salanum, Praeſes ſacrorum peruigil, agmen
Et bene viuendo, & rite docendo rego.

XXVI.

IOHANNES DEBELIVS.

Hembdae, Thuringiae oppido primum huius coeli ſpiritum hauſit I O H. DEBELIVS, patre natus IOHANNE DEBELIO, oppidi dicti conſule, A. C. MDXL. menſe Aprili. Primis literarum fundamentis in patria iactis in ſcholam *Vinarienſem* ſe contulit, vbi fidelium Praeceptorum, M. IO. WOLFFII, Rectoris, & ANTON. VARI, Con-R. informatione per triennium

Debelii patria.

Vinariae degit.

ennium ferme est vsus. Exinde A. MDLIX. literis commendatitiis instructus *Argentinum* venit, vbi itidem fere tres annos vixit, nempe vsque ad A. MDLXII. quo in *Thuringiam* rediit, & *Ienae* per septem annos integros liberalitate Serenissimorum *Principum* sustentatus, Philosophiae ac Theologiae audiendo, legendo, disputando ingentem dedit operam, ita, vt A. MDLXVII. d. IX. Iulii Magisterii gradum cum laude sit consecutus & per sesqui annum artes Logicas & Mathematicas priuatim docuerit, donec mense Iunio MDLXIX. ad professionem publicam vocaretur. Sed mortuo Seren. Principe, IOH. WILHELMO, Duce Saxoniae nefariis hominum male feriatorum, *Sacramentariorum* cumprimis & *Crypto-Caluinistarum* molitionibus d. XVI. Iun. MDLXXIII. vna cum caeteris orthodoxis ac religiosis *Salanae* huius Professoribus in exilium pulsus fuit. Quo circa cum aliis quibusdam constantibus exulibus in Ducatum *Brunsuicensem* commigrauit, vbi in Academia *Helmstadiana*, recens constituta & erecta per sexennium propemodum Professorem agens Publicum Graecas literas ordinariis laboribus docuit. Explicauit etiam *Grammaticam Hebraeam & Psalmos Dauidis*. Inde A. MDLXXIX. vocatus in superiorem comitatum *Gleichensem*, Pastoris ac Superintendentis munere functus est annos XXVI. In *Ordrusiensi Ecclesia* inque synodis anni-

Argentinum se recipit.

Ienae studet.

Magister creatur.

Priuatim docet.

Ad Professorem Publ. vocatur.

In exilium pellitur.

Helmstadiae docet.

Superintendens comitatus Gleichensis designatus.

anniuersariis non examina modo Theologica instituit cum Pastoribus Ecclesiarum in pagis octodecim, qui ad curam inspectionis eius pertinuere; verum etiam orationes & disputationes adiecit, ac praeter vsitata Euangelia & historiam Passionis Christi, pro concione Psalmos Dauidis aliosque libros biblicos enarrauit, multumque temporis Latinis, Graecis & Hebraicis Biblias, nec non Patrum scriptis, historiis Ecclesiae ac controuersiis cognoscendis, itemque B. LVTHERI, PHILIPPI, CHEMNITII, BRENTII &c. monumentis euoluendis impendit, non neglectis reliquis officii sui partibus. Tandem A. MDCLV. in *Salanam* ad docendam Theologiam reuocatus anno MDCVII. iussu Serenissimi *Electoris Sax. Dn. CHRISTIANI II.* in numerum Assessorum Consistorii Ecclesiastici est ascitus. Sincerae & γνησίως *Lutheranae religionis* amantissimus celebratur. Decanatu in Theologica Facultate saepe, Rectoratu in Ienensi Academia semel, nempe ab A. MDCV. VIII. Aug. ad VI. Febr. MDCVI. functus CXXXVII. nouos ciues inscripsit. In matrimonium prius duxit ELISABETHAM, ALBERTI VOGELII, ciuis *Ienensis filiam*, circiter annum a nato Christo MDLXX. quo in coniugio sex liberorum, filiae vnius & V. filiorum est factus. Deinde priori defuncta matronam honestissimam ANNAM, PETRI GüLDENZOPPII, *Quaestoris Nobilium FVCHSIORVM a BüNBACH*, relictam viduam

Ienam reuocatur.

Celebrat nuptias.

Transit ad secunda vota.

duam elegit, cum qua triennium concorditer exegit. Paralysi tandem, quam παραπληγίαν siue hemiplexiam medici vocant, correptus est. Morbo autem isto in marcorem, siue soporem, quem Graeci κάρον appellant, desinente d. XXIII. Aug. A. C. MDCX. aet. LXX. occubuit. *Morbo extinguitur.*

Emisit

Disputationem Theologicam, praecipuas d. S. coena controuersias, quae hodie in Ecclesia Dei agitantur, complectentem. Ienae, 4. 1606. &c.

XXVII.

PETRVS PISCATOR

HAnouiae d. VII. Apr. MDLXXI. in lucem hanc editus est, patre honestissimo IOHANNE PISCATORE, (qui cum in Comitatu *Hanouiensi* mutatio religionis incidisset, solum vertere maluit, quam ab agnita veritate deficere,) *matre* vero ANNA. Ab hisce parentibus suis non solum summa diligentia fuit educatus, sed & Praeceptoribus scholae patriae, inprimis NICOLAO BVRGERO traditus, sub quo capita doctrinae coelestis, *Logicam*, *Latinam & Graecam linguam* feliciter didicit & *Ebraeae* fundamenta iecit. Deinde domesticae *Nascitur.* *Parentes.* *Educatio.*

sticae disciplinae M. CASP. SANTERI, Ecclesiae *Hanouiensis Superint.* a parente traditus Theologiae dedit operam. Annos septendecim cum excessisset, *Silusiam* venit, inque Gymnasio eius loci studia sua continuauit, Praeceptoribus vsus M. IACOBO FOMANNO, Pastore, M. WOLFFG. MOLLERO, Rectore, & M. IO. GRVMBACHIO. Anno nonagesimo supra sesquimillesimum *Marpurgum* est profectus, ibique Theologiae, omnium artium reginae, se totum mancipauit, vsus opera D. AEGIDII HVNNII & D. DAVIDIS ARCVLARII. Sub finem anni MDXCI. *Ienam* venit, vbi triennio post, anno nimirum MDXCIV. d. V. Febr. Decano, M. LAVRENTIO RHODOMANNO, summum honoris gradum in Philosophia adeptus scholas priuatus aperuit. Anno sequenti Adiunctus Facultatis Philosophicae, MDXCVII. linguae Hebraicae Professor Serenissimo nutu est declaratus. Interea coniugii societatem iniit cum virgine lectissima, *CATHARINA*, *D. AMBROSII REVDENII* filia, ex qua vnicum filium reliquit. Quinque annis ante mortem in Collegium Theologicum receptus & d. XXIX. Iul. A. MDCV. S. Theologiae Doctor vna cum IO. DEBELIO proclamatus Psalmos & Prophetas minores magna dexteritate explicuit. Sacras literas & scripta veterum simul & recentiorum interpretum ita excussit, vt collegae illius dicere non dubita-

Siluſiam venit.

Marpurgi Theologiae operam dat.

Ienae creatur Magiſter.

Ducit vxorem.

In Collegium Theologicum recipitur.

Digitized by Google

bitauerint: *Pauciſſimi norunt ea, quae Piſcator noſter ignorauit.* Faſces Academiae Ienenſis bis ipſi traditi ſunt, primum tanquam Profeſſori Philoſophiae d. V. Febr. MDCI. vbi CLXXVI. ciues recepit; Deinde tanquam Profeſſori Theol. d. VI. Aug. MDCVII. quo ſemeſtri ſpatio matriculam LXXX. nominibus auxit. Vita perpetuo ſedentaria valetudinem ipſius maxime corruperat, habuit enim ſtatutum, *non Imperatores tantum, iuxta illud VESPASIANI; ſed & Theologos ſtantes mori oportere.* Imbecillitas tandem omnium medicorum induſtriam ſuperauit. Decumbens D. IOH. MAIORE Superintendente praeſente dixit, *ſe tanquam viuum verae Eccleſiae membrum firmiter Chriſtum retinere, & vera ſe contra aduerſarios, a quibus lacesſitus ſit, ſcripſiſſe.* Inualeſcente tandem morbi paroxyſmo aliis precibus deuote abſolutis aliquoties has iterauit voces: Ach hilff GOTT! quibus poſtremas haſce adiecit: *Nemo rapiet Chriſtum ex corde meo.* Et ſic d. X. Ian. A. C. MDCXI. aet. XL. ſpiritum beate efflauit. Epitaphium legitur ſequens:

Rectoris vicibus fungitur.

Cauſa morbi.

Votum ipſius poſtremum.

PETRVS PISCATOR, HANOVIENSIS, PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR ATQVE PROFESSOR CELEBERRIMVS: LINGVARVM HEBRAEAE, CHALDAICAE, SYRIACAE, GRAECAE PERITISSIMVS: DISPVTATOR ACV-

Digitized by Google

ACVTISSIMVS, ORTHODOXAE AC LVTHERANAE RELIGIONIS CONTRA PONTIFICIOS ET SACRAMENTARIOS DEFENSOR ACERRIMVS: VIR INGENIO, DOCTRINA, IVDICIO, PIETATE, HVMANITATE AC BENIGNITATE PRAESTANTISSIMVS, NATVS AN. MDLXXI. VII. Apr. POSTQVAM ANIMADVERTIT, SIBI EX HAC ACADEMIA IN COELESTEM MIGRANDVM ESSE, IPSEMET IN CONCIONE FVNEBRI PROPOSVIT EXPLICANDOS VERSVS DVOS VLTIMOS CAP. VIII. EPISTOLAE AD ROMANOS. ATQVE ANNO MDCXI. DIE X. IANVARII IN CHRISTO PLACIDE OBDORMIVIT, CVM VIXISSET ANNOS XXXIX. MENSES IX. DIES III.

Scripta reliquit ſeqq.

Diſſertationem de Perſona Chriſti contra Ballarmin. Ien. 4. 1605.

Articulum de Baptiſmo, concluſionibus 260. comprehenſum. Ien. 4. 1606.

Diſput. de aeterna praedeſtinatione ſaluandorum aduerſus D. Sam. Huberum & Caluiniſtas. Francofurt. 4. 1607.

Com-

Digitized by Google

Comment. in Formulam Concord. 4. & 8.

Orationem de ſtudiis Theologicis inſtituendis. 4.

Problemata ſacra e ſcripturarum diuinarum fontibus deſumta. 4. &c.

XXVIII.

ALBERTVS GRAWERVS

Meſecouiae, oppido *Marchico* iuxta *Perlebergam*, acceptam retulit originem, natus d. XXXI. Apr. A. MDLXXV. *Patrem* habuit *IOACHIMVM GRAVVERVM*, verbi diuini ibidem miniſtrum emeritum: *Matrem ANNAM*, Paſtoris Eccleſiae *Meſecouienſis* prioris filiam. In ſcholis *Perlebergenſi & Scebuſana* ad annum vsque aetat. XII. educatus in *Academiam Roſtochienſem* a patre miſſus A. MDLXXXVII. Praeceptorem ibi priuatum habuit ſuum agnatum, *M. NICOL. WILLEBRANDVM*, Philoſophum excellentem, & poſtmodum Doctorem Iuris ac Prof. P. in eadem Academia; contubernalem vero eodem tempore *CORNEL. MARTINI*, Philoſophiae poſtea Profeſſ. Helmſtad. A. MDXCI. *Francofurtum* ad *Oderam* progreſſus, anno MDXCIII. exinde *Wittebergam* venit & *Patria.* *Parentes.* *Roſtochium abegatur.* *Venit Francofurtum & Wittebergam.*

Digitized by Google

& priuatim Philosophiam professus est. D. XII. Sept. A. MDXCIV. ibidem Philosophiae Magister cum honore renunciatus, mox publice Disputationes aliquot Philosophicas typis emissas habuit, & priuatim quotidie quatuor horas docuit, omnia memoriter dictans. *Tunc AEGIDII HVNNII*, Theologi celebris, domesticus ab eoque dilectus in studio Theologico plurimum profecit. Hoc Promotore A. MDXCV. *Scepusii in Hungaria* Rector factus est Gymnasii recens exstructi sumtibus *Baronis GREGORII HORWATHI*, in quo Philosophiam & Theologiam docuit. Ibi etiam eodem anno nuptias celebrauit cum virgine *ANNA*, filia M. *IOHANNIS NICOLAI*, Pastoris Ecclesiae *Schneebergensis* paulo ante defuncti, nullos tamen ex ea liberos suscepit. A. MDXCVII. post obitum huius Baronis vocatus in Gymnasium superioris *Hungariae Cassouiense* etiam Rectoris munere functus est. Eo tempore ad Synodum *Leutschouiensem* concesit, in qua Formula Concordiae Christianae asserta atque stabilita fuit. Verum MDXCIX. *Agria a Turcis* capta, *Wittebergam* rediit: exinde vocatus a Comitibus *Mansfeldiae Islebiam* ad Rectoratum, per nouennium ibi in Logicis & Rhetoricis, in Theologicis etiam *Augustanam Confessionem* memoriter docuit. An. MDCVII. ab iisdem Comitibus Generalis *Decanus Mansfeldiae* vocatus, & vna Consistorii *Islebiensis Assessor* est

Magister creatur.

Scepusit Rector Scholae.

It. Cassouiae.

Ad Synodum Leutschou. venit.

Rector Islebiae.

Decanus Mansfeldiae vocatur.

Digitized by Google

eſt factus. A. MDCIX. Comitum ſuorum ſubſidio nixus in *Academia Ienenſi S. Theol.* Doctor ſolenniter eſt creatus, nec non MDCXI. Theol. Profeſſor Publicus in eadem audiuit. Ibidem ad reipubl. literariae gubernaculum bis ſedit, ita, vt *vice prima* Prorector, cum Rectore Magnificentiſſimo, *Domino IOHANN. ERNESTO, Iun. Duce Sax. Iul. Cliv. ac Montium, Landgrav. Thur. March. Miſn. Comite de Marca ac Rauensburg, Dynaſta* in Ravenſtein/a. xxi. Febr. MDCXII. vsque ad vi. Auguſt. CLXXIV. nouos ciues, & *altera* ſolus ab A. MDCXV. d. ix. Aug. ad ix. Febr. anni ſeq. cvi. inſcripſerit. Eodem anno MDCXVI. *Vinariae* Ephorus & Superattendens Generalis conſtitutus Theologi magni & accuratiſſimi, vt & Philoſophi acutiſſimi appellationem promeruit. Catarrhis frequentibus obnoxius, tandem poſt concionem vltimam aeger domum deportatus, viribus ſenſim deficientibus placida morte ſuperueniente d. xxx. Nouemb. A. C. MDCXVII. aetat. XLIII. exſpirauit. Scripta, quae reliquit, ſunt ſeqq.

Ienae Doctor & Profeſſor P. audit.

Vinariae Superintendentem agit.

Exſpirat.

Libellus de localitate & illocalitate corporis Chriſti, oppoſitus contemplationi phyſicae KECKERMANNI. Witteb. 8. 1596.

Colloquium cum Wolfgango Amlingo, 1604. in arce Schochvviz habitum.

Digitized by Google

Antitheſis Doctrinae Caluinianorum & Ieſu Chriſti. Magdeb. 4. 1605.

Anti-Lubinus. Magdeb. 4. 1606.

Propugnaculum Anti-Paraeanum. Ien. 4. Lipſ. 4. 1612.

Harmonia Caluinianorum & Photinianorum. Ien. 4. 1612. 1656.

Vindicatio incarnationis aeterni Filii Dei, contra Photin. Ien. 4. 1613.

Diſput. de Creatione & Angelis. Ien. 4. 1613.

Diſpp. Illuſtr. de Deo & Attributis, Atheiſmo Vorſtii oppoſitae. Ien. 4. 1613.

II. Predigten/ wie man zu Sterbens-Zeit das Ziel des Menſchlichen Lebens recht betrachten ſoll. Jen. 4. 1613.

Diſſertat. de nouo & horrendo errore circa doctrinam de ſatisfactione Chriſti pro peccatis, &c. Franeof. 4. 1613.

II. Predigten von der Reformation der Kirchen. Jen. 4. 1614.

De coena Domini ſacra. Ien. 4. 1614. 1656.

Diſpp. Anti-Ieſuiticarum Tom. I. Ien. 8. 1614. Tom. II. & III. ibid. 1621.

Vindiciae fidei & confeſſionis ſuae aduerſus perſonatum Petrum Freyenium German. Ien. 4. 1615.

Abſurda abſurdorum abſurdiſſima Caluiniſtica. Ien. 4. 1616.

Diſ-

Digitized by Google

Dissertatio de quaestione: Qui fiat, quod multi etiam sine omni exceptione eruditissimi viri in S. S. Literarum interpretatione a via veritatis aberrare videantur. Ien. 4. 1618.

Absurda Caluiniſtica. Ien. 4. 1618.

Examen praecipuarum sophisticationum, quibus recentiores Photiniani Christi Deitatem oppugnant. Ien. 1619. 4. 1663.

Expositio Prophetae Michaeae. Ien. 4. 1619. 1663.

Polemica Sacra. Ien. 4. 1633. 1656. 1668.

De propositionibus personalibus. Ien. 1656.

De vnica & simplici veritate contra duas sibi contrarias Philosophiam & Theologiam.

Aduersus Sebast. Lamium, Caluiniani de S. coena dogmatis defensorem. Lipſ.

Praelectiones in August. Confessionem. Vinariae, 8. 1633.

XXIX.

IOHANNES MAIOR

Ioh. Maioris

ORtum habuit sat vilem, quem dedit *Reinstadium*, pagus Thuringiae sub *Orlamundana* dioecesi situs. Parentes ruricolae fuere, boni tamen & pii, vtrique

Ortus & Parentes.

aetatem vltra annum LXXX. Deus conceſſerat. Pater ipſi fuit IOHANNES Groß/ ruricola & pagi illius iudex; mater MARGARETHA Ackermannin. His ex parentibus fuit natus anno MDLXIV. d. XXVI. Decembr. Primos pueritiae annos in ſchola patria pagana exegit, inde anno aetat. XI. ſuaſu Paſtoris illius loci in ſcholam *Vinarienſem* a parentibus eſt miſſus, in qua factus alumnus intra biennium e ſexta in V. claſſem translatus, ſed febri correptus, patriam reuiſere coactus eſt. Recuperata autem valetudine *Scholam Orlamundanam* adiit, vltraque annum inibi ſubſtitit. Hinc *Vinariam* repetens in quarta claſſe ſub diſciplina NICOLAI ROTHII ſtudia priſtina reuoluit & ſesquianno poſt primam claſſem Rectore GEORGIO MYLONE ingreſſus eſt, cumque tunc Muſicam ſatis didiciſſet & voce clara praeditus Diſcantum ſuauiter caneret, inter *Ducum Vinarienſ. Muſicos* receptus, victum & amictum clementer accepit. *Vinaria* A. C. MDLXXXI. aet. XVII. relicta *Berolinum* in *Marchiam Brandeburg.* excurrit, *Stetinum* inde tranſiens in claſſe ſecunda ibi per illum annum ſtudia tractauit, quo finito *Colbergam* in *Pomerania* venit, vbi etiam fere annum haeſit: Hinc digreſſus *Curienſem Variſcorum* ſcholam ſalutauit, ibique M. CHRISTOPH. KADESREVTERVM, THOMAM BLEBELIVM. ENOCHVM WIDEMANNVM & BALTHASARVM MENZELIVM docentes audiuit.

Scholam Vinarienſem frequentat.

Orlamundanam Scholam adit.

Vinariam redit.

Berolinum proficiſcitur.

Inde Stetinum.

Colbergam venit.

Tan-

Tandem ad *Academiam Ienenſem* A.MDLXXXIV. accesſit, vbi primi anni ſumtq a parentibus ſuis, poſtea vero locum inter alumnos, qui ſtipendium ducale accipiebant, nactus eſt, & ſtudia Theologica auſpicatus Philoſophica non omnino neglexit. Nam Arithmeticae cum primis amore captus Theſes de eadem conſcripſit, quas ſub praeſidio *M. LAVRENTII* Frueauff/ Facult. Philoſoph. Adiuncti, anno MDLXXXVIII. publice defendit, quin & geminam diſputationem ex Ethicis ſub praeſide D. ORTOLPHO FOMANNO, I. C. tunc Ethices Prof. maſcule propugnauit. Linguas, Graecam & Latinam praecipue, ſingulari feruore excoluit, vnde facundia ſingulari excellens d.XVI. Febr. A. MDLXXXIX. D.GEORG.MYLIVM Theologum ex *Leucorea in Salanam* ad capeſſendam ſpartam Theologicam aduentantem, nomine ſtudioſae iuuentutis magno numero obuiam procedentis in ſaliceto, vt vocant, ad pagum Löbſtedt/ ſub dio tanto cum applauſu gratulabundus excepit, vt D. MYLIVS propenſo amore abinde ſemper ipſum fuerit proſecutus, adeo, vt, cum anno MDXCII. ineunte a Sereniſſ. *Pro-Electore Sax. FRIDERICO WILHELMO Wittebergam* ad viſitandas Eccleſias tam ibi, quam alibi in Electoratu abiret, *MAIOREM* ſibi itineris comitem elegerit, & aliquot per menſes ſecum habuerit. Eiusdem anni d. XVII. Aug. praeuia legitima vocatione & exami-

Ienam ſe confert.

Diſputat.

Linguas excolit.

D. Georg. Mylium excipit.

Digitized by Google

Ad Vinarienſem Diaconatum vocatur.

ne conſueto, fauore adiutus D. *ANTONII PROBI*, Superintendentis Generalis, Eccleſiae *Vinarienſis Diaconatum* obtinuit. Hoc tempore quamuis multae aliae Eccleſiae ipſius operam expetiuerint; ſtatione tamen ſua, interuenientibus auditorum precibus, excedere noluit, donec *D. MYLIO* anno MDCIII. menſe Octobri Wittebergam vocato & profecto, iubente & volente *Sereniſſimo Duce Sax. IOHANNE*, anno MDCV. menſe Aprili in munere Eccleſiaſtico Paſtoratus & Ephoriae ſurrogaretur. D. XXVIII. Octobr. MDCXI. accesſit profesſio Theologica in locum D. *PETRI PISCATORIS* in anni iſtius exordio defuncti, ſuffecto. D. XXII. Iulii A. MDCXII. ſupremo Theologiae gradu, quem Doctoralem vocant, ornatus fuit. *Decani & Promotoris* ſua in Facultate munere ſaepius, *Rectoratu* vero quinquies fuit functus. Primum cum Serenisſimo *Principe IOHANNE ERNESTO, Iun. Duce Sax. Rectore Magnificentiſſimo*, tanquam *Pro-Rector a V. Aug. MDCXIII. ad XXI. Febr. MDCXIV.* nouos ciues CL. inſcripſit: Deinde ſolus a VII. Aug. MDCXXI. ad anni ſeq. d. XV. Febr. CXX. Tum ab anni MDCXXVII. d. IX. Aug. vsque ad anni MDCXXVIII. d. VII. Febr. C. Poſt ab A. MDCXXXIII. XV. Aug. ad XIII. Febr. anni ſeq. LXXVI. Denique a XII. Aug. MDCXLI. ad A. MDCXLII. III. Febr. LIII. recepit. Hiſce de vita publica D. IOHAN-

Ienam redit Paſtor & Superint.

Ienae Profeſſionem Theol. & Doctoris honorem obtinet.

Decanus ſit & Rector.

NIS

NIS MAIORIS praemisſis, nunc ad priuatam paucis deſcendo. In coniugio vixit gemino. Prior ipſi fuit vxor MARIA, LVDOVICI KOPFII, ciuis & Senatoris *Ienenſis* filia, cum qua d. xxv. Sept. A. MDXCII. nuptias *Vinariae* celebrauit. Parentem haec ipſum fecit vi. filiorum, & filiae vnius, ex quibus duos ſuperſtites reliquit filios, IOH. ANDREAM MAIOREM, Paſtorem in pago Iſſerſtedt, & IOHANNEM, qui militarem vitam eſt ſectatus. Haec coniux cum obiiſſet in puerperio difficili, quod d. xxv. Ian. MDCIX. vna cum foetu matrem abripuit; alteram, ELISABETHAM, nempe SCHRöTERIAM, IACOBI SCHRöTERI, *Conſulis Vinarienſis* filiam & D. IOH. STROMERI, *Comitum ab Hohenſtein, Cancellarii Conſiliariique Brunſuicenſ.* viduam ſibi tori ſociam adſciuit, ex qua filios III. & II. filias ſuſcepit, ſed in viuis remanſit vnicus tantum filius, IOHANNES TOBIAS, S. S. Theol. Doctor & in *Salana* Profeſſ. eiusdem P. qui *Academiae Rector* ciues academicos ad Parentis pompam funebrem inuitauit, quod factum eſt anno MDCLIV. Variis enim inualetudinum procellis D. IOH. MAIOR, per interualla afflictus, ita, vt per quinquennium domi manere ſit coactus, catarrho tandem accedente ſuffocatiuo d. iv. Ian. anni ſalutaris iam dicti, aetat. xc. qui & B. GREGORIO NAZIANZENO olim fuit emortualis, vſu rationis in-

Coniugium initit.

Liberi ex hac.

Ad ſecundas nuptias tranſit.

Obdormit.

Digitized by Google

tegro ad extremum vitae halitum perſiſtente, pie in Chriſto obdormiuit. Extant beati huius Theologi:

Etliche Lehr- und Troſtreiche Schrifften / und Erklärung fürnehmſter Articul Chriſtlicher Lehre. Wittenb. 1588.

Oratio Poëtica. Witteb. 4. 1588.

Paraphraſis Poëtica in Pſalmos. Witteb. 8.

Lob- und Danck-Predigt aus dem 147. Pſ. Jen. 4. 1605.

Poſtilla Poëtica. Serneſt. 4. 1607.

Neu-Jahrs-Predigt. Leipzig. 4. 1608.

Iudicium de Acatholicorum credenda Regula. Ien. 8. 1610.

Ariſtotel. Ethica. Lipſ. 8. 1610.

Erinnerungs-Predigt von dem Gewäſſer / damit Thüringen am Sonnabend vor Trinit. 1613. heimgeſuchet worden. Jena / 4. 1613.

Diaſcepſis de vaſis irae & miſericordiae, nec non honoris & ignominiae Caluinianis oppoſita. Lipſ. 4. 1616.

Leich-Predigten aus dem 9. Pſ. Klag-Liedern Jer. 5. v. 16. ſeqq. Pſ. 91 / 14. 15. 16. aus 2. Corinth. 12 / 9. Röm. 8 / 18. ꝛc.

Exegeſis verborum Chriſti valedictoriorum & deſcriptorum, Ioh. XVIII. Ien. 4. 1638.

Theologus & concionator orthodoxus. Auſſp. 8. 1650.

An-

Antimelema defenſioni D. Conr. Hornei oppoſitum. Francof. 4. 1653.
In Gal. V, 6. contra Horneium. Ien. 4.
Diſputationes: De Arithmetica: duae περὶ προαιρέσεως ex tertio Ethic. ad Nicom. c. 2. De Regno Chriſti: De impedimentis conuerſionis humanae: De nuptiis iure diuino prohibitis: De generatione & filiatione Chriſti &c. De dictorum V. T. in Novo allegatione: De Chriſto Saluatore: De induratione: De loco Gal. 5.6. De adoratione Chriſti ex Ioh. 17. De dicto 1. Ioh. I, 7. De Angelis: De uſu rationis in myſteriis; De Praedeſtinatione &c.

XXIX.

IOHANNES GERHARDVS.

HAnc in lucem produxit *IOHANN. GERHARDVM* vrbs *Saxoniae* inferioris & antiqua & ſat celebris *Quedlinburgum*, A. C. MDLXXXII. d. XVII. Octobris, quo ipſo anno & menſe *GREGORIVS XIII. P. R. Calendarii mutationem* introduxit. Parentes ipſi fuere *BARTHOLOMAEVS GERHARDVS*, Patricius & Senator ibidem, & *mater MARGARETHA, Domini IOHANNIS* Berndes / *Reipubl. Halberſtadienſis Sca-* *Naſcitur.*

Scabini filia, A. MDCXXIV. defuncta. Auus paternus ANDREAS GERHARD, Abbatiae Quedlinburg. Consiliarius; Frater ANDREAS, Cancellarius Schvvarzenburg. In matris grauidae aluo adhuc detentus puerulus noster maximo fuit expositus periculo: Pater enim commoto irritatoque animo magni ponderis fustem in bibacem seruum conjecturus, praegnantis maritae, quae de improuiso obuiabat, corpus tam duriter petiit, vt hoc iactu foetus tenelli iacturam omnes praesagirent. Enixa autem est mater praeter spem filiolum, sine ictus quidem indicio, non tamen sine singularis fati praesagio, integrum & illaesum. In schola patria Praeceptores nactus *M. HENRICVM FABRVM*, Rectorem, & *M. HEINR. ALSTORFIVM*, Conrectorem in studiorum cursu tam felices fecit progressus, vt A. MDXCIX. postquam in schola *Halberstad.* semestre exegisset, in *Academiam Wittebergensem* ablegaretur annum XVIII. vix ingressus. Ibi priuatim & publice docentes audiuit in Logicis & Ethicis M. ANT. EVONYMVM & M. IOH. SOMMERVM, in Rhetoricis M. MART. HELWIGIVM, in Historicis D. WOLFFGANG FRANZIVM, in Mathesi M. ERASMVM SCHMIDIVM, in Physicis M. IOH. MEELFüRERVM & D. IAC. COCVM. A. MDC. Theologos quoque docentes audire coepit D. SALOMONEM GESNERVM & D. LEONHARDVM HVT-

In vtero ingenti periculo est obnoxius.

Halberstadii legit.

VVittebergae studet.

HVTTERVM. A. MDCI. ex consilio & suasu cognatorum ad studium medicum animum applicuit, & non solum Doctores celeberrimos, Io. Iessenivm, Andr. Scatonivm, Ernestvm Hettenbachivm & Gregor. Horstivm, sedulo audiuit; sed & collegium medicum disputatorium tunc temporis priuatos intra parietes institutum frequentauit. An. MDCII. auocatus & ANDREAE RAVCHBARI *ICti*, *Haereditarii in* Hemßendorff/ Vice-Cancellarii *Dresdensis*, amitini sui, liberorum institutioni praefectus fuit, vbi simul medicinam facere coepit. Anno post MDCIII. cum filio laudati D. RAVCHBARI natu maiori ad *Academiam Ienensem* accessit, vbi recordatus voti, quod A. MDXCVII. adolescens quindecennis in grauissimis tentationibus & morbo de studio sacro tractando, vouerat, & interna conscientiae admonitione stimulatus ad studium Theologicum regressus est, adeoque D. MYLII & D. REVDENII Theologicas & Piscatoris Hebraeas scholas assidue inuisit. Eodem anno MDCIII. d. II. Aug. magisterii honore inter XII. competitores agmen ducens, insignitus est, & sequenti mense Nov. lectoria & disputatoria Theologica & Philosophica collegia priuatim instituit. A. MDCIV. cum dicto suo discipulo RAVCHBARO *Marpurgum* profectus est, vbi studiis, imprimis Theologico, summo conatu incubuit prae-

Medicae studio se dedit.

Liberorum amitini, informationi praefi-citur.

Venit Ienam.

Votum in tentatione.

Fit Magister Philos.

Marpurgum proficiscitur.

Praeceptoribus vſus WINCKELMANNO, MENZERO & SCHOLLIO. A. MDCV. ex itinere, cuius comitem D. MENZERVS ſibi iunxerat, redux, menſe Septembri a diſcipulo informando liber *Salanam* reuiſit, & Collegio Theologico priuato D. PETRI PISCATORIS nomen ſuum eſt profeſſus, ipſe etiam collegia Theologica tum lectoria tum diſputatoria aperuit. Haec omnia *Amplisſimam Facultatem Philoſophicam* mouerunt, vt in *Adiunctorum* album inſcribi pateretur, quare d. XXXI. Decembr. pro loco conceſſo Diſputationem de *Vero* publice habuit. Anno ſeq. MDCVI. menſe Iunio ad *ἐπισκοπὴν Heldburgenſem* in *Franconia* & vna Profeſſionem Theologicam in Gymnaſio *Coburgenſi Caſimiriano* legitime vocatus eſt. Inde *Ienam* miſſus eiusdem Principis munificentia ſumtus erogante gradu Doctorali ſeq. XIII. Nou. mactatus eſt. A. MDCIII. cum Serenisſimo *Duce* ſuo *DOMINO IOHANN. CASIMIRO*, cui mortuo etiam d. IV. Apr. MDCXXXIV. in templo Academ. Ienae parentauit, *Dresdam*, MDCX. *Coloniam cis Rhenum*, MDCXII. *Francofurtum ad Moenum* ad Electionem & coronationem MATTHIAE *Imperatoris*, MDCXIII. rurſus *Dresdam* ipſius iuſſu eſt profectus. Ab hoc laudato Principe quoque MDCXV. Generalis Superintendens *Coburgenſis Ducatus* eſt conſtitutus. Anno MDCXVI. *Ienam* ad Theologiae Profeſſionem

Ienam repetit.

Adiunctus Philoſophiae conſtituitur.

Superintendens Heldburg. & Profeſſ. Coburg. vocatur.

Doctor Theol. renunciatur.

Superintendens General. Coburg.

Ienam reuertitur.

nem

nem vocatus Principe ſuo conſentiente reuerſus, & vna Conſiliarii Eccleſiaſtici munere, apud Principem functus eſt. Quamuis autem ſingulis fere annis in alios locos vocaretur, & praecipue *Praga*, *Lipſia*, *Witteberga*, *Argentoratum*, *Roſtochium*, *Helmſtadium*, quin & *Academia Sorana* in *Seelandia*, *Vpſalia*, *Marpurgum*, *Hamburgum*, aliaeque ciuitates operam eius expetierint: *Salana* tamen *Academia* ea fruita eſt felicitate, vt tantum Eccleſiae lumen DEI munere retinere liceret. In Facultate ſua praeter *Decanatus* ſaepius etiam *Promotoris* honores ſumma cum laude geſſit. *Rectoris* quoque *Magnifici* faſces quarta vice non ſine ſui gloria adminiſtrauit, ita, vt *prima* vice a XIV. Aug. MDCXVII. vsque ad ſeq. A. XVII. Mart. ciues noui CXXXI. *ſecunda*, ab anno MDCXXIII. d. XIX. Aug. ad ſeq. A. XXIV. Febr. CV. *Tertia*, ab XI. Aug. MDCXXIX. ad MDCXXX. ad d. V. Febr. CXXXVIII. & tandem *quarta* ab A. MDCXXXV. d. VI. Aug. ad XI. Febr. A. ſeq. CLXXVIII. ab ipſo ſint inſcripti. In coniugio (vt ad vitam priuatam veniam) vixit gemino, nam anno MDCIX. d. XIX. Sept. cum virgine tum lectiſſima BARBARA, IOH. GEORGII NEVMEIERI filia, matrimonium contraxit, in quo vnicum filiolum ſuſcepit, qui tum ſubſequentis anni X. Iunii eſt denatus, quem eiusdem anni XXX. Iunii mater ſecuta. Quare alterum matrimonium cum virgine MARIA, IOH. MAT.

Decanus.

Rector Magnif.

Celebrat nu-ptias.

Alterum matrimonium contrahit.

MATTENBERGERI, *Med. D. & Reip. Gothanae consulis* filia A. MDCXIV. iniuit, & Cal. Mart. in arce *Heldburg.* nuptiarum solennitatem celebrauit, quae decem liberorum parentem eum fecit. Inter filios fuit IOHANN. ERNESTVS, *qui Linguarum oriental. callentissimus Ienae Histor. ac postea Theologiae Prof. Publ.* A. MDCL. factus est. Ipse tandem IOH. GERH. A. MDCXXXVII. d. XII. Aug. accedente febri ardente, qua V. dies decubuit, d. VXII. Aug. dicti anni hor. III. pomerid. hisce verbis: *Veni, veni, Domine, veni, Amen!* vitam hanc claudens ad coelites beatos emigrauit, aetat. LV. & sequ. die XX. eiusdem mensis eiusdemque anni corpus terrae *templi S. Michaelis* oppidani est mandatum. Sequens Epitaphium a LVDOVICO FIDLERO positum adhuc addo:

Decumbit.

Pium votum. Denascitur.

Hic recubat Pietas, Probitas, Candorque IOHANNES
GERHARDVS, cui laus convenit illa, sat est.

Huius

IOHANN. GERHARDI

Libri, quos semel manu sua scriptos nunquam correxisse dicitur, sunt seqq.

Exercitium pietatis quotidianum &c. Ien. 12. 1602.

De

De Praedeſtinatione. Coburg. 4. 1608.

De Vita IESV CHRISTI Homiliis 25. illuſtrata meditationes ſacrae. Ien. 4. 1609. 1652.

Quaeſtionum Politicarum Centuria. Ien. 1604.

De legitima Scripturae S. interpretatione. Ien. 4. 1610.

Commentarius in Harmoniam Hiſtoriae Euangelicae de Paſſione, Crucifixione, Morte & Sepultura Chriſti. Ien. 4. 1610. Francof. f.

LL. Theol. de Natura Dei & tribus Elohim Tom. I. Ien. 4. 1610.

Enchiridion conſolatorium morti & tentationibus in agone mortis opponendum. Ienae, 8. 1611. 1613. 1618.

Fulmina bruta Pontificiorum.

Angelologia Sacra.

Hand-Büchlein zu Troſt der Sterbenden. Jen. 8. 1611.

Schola conſolatoria Lat. & Germ. Gieſſae, 12. 1617.

Harmonia 4. Euangeliſtarum a Martino Chemnitio inchoata, a Pol. Lyſero continuata & a Ioh. Gerhardo abſoluta. Ien. 4. 1617.

Examen praecipuarum ſophiſticationum, quibus recentiores Photiniani aeternam Chriſti Deitatem & Spiritus S. perſonalem ſubſtantiam oppugnant a Patre diſtinctam. Ien. 4. 1617.

Digitized by Google

Locorum communium Iſagoge. 4.

De compoſitione pacis Dillingenſis.

De Appellatione in Vallem Ioſaphat.

Geiſtl. Geſpräch vom Göttl. Troſt. Ienae, 12. 1618.

Bedencken/ ob ein Evangeliſcher Chriſt den Prageriſchen Frieden mit unverletzten Gewiſſen annehmen könne?

De Notis Eccleſiae in genere. Ien. 4. 1619.

Tractätlein von Auslegung der Heil. Schrifft.

Diſpoſ. Synopticae. Ien. 4. 1620.

Methodus ſtudii Theologici. Ien. 8. 1620. 1622. & 1654.

De benedictione Eccleſiaſtica ex Numer. VI, 22. Ien. 4. 1620.

Erklärung der beyden Artickel von der Taufe und Abendmahl. Jen. 1620. Franckf. 4. 1662.

Meditationes ſacrae, quae in Germanicam (etiam rhythmice) Anglicam, Gallicam, Italicam, Polonicam & Graecam linguam conuerſae fuerunt. Gieſſ. 8. 1621. Lipſ. Ien. 12. Lugd. Batau. 8. 1627. Gen. 12. 1654. Amſtelod. 1650.

Poſtilla, d. i. Auslegung der Sonntäglichen und fürnehmſten Feſt-Evangelien über das gantze Jahr. Jen. f. 1622. 1663.

Hohe Feſt-Bündlein / oder Weihnacht- Oſter- und Pfingſt-Predigten.

Evan-

Evangelischer Wegweiser. 12.

De morte & mortuorum resurrectione. Lipſ. 4. 1624.

Hortus biblicus e Germ. in Lat. per W. Seberum. Schleuſ. 8. 1625.

Exegeſis de Scriptura & Deo. Ien. 4. 1625.

Locus & Exegeſis Loci de Chriſto. Ien. 4. 1625.

Geiſtliche Bruſtwehr wider die Jeſuiten. Oettingen/ 12. 1626.

Loci Communes in 9. Tomos & Exegeſin diuiſi. Francof. & Hamb. in fol. 1627.

Harmonia Euangelica tota. Geneu. fol. 1628. Roterod. 1646. Ien. & Hamb. 1647. Francof. 1657.

Päbſtiſcher Morgenſtern. Jen. 8. 1629. & 12.

Bellarminus orthodoxias teſtis. Ien. 4. 1630. 1658.

Kurtze Anleitung zur wahren Buſſe. Jen. 12. 1632.

Sacrae Homiliae in Pericopas Euangeliorum Dominicalium & praecipuorum totiús anni Feſtorum. Ien. 8. 1634. 1639. 1641. Hamb. 1655.

Confeſſionis Catholicae Volum. IV. Ienae, 4. 1634. 1636. 1637. Norimb. 1640.

Patrologia. Ien. 4. 1635. & 1688.

Schola Pietatis, oder Ubung der Gottseeligkeit. Jen. 1639. Nürnb. 4. 1649. 1663.

Quaestionum Theologicarum Centuria I. Ien. 4. 1641.

Annotationes in Apocalypsin S. Iohannis & in Ep. Iudae. Ien. 4. 1643. 1665.

Comment. in Epist. ad Timoth. Ien. 4. 1643. 1666.

Comm. in Ep. ad Colossenses.

Dispp. Isagogicae. Ien. 4. 1645. 1663.

Annotationes posthumae in vniuersum N. T. Ien. 4. 1652.

Postilla Euangeliorum & Salomonaea, aus dem Hohenliede Salomonis auf die Evangelia gerichtet. Jen. 4. 1652.

Disputationes Theologicae, quibus dogmata Papalia iuxta seriem Bellarmini expenduntur. Ien. 4. 1655.

Disputationum Theologicarum Volumina III. Ien. 4. 1655.

Comment. in Genesin, Deuter. Ien. 4. 1657.

LL. Theol. de Lege & Euangelio, Tom. III. Francof. f. 1657.

Aphorismi sacri praecipua Theologiae Practicae fundamenta complectentes. Ien. 8. 1659.

Trost-Gründe in allerley Noth und Anfechtung. Jen. 1660.

Disputationes de Gloria Dei. Ien. 4.

Vindicatio Eckardiana.

Quae-

Digitized by Google

Quaestiones Philologico- Theologicae.
De Diuinitate Christi.
De Christo Biuno.
Annotationes in Psalmos priores V. Ien. 8. 1663. 4. 1676.
In Prophetas, Amos & Ionam.
In Matthaeum.
In Acta Apostolorum.
Paßions-Predigten nach den 4. Evangelisten. Jen. 4.
Annotationes posthumae in Matth. Euang. Ien. 4. 1663.
Epitome Locorum per Cnappium. Erf. f. 1664.
LL. Theol. Explicatio Euangelii Elench. Ien. 4. 1666.
Chiliasmus, pariterque de Gog & Magog. Ien. 1667.
Chiliasmi fundamenta destructa.
De Iudaeorum conuersione vniuersali. Ien. 4. 1667.
Frommer Hertzen geistl. Kleinod. 12.
Betrachtung der geistlichen Aufferstehung und Himmelfahrt der wahren Christen.
Geistl. Seelen-Artzney. Jen. 24.
Varia iudicia de Scholasticis ac Historico-Ecclesiast. scriptoribus. Ien. 8.
Evangelischer Palm-Baum auf alle Sonn- und Fest-Tage durchs gantze Jahr. ibid.

LL. Theol. de Euchariſtia.
Comment. in Epiſt. Pauli ad Romanos. Ien 4. 1666.
Commentar. in Epiſt. ad Hebr.
Commentar. in vtramque Epiſt. Petr.

XXXI.

IOHANNES HIMMELIVS

Ioh. Himmelii Patria. Parentes.

NAtus eſt *Stolpae, Pomeraniae* citerioris oppido, anno ſupra ſesquimilleſimum octogeſimo primo, d. XXVII. Dec. Pater ipſi fuit ANDREAS HIMMELIVS, ciuis eius loci primarius, qui A. MDXCIII. aetatis ſuae LXIII. extremum vitae diem confecit: Mater ANNA HOPFENIA, quae A. MDCVI. itidem aetatis LXIII. vita defuncta eſt. In ſchola patria Rectore M. RVDOLPHO ROLEVINCO, poſtmodum S. Theol. Doctore & apud Comitem Barbienſem concionatore aulico, literarum initia hauſit, eaquidem felicitate, vt anno MDCI. in *Academiam VVittebergenſem* a matre vidua potuerit ablegari, vbi ſedulo literas Philoſophicas coluit, vnde tantam rerum Philoſophicarum notitiam ſibi comparauit, vt de iis non modo rite iudicare, ſed & ſententiam dicere, expo-

VVittebergam mittitur Himmelius.

ponere & tueri ſcriptis valuerit. Non minorem diligentiam dedit Theologiae, quam tum HVNNIVS, GESNERVS, RVNGIVS & HVTTERVS profitebantur. Concionibus etiam ad populum habitis ſeſe ſaepius exercuit. *VVitteberga* A. MDCVI. *Ienam* conceſſit, vbi diligentiae ſuae teſtes reliquit *Diſputationes* duas anni ſeq. menſ. *Maio* & *Auguſto de Sacra Scriptura* & de *Perſona Chriſti*, ſub Praeſidibus AMBROSIO REVDENIO & PETR. PISCATORE cum applauſu propugnatas. Perorauit etiam publice *de ficta Donatione Conſtantini*, quo facto A. MDCVIII. in Academiam *Gieſſenſem* ſe contulit, ibique de ſtudiorum feruore nihil remittens menſ. *Octobri* ſub D. BALTHASARE MENTZERO, Praeſide, de *Diſcrimine Sacramentariorum* cum laude diſſeruit. Eodem anno iter in *Germaniam* ſuperiorem, quemadmodum triennio ante in *Saxoniam* inferiorem inſtituit, vt vrbes moresque hominum videret, & viros eruditione celebres compellaret. Sub finem vero eiusdem anni a GEORGIO FRIDERICO, *March. Badenſi ad Gymnaſii Durlacenſis Rectoratum* vocatus, eo munere cum laude functus eſt vsque ad annum MDCXII. quo *Reſpubl. Spirenſis* operam eius expetiit, vt in *Gymnaſio* ibi inſtaurato *Recturam & Profeſſionem* ſuſciperet, quam ipſi *Marchionis Badenſis* conſenſu addixit. Vix vero biennium Gymnaſiarchae officio functus, ab eodem

Ienam ſe retiapit.

Diſputat.

Gieſſam concedit.

Iter inſtituit.

Gymnaſii Durlacenſis Rector vocatur.

Senatu ad Eccleſiaſtae primarii munus eſt vocatus. Tum ſummos in Theologia honores *Doctorales*, habita prius Diſputatione inaugurali de *Natura Eccleſiae*, Promotore D. CASP. FINCKIO, glorioſe obtinuit *Gieſſae* d. XI. Maii MDCXV. ſub finem ſequentis A. MDCXVI. *Spirenſibus* redditus de Profeſſione in Academia *Noricorum Altdorfina* ſuſcipienda vocationem accepit, quam eodem tempore vocatio in Academiam *Ienenſem* praeuertit. Hanc igitur aggreſſus MDCXVII. D. ALBERTO GRAWERO ſucceſit. Dum vero per XXV. annos in Academia *Ienenſi* Theologiae Profeſſorem egit, *Rectoris* munus quater geſit. Primum a VI. Sept. MDCXIX. vsque ad X. Febr. anni ſequ. CXX. Dein ab XI. Aug. MDCXXV. ad A. ſeq. IX. Febr. CXL. Tum ab XI. Aug. MDCXXXI. ad IX. Febr. A. ſeq. CL. Tandem ab anni MDXXXVII. d. XI. Aug. vsque ad A. MDCXXXVIII. VIII. Febr. XCII. nomina in album academicum retulit. Vitam domeſticam quod attinet, primas nuptias *Durlaci* d. XXI. Aug. MDCX. celebrauit cum MARGARETHA, NICOLAI REINBOLDI, Senatoris *Gersbacenſis* filia. Ex ea liberos, praeter quatuor in infantia & pueritia demortuos, ſuſcepit ſequentes: ENOCHVM, Theol. Doctorem & *Superintendentem Orlamundanum*, poſtea *Cizenſem*; ELIAM, Philoſoph. Magiſtrum, *Eccleſiaſten Goslar. Hamburgi* degentem & IOHANNEM:

Doctoris gradum conſequitur.

Ienae Grawero ſuccedit.

Coniugium init.

Liberi.

Fi-

Filias vero ANNAM MARGARETHAM, TOBIAE SEIFARTO, Scholae *Altenburgensis* Rectori elocatam, & IOHANNAM REGINAM, M. BARTHOLOMAEO ELSTENIO, *VVeisenfelsensis* Ecclesiae Diacono nuptui datam. Priori hac coniuge d. XXIV. Nou. MDCXXXIV. vita defuncta, alteram duxit anno MDCXXXVI. CHRISTINAM, viduam IOHANNIS CHRISTOPHORI SCHERERI, Reipubl. *Erfurtensis* Praefecti in *Vargel*, cum qua coniugium sterile exegit. Ipse tandem A. MDCXL. mense *Mart.* catarrho suffocatiuo correptus, breui quidem medicamentorum vsu conuenienti fuit liberatus, exinde tamen pedetentim vires corporis decreuerunt, donec pedum paralysi tandemque marasmo accedentibus placide obdormiuit d. XXXI. Mart. A. C. MDCXLII. aet. LXI.

Ad secunda vota transit.

Moritur.

Huius

IOHANN. HIMMELII

Scripta sunt:

Disput. Theol. de sacra Scriptura contra Romanenses. Ien. 4. 1607.
Disp. de Persona Christi. Ien. 4. 1607.
Prima in Luth. Parentatio. Lipsi. 4. 1608.
Caluinus Papizans. Ien. 4. 1608.
Iesuita Pharisaizans S. collatio Pharisaismi & Iesuitismi. Spirae, 1614.

Digitized by Google

Analytica dispositio Bibliorum. 4. Spirae, 1616.

Anti-Coppensteinius. Erfurt. 4. 1620.

Collegium Augustanum Theologicum. Ien. 4. 1621.

Syntagma Disputationum Theologicarum Methodicum. Erf. 4. 1621. Ien. 4. 1622. Witteb. 4. 1650. 1668.

Analysis Logico-Theologica Libri Concordiae Christianae Disp. XIII. proposita. Erph. 8. 1623.

Memoriale Biblicum. Lipſ. 4. 1623.

Librorum Apocryphorum Analysis &c. Lipſ. 4. Ien. 1624.

Collegium Anti-Caluinianum publicum. Ien. 4. 1624. 1634.

Tractatus methodicus de natura inuocationis verae ac religiosae. Ien. 8. 1624.

Chronologia Biblico-Ecclesiastica. Ien. 1624

Concordia concors Papaeo-Caluinistica contra Coppensteinium. ib. 4. 1625.

Passionale academicum, siue Homiliae sacrae, quibus non solum festum Bacchanaliorum infaustum profligatur, sed & Historia Passionis Dominicae secundum quatuor Euangelistas methodice explanatur. Lipſ. 8. 1625. Witteb. 1657.

De descensu Christi ad inferos. Spirae.

Commentarius in Epist. Pauli ad Romanos. Ien. 8. 1626.

Methodus tractandarum controuers. Theol. Lipſ. 8. 1627. En-

Digitized by Google

Enthuſiaſmus. Erf. 4. 1627.

Collegium Teſtamentarium pro Teſtamento Filii Dei &c. Ien. 4. 1627.

Poſtilla academica in Euangelia & Epiſtolas, item in Hymnos Feſtorum Cardinalium. Ien. 8 1628.

Threnologia de vita Quadrigae Theologicae Ioh. Winckelmanni, Balthaſar. Menzeri, Frid. Balduini, Balth. Meiſneri. Ien. 4. 1628.

Examen Theologiae Polemicae. *Alſtedii.* ibid. 4. 1629.

Anti-Alſtedius. ib. 4. 1629.

Collegium Anti-Leoninum. Ien. 4. 1630.

Examen ſcrupulorum circa Lutheranum Iubilaeum. Witteb. 4. 1630.

Trigae Propheticae ſuper XII. Prophetas minores IV. diſtinctis partibus comprehenſae. Lipſ. 4. 1631. 1676.

De Canonicatu, Iure canonico & Theologia Scholaſtica. Ien. 12. 1632. 1643.

Mataeologia Papiſtica, ſiue Papiſmus ex Pontificiorum ſcriptis 16. diſputationibus confutatus. Ien. 4. 1632.

Compendium Hiſtoriae eccleſiaſticae a nato Chriſto vsque ad Lutherum, in quo 1. Epiſcopologia, 2. Patrologia, 3. Martyrologia, 4. Haereſiologia, 5. Synodologia.

Anti-Mayerus. Lipſ. 12. 1633.

Anti-Becmannus. Ien. 4. 1633.

Di-

Digitized by Google

Disputationes Elenchticae. Ien. 4. 1634.
Apologia oder Gegen-Antwort auf Ioh. Bergii vermeynte Antwort wider das Collegium Testamentarium. Jen. 4. 1634.
Caluinismus. Ien. 4. 1634.
Collegium Irenicum. ibid. 4. 1634.
Solutio XII. Argumentorum Hunnii Apostatae. Ien. 4. 1634.
Castrum Doloris, XVI. Trauer- und Klag-Predigten ex Threnis. Ien. 8. 1635.
Vana Victoria Caluiniana. ibid. 4. 1637.
Calviniſcher Schaaf-Peltz. Jen. 4. 1639.
XIII. Disp. Anti-Bergiani. ibid. 4. 1639.
Prodromus religioſae Pacificationis hypotheticus. Ien. 4. 1640.
Commentarius in Epiſt. Pauli ad Galatas, vt & ad Philem. Ien. 4. 1641.
Eigentlicher Bericht wegen der Einkunfft zwiſchen die Streitigkeit / welche Wolff Kramer ein Jeſuit erregt. ibid. 8. 1652.
Victoria ſtabilimenti Irenici. 4.

Digitized by Google

XXXII.

SALOMON GLASSIVS

PRimam lucis vſuram *Sondershuſii*, *Thuringiae* oppido, accepit, natus A. C. MDXCIII. d. x. Maii, patre BALTHASARE GLASSIO, tunc in *Schvvartzburgenſium Comitum grammathophylacio Regiſtratoris officio functo, poſtea in Praefectura Gerenenſi Quaeſtare*; & matre ANNA MARIA, HENRICI MüLLERI, *Iurium Licentiati & Conſiliarii Brunſuicenſis*, ac ANNAE, ex patricia MILWIZIORVM familia oriundae filia. *Parentes.* Ad lauacrum baptiſmi ſponſorem habuit SALOMONEM PLATNERVM, Cancellarium Schwartzburgenſem. Domi ſexennio ſub manuductione priuati praeceptoris, GEORGII LANGII, linguae Latinae & Graecae fundamentis poſitis A. MDCVIII. ad ludum literarium *Arnſtadienſem*, cuius tum Rector erat MARTINVS COCVS, eſt miſſus, & poſtea MDCX. in *Gymnaſio Gothano* informationi M. ANDR. WILCKII, Rectoris & Philologi famigeratiſſimi ſubmiſſus fuit. *Arnſtadium mittitur.* Huius conſilio a patre d. XXVII. Apr. MDCXII. ad Academiam *Ienenſem* ablegatus & M. WOLFFGANGO HEIDERO, Philoſophiae Profeſſori ſanguinis neceſſitudine iuncto commendatus, per triennium ibi eſt commoratus & audiuit praeter *HEIDERVM*, *Ienam venit.*

M. THO-

Digitized by Google

M. THOMAM SAGITTARIVM, *M. MICH. WOLFFIVM*, *IOH. GRYPHIANDRVM*, *M. DAN. STAHLIVM*, *Philosophiae* Professorem. Sub M. *STAHLII* & M. *MICH. WOLFFII* praesidio etiam dissertationes masculè defendit. Deinde A. MDCXV. d. VII. Maii ad *Academiam Wittebergensem* se contulit, vbi misso Iuris studio, ad quod antea ferebatur, Theologicum amplexus docentes audiuit *Dd. HVTTERVM*, *BALDVINVM*, *FRANTZIVM* & *MEISNERVM*. Primum ad populum sermonem sacrum habuit in pago non multum a *Witteberga* distante Dom. V. Trin. voce quidem per naturam exili, & insigni cum timiditate. Quae etiam apud ipsum multarum animi perturbationum causa exstitit, effecitque, vt de hoc maxime esset sollicitus, num Ecclesiae suo qualicunque sacrae γνώσεως talentulo aliquando prodesse posit. Hinc quoties postea, cum Ienae iterum viueret, concionabatur, (videbat enim sibi frequentiori opus esse exercitamento) toties cum lacrymis & suspiriis domum reuertebatur, diuinae interim sapientiae studiorum successus commendatus. Sed in Athaenaeo *Albimontano* per integrum semestre febri quartana laborans, de Parentum consilio A. MDCXVI. *Ienam* repetiit; studiorum subsidio a *Comitibus Schwartzenburgicis* lineae *Arnstadienſis* aucto & ab Illustrissimo *Comite Schwartzenburg. ANTONIO HENRICO* datis commen-

Wittebergae studet.

Ienam redit.

da-

datitiis ad D. IOH. GERHARDVM, qui paulo ante *Coburgo Ienam* ad Profesſionem Theologicam fuerat euocatus. Ab hoc in conuictum aſſumtus lectiones eius vltra quinquennium frequentauit, & octies Diſputationibus publicis ſub eiusdem praeſidio habitis ſeſe exercuit. D. VII. Nouembr. A. MDCXVII. qui Eccleſiis Lutheranis Iubilaeus erat, titulo magiſterii ornatus inter XXX. Competitores primo loco fuit conſtitutus. D. XV. Maii MDCXIX. inter Facultatis Philoſophicae Adiunctos locum meruit, & abinde exercitia crebra, tum inſtitutionem in lingua Hebraea, tum Diſputationes Philoſophico-Theologicas concernentia cum ſtudioſis priuatos intra parietes ſedulo coluit. Vnde factum, vt Facultas Theolog. dignum iudicauerit eum, cui Doctorales honores offerret. Sed cum ille omni ſtudio reluctaretur, Domini Profeſſores per literas ad *Illuſtriſſimos Comites Schwartzburgicos* ſcriptas effecerunt, vt per mandatum ſingulare ei, ne reluctaretur amplius, ſed bene conſulentibus obtemperaret, fuerit iniunctum, ſumtibus ad id neceſſariis ex aerario publico deputatis. Quo facto A. MDCXX. circa finem, vt & initium anni ſeq. examina ſuperauit, concionem inauguralem & diſputationem, integri capitis XVII. Iohannis Euangel. ἀνάλυσιν complexam, Praeſide D. IOH. MAIORE ha-

Magiſterii honores conſequitur.

Ienae Adiunctus Philoſoph.

Diſputationem & concionem inaugural. habet.

Digitized by Google

habuit & ſic praeſtanda praeſtitit, ipſa autem Doctoralis promotio certis de cauſis ad tempus fuit dilata. Breui poſt reſignante Profeſſionis Hebraeae & Graecae lingg. munus M. *BALTHASARE VVALTHERO*, ad Superintendentis *Gothani* munus euocato, huic legitime ſubrogatus ſpartam eam per quadriennium ornauit, & intra hoc tempus bis *Decanatu* in Facult. Philoſoph. & ſemel Academico *Rectoratu* ab A. MDCXXV. d. x. Febr. ad XI. Aug. fideliter perfunctus eſt, in quo CCII. ciues recepit. Eodem anno *Comites Schwartzenburgici* ad munus Superintendentis *Sondershuſani* eum euocarunt, ritu itaque Apoſtolico a M. IO. SCHVCCELIO, *Superint. Arnſtadienſi* ordinatus XVII. Nou. MDCXXV. *Sondershuſam* conceſſit. D. XXVI. Ian. anni ſeq. MDCXXVI. Doctoris Gradum ipſi contulit Facultas Theolog. Ienenſis, Promotore D. IOH. MAIORE, Decano D. IOH. GERHARDO & Rectore Magnifico D. IOHANNE HIMMELIO tribus Profeſſoribus Theologis. Competitores habuit honorum in Iuridica Facultate D. HIERONYMVM HEDENIVM, Cancellarium poſtea Schwartzburg. in Medica vero fratrem *BALTHASAREM GLASSIVM*, Archiatrum Sax. & QVIRINVM SCHMALTZIVM, Med. Prof. Erfurtenſem. A. MDCXXXVIII. *Sondershuſa Ienam* cum ſuis rediit ad Profeſſionem Theologicam in locum

Profeſſor Hebraeae & Graecae linguae audit.

Sondershuſae Superattendens conſtituitur.

Ienae Doctor creatur.

Ienam redit.

cum D. IOHANNIS GERHARDI defuncti ſuſcipiendam legitime vocatus, d. V. Martii in numerum Profeſſorum denuo, & IX. eiusdem menſis in collegium Theologicum fuit receptus, quam prouinciam paulo vltra biennium ſuſtinuit, Decanatu in iſta Facultate ſemel, ac Rectoratu ſecunda vice functus ab VIII. Aug. MDCXXXIX. vsque ad XIII. Febr. ſeq. anni ſtudioſos CIII. inſcripſit. Illo biennio LXXXI. diſputationes tam publicas, quam priuatas praeſidendo habuit. A. MDCXL. altera vice academicam prouinciam Profeſſoriam reſignauit, Pientiſſimo enim Principi ERNESTO, Duci Sax. ſuam addixerat operam, quare poſt inſtitutam Diſputationem orationemq; valedictoriam d. XII. Octobr. ad capeſſendum Superintendentis munus *Gotham* cum familia ſe contulit, vbi etiam ad vitae vsque finem perſeuerauit. Sed paucis etiam ad priuata: Primum matrimonium iniit d. XIX. Nou. anno MDCXXI. cum virgine *ELISABETHA, TOBIAE STEINMANNI*, Typographi *Ienenſis* filia, cum qua XVII. annos pacate vixit, ex qua etiam tres filios ſuſcepit, qui omnes in pueritia obierunt, & totidem filias. Vxore hac d. XXII. Sept. A. MDCXXXVIII. demortua, ſecundum contraxit connubium, d. XVI. Nou. MDCXL. cum *CATHARINA MARIA*, vidua D. *GEORGII MYLII*, *Curiae Prouincial. Saxon. Aduocati* & *Conſiliarii Anhaltini*, Magni illius Theologi cognomi-

Rectoris munere fungitur.

Gotham ad Superint. munus proficiſcitur.

Coniugium ipſius.

Digitized by Google

minis filii, filia vero D. IO. H. DENHARDI, ICti & *Syndici Magdeburg.* & post ciuitatis desolationem *Cancellarii Saxo-Isenacensis*, ex qua anno seq. filiam suscepit ELISABETHAM SOPHIAM. Sed & hac praematura morte direpta, tertia vice, re oeconomica sic vrgente, d. XVI. Augusti, anni MDCXLVII. fidem maritalem dedit MARIAE, filiae GEORGII COTTEN, Mercatoris & Senatoris *Isenacensis*, viduae primum Dom. CHRISTOPH. VLRICI LAGI, Consiliarii Comitum a KIRCHBERG, & postmodum Praefecti *Gothani*; secundo FRIDERICI MATTENBERG, Senatoris *Gothani*: quod matrimonium sterile fuit. Tandem cum per totum ferme annum aeger decubuisset, d. XXVII. Iulii An. Christi MDCLVI. aetat. LXIII. Gothae spiritum emisit, biduo post in aede Augustiniana sepultus fuit, vbi & eius imago est spectabilis. Sacrum sermonem funebrem habuit CHRISTOPHORVS BRVNCHORSTIVS, Ecclesiastes in aula Gothana & Consistorii ibidem Assessor, ex Psalmo XXXIV, 7. Ei quoque in schola *Cellensi* parentauit MICHAEL WALTHERVS, D. Superint. in Ducatu Lüneburgensi supremus. Annus mortis ex seq. apparet disticho:

Morbo corripitur.

No-

NoſtrI qVI CeCIDIt CapItiS CeLebranDa Corona
GLassIVs?Is sVpero VIVVs InaXe VIret.

Tetragonon.

Glaſſiades	*Doctor*	*Doctorum*	*praemia*	*cernit.*
Doctor	*Doctorum*	*Iobam*	*ſat feſſus*	*adivit*
Doctorum	*Iobam*	*ſat feſſus*	*cernit*	*adorat*
Praemia	*ſat feſſus*	*cernit*	*veneratur*	*Iobam*
Cernit	*adivit*	*adorat*	*Iobam*	*Doctorin axe.*

FRANTZKIVS GLASSIO hoc ſcripſit Epicedium:
GLASSIVS occubuit, magnum hinc Eccleſia vulnus
Accepit, verbis quod vix effabile multis.
Nemo etenim mage promtus erat ſermone diſerto
Tradere diuini dextre myſteria verbi.
Nemo magis doctus verum de fontibus ipſis
Senſum ac eruere, ac niſu defendere acuto.
Nemo magis ardens verae pietatis amator,
Qua ſine nec res priua viget, nec publica floret,
Quicquid & exquiſita hominum vigilantia tentet!
Ipſa igitur caſum hunc Eccleſia luget acerbe,
Nec non publica res, & qui moderatur eandem,
Luget, ſollicitus de ſucceſſore fideli.
Hunc largire, Deus, qui iuſtis dotibus auctus
Ingenii, ſacri flatus ductamine praeſtet,
Aut paria aut multum non inferiora priori.

Digitized by Google

Hic

SALOM. GLASSIVS

Scripta reliquit ſeqq.

Orationis Ieſu Chriſti Ioh. XVII. deſcriptae, pia & plena Expoſitio. Ien. 4. 1620.

Philologiae ſacrae lib. V. Ien. 4. 1623. 1643. 1662. Francof. 4. 1653.

Scrutinium Philologiae.

Inſtitutiones Grammaticae Ebraeae. Ien. 4. 1623.

Onomatologia Meſſiae prophetica. Ien. 8. 1624.

Baum des Lebens JEſu Chriſti. ibid. 4. 1629. Leipz. 1643.

Davidiſcher Schrifft-Kern. Nürnb. 4. 1646. 1658. Goth. 4. 1655.

Exegeſis Euangeliorum & Epiſtolarum. Norib. 4. 1648. f. 1664.

Enchiridion SS. Scripturae practicum, Teutſch. Goth. 8. 1651.

Chriſtologia Moſaica ex prioribus Capp. Gen. Ien. 4. 1652.

Chriſtliche Anfechtungs-Schule. Nürnb. 12. 1652. 1654. 8. 1669.

Chriſtlicher Glaubens-Grund. Nürnb. 8. 1654.

Prophetiſche Spruch-Poſtilla. Nürnb. 4. 1654.

Glau-

Glaubens-gründliche Ausführung/ daß allein die H. Schrifft in Lehre/ Glauben und Leben die sichere Richtschnur sey. Nürnb. 8. 1654.

Gründlicher Bericht/ von der Sünde der Trunckenheit/ oder des zu- und vollsauffens. ib. 4. 1655.

Compendium Theologiae Hutterianum. Goth. 8. 1656. 1670.

Selecta Mosaica, oder Erklärung der fürnehmsten Dinge aus den V. Büchern Mosis. Nürnb. 4. 1657.

Mosaischer Lehr- und Geschicht-Kern. Nürnb. 4. 1657.

Israelis Trost und Freude / oder Psalter Davidis mit Summarien. Nürnb. 8. 1660.

Gründl. Bedencken über etlicher fürnehmer Chur-Sächs. und Helmstädtischen Theologen entstandenen Streitigkeit. Nürnb. 1662.

Biblische Historien II. Theil. Gotha/ 8. 1664.

Beth-Büchlein nach Ordnung des Catechismi. Goth. 8. 1664.

Harmonia Epistolico-Euangelica. Ien. 8.

Christl. Hauß-Postille. Jen. f. 8. 1668.

Catechismus-Ubung. Gotha/ 8. 1670.

Seelige Sterbe-Kunst. Gotha/ 8. 1669. & 1672.

Christologia Davidica ex Psalm. CX. ibid. 4. 1677.

Disputationes super Articulos Augustanae Confessionis in conuentu Pastorum habitae.

Disputationes & orationes academicae variae.

XXXIII.

IOHANNES MICHAEL DILLHERRVS

Patria. *Parentes.*

THemarae, Comitatus *Hennebergensis* oppido in hanc mundi scenam productus est d. XIV. Octobr. anno MDCIV. Patre IOHANNE DILHERRO, ICto, Regiminis Sax. *Meinungensis* Consiliario atque Aduocato, Nobilitatisque *Franconiae* liberae Consiliario: Matre *REGINA*, filia *IOSEPHI GÖTZII, Administratoris Collegii Canonici Munerstatensis* in *Franconia*; Auus eius MICHAEL DILHERRVS, Consiliarius Hennebergicus & *Themarae* Praefectus fuit. Proauus LEONHARDVS DILLHERR, oppidi *Gengae* in Sueuia Consul filios habuit vndecim, quos ei coniux LOBZELTNERIA peperit. Fratres habuit Noster natu maiores MATTHAEVM, Syndicum Anclamensem; IOHANNEM CASPAREM militem praetorianum Electoris Saxoniae; IOSVAM, & SAMVELEM Mans-

Mansfeldicae cohortis militem. Fratres autem minores: IOACHIMVM GOTFRIDVM & IOSEPHVM HERBARTVM, in iuuentutis flore, cum *Bergae* praefecturam gereret, mortuum. A. MDCXVII. matri suae morti proximae lectionibus precibusque sacris fideliter adstitit, ab eaque his verbis benedictionem accepit: *Pro te, chare Michael, non sum solicita, qui passim in orbe parentes inuenies, sed oportet te fieri Theologum, & licet multa mala tibi perpetienda sint, iterum tamen a DEO solatium accipies.* Pater, cum in hoc filio adhuc puero insignem mentis alacritatem notasset, nihil prius & antiquius habuit, quam vt pia sanctaque formaretur institutione, quare A. MDCXVII. *Schleusingam* in *Gymnasium Electorale Saxonicum* ablegauit, vbi saepius Graece & latine perorauit & condiscipulis segnioribus interdum versuum & argumentorum compositione ministeria grata praebuit, pecunia aliisque rebus ad victum necessariis compensata, cum ipsi pater ob religionis persecutionem ab *Episcopo Herbipolensi* bonis feudalibus priuatus exiguos ad studia sumtus suppeditare potuisset. Cum vero quidam ex Praeceptoribus eum saepius sine causa male tractasset, & eam ob causam studia deserere sibi proposuisset, Conrector Gymnasii, vaticinanti similis aliquando talibus eum verbis consolatus est: *Fer ad tempus has iniurias, mi filium, intra paucos annos Praeceptores tuos*

In Gymnasium Schleusingense mittitur.

Digitized by Google

superabis. Anno MDCXXIII. *Goslariam* se contulit comite condiscipulo quodam, qui omnes pro eo impensas elocauit, exinde vero *Lipsiam*, vbi sumtibus ad victum necessariis destitutus variis nobilibus famuli vice ministrauit, & correctorem quoque aliquandiu in typographia egit. Eo in itinere cum Hallae diuertisset, inops hospitem benignum expertus est. Dum enim fidium cantu mercatorum saltationibus noctu inseruiret, ἀσύμβολος dimissus est, dicente hospite: *Ede, bibe, studiose, qui ad cantum tuum saltare possunt, poterunt & pro te symbolum erogare: video, te habere ingenium ad omnia aptum, omnia itaque tibi prospere succedent.* *Lipsia VVittebergam* venit, vbi grauiter aliquandiu aegrotauit, sanitati autem restitutus *Lipsiam* est reuersus. Inde vero A. MDCXXVII. ab agnatis *Norimbergam* accersitus, cum filiis eorundem *Vniuersitatem Altdorfinam* accessit, vbi in Linguis orientalibus & *Philosophia Peripatetica* plurimum profecit, & sub M. CHRISTOPHORO CRINESIO de variis Problematibus in VIII. Linguis publice disputationem habuit. A. MDCXXIX. cum vno discipulorum *Ienam* profectus, vbi A. MDCXXXI. mense Octobri ad Professionem Eloquentiae est prouectus, cui cum postea anno MDCXXXIV. tum Professio Historiarum & Poëseos, tum A. MDCXL. post obitum D. IOH. GERHARDI, extraordinaria Theologica

Venit Lipsiam Witteberg.

Lipsiam reuertitur.

Aldorffum proficiscitur.

Ienam se recipit.

Profess. Eloqu.

Histor. Poës. & Extraor. Theol. constituitur.

logica accesſiſſent, factum, vt vno tempore exemplo inuſitato quatuor Profeſſionum ſpartam ſit nactus, quam laudabiliter ornauit, ſiquidem in lectionibus publicis ſaepius vltra CC. & in priuatis vltra C. auditores ex omnium Facultatum ſtudioſis habuiſſe fertur. Saepius collegia priuatim Oratoria, Epiſtolica, Syriaca, Graeca, Concionatoria, Theologico-lectoria, ac diſputationes publicas cum magno auditorum applauſu ſuſcepit. Ibidem muſei foribus haec verba inſcripſit: *Sta, hoſpes, nec pulſa, nec turba, niſi maior vis cogat. Horas promeridianas DEO meo & demandatis officii mei conſecratas ſcito: ſi quid tamen eſt, quod aliquam pretioſi temporis iacturam mereatur, tuum eſto pomeridianum, ita tamen, vt ſcias, reddendam DEO rationem ſingularum horarum.* Decanatum in Facultate Philoſoph. ter & ſemel Rectoratum ab MDCXXXV. d. V. Febr. vsque ad VI. Aug. adminiſtrauit, quo ſemeſtri ſpatio LXXIX. ciues ſunt recepti. A. C. MDCXLII. *Norimbergam* vocatus, dimiſſione a Principibus ſuis non ſine difficultate impetrata, nec non oratione valedictoria, diſputatione Theolog. de libero arbitrio, & vltima concione Dom. X. poſt-Trinit. de *lacrymis Chriſti* habitis, conceſſit, vbi ad S. S. Theologiae & Philoſophiae Profeſſionem, Gymnaſii recens fundati directionem, Bibliothecae & Alumnorum inſpectionem eſt adhibitus. Cum prima vice concionaretur in aedibus *Laurentianis*, tan-

Decanus.
Rector. Magn.
Norimbergam vocatur.

Digitized by Google

tus fuit auditorum confluxus, vt templi minister libellum precum non potuerit in suggestum afferre. Postquam vero *Norimbergae* XIV. dierum spatio quatuor orationes de *Icaro Academico* habuisset, munus suum Professoris in Gymnasio Aegidiano publici aggressus est, nactusque auditores magno numero, etiam ex doctioribus & in dignitate constitutis. A. MDCXLVI. M. IOH. SAVBERTO, concionatori *Sebaldino* & Bibliothecario demortuo in vtroque munere successit. Mirifice animos mouere potuit & calamo non minus quam ore, scriptisque variis Christianam pietatem propagauit, sicque effecit, vt intra priuatos *Noribergensium* parietes contineri haut potuerit nominis eius celebritas, sed totum impleuerit orbem Europaeum, a Magnatibus enim diuersis est expetitus, nempe anno MDCXLVIII. a Senatu *Hamburgensi*, anno MDCLIII. a *Comite CHRISTIANO RANZOVIO, Regis Daniae legato*, in comitiis *Ratisbonensibus*, vt *Hafniam* veniret, & paulo post ad *Generalis Superintendentis in Ducatu Megaloburgico a Duce GVSTAVO ADOLPHO*: Anno MDCLVI. ab *AVGVSTO, Duce Brunsuicensi & Luneburgico* in locum D. IOACHIMI LÜTKEMANNI, Superintendentis per eas regiones Generalissimi: Anno MDCLVII. a Comite BENEDICTO OXENSTIRNIO, *Regis Suecorum*, CAROLI GVSTAVI, nomine ad munus Superinten-

Succedit Saubertо.

A multis expetitur.

den-

Digitized by Google

dentis Generalis in Ducatibus *Pomeraniae, Bremenſi & Verdenſi*: A. MDCLXIV. *Dresdam* ab *Electore Sax. per CAROLVM Baronem a FRIESEN*, in locum D. IACOBI WELLERI, concionatoris aulici. Sed maluit in ſtatione ſua mediocri permanere, quam ad altiora adſpirare & dubiae ſeſe fortunae committere. Anno MDCLVIII. d. VII. Aug. Imperatorem Rom. LEOPOLDVM, cum tunc Noribergae ſubſiſteret, Bibliothecam ingreſſurum ad portam ſtans hoc Epigrammate prolato ſalutauit:

Imperatorem Rom. ſalutat.

Salue, progenies Diuum, ſalue, inclyte Caeſar,
A ſummo ſummum Numine culmen habens.
Dum Templum ingrederis Muſarum, oſtendis amorem
In Muſas, quarum Tutor & Altor eris.
Hae ſcribent gratae aeternis tua Nomina faſtis,
Vt vigeas ſeclis innumerabilibus.

Tunc oſtenſis raris & variarum Linguarum libris, interrogatus ab Imperatore, num eosdem legere poſſet? *quidni*, reſpondit, & *intelligere?* ſpecimenque edidit. Inde conuerſus ad ſuos, quos ſecum habuit Imperator, *Patres, ecquid vos*, inquit, *ſcitis*? in prandio quo-

quoque honorificam eius fecit mentionem, quod in omnibus sibi ex asse satisfeciſſet. Paulo post *Vienna* munus ab *Imperatore LEOPOLDO* missum accepit, catenam auream magni pretii cum appenso nummo iconico: cuiusmodi donaria ab aliis quoque Magnatibus saepius ei transmissa fuerunt. De priuata ipsius vita nihil dico, nisi quod *Norimbergae* MDCXLIV. cum MARIA, NICOLAI *Vxorem ducit.* DESCHAVERI, ciuis & mercatoris Egrani vidua coniugium inierit. Haec anno seq. filiolam mortuam ipsi peperit, & cum a triennio variis morbis exhausta fuisset, d. VI. Nou. A.C. MDCLXIV. aet. LX. obdormiuit. Ipse etiam oculorum inflammationibus saepius af- *Valetudo Dilherri.* flictus, quibus catarrhi frequentes & calculi dolores interdum accesserunt, viribus sensim deficientibus ad extremum halitum mente constans, inter Reuerendi ADOLPHI SAVBERTI, Diaconi *Sebaldini* aliorumque adstantium preces placide in Christo spiritum *Spiritum emittit.* emisit die Virid. VIII. Apr. A. C. MDCLXIX. aet. LXV. Numismata plurima, quae longo tempore collegerat, aurea, argentea & aerea per testamentum collegio *Sebaldino* donauit, vna cum Bibliotheca sua, quae cum Iena discessisset CIX. Centenarios ponderans XIV. currus impleuerat, sed per XXX. deinceps annos multo locupletior reddita fuerat. Eodem testamento Bibliothecam Noribergensem, quam viuus multis libris & manuscriptis ra-

rio-

rioribus donauerat, M. florenis foenoridatis locupletauit. Tres etiam ſcholas, *Themarenſem, Meinungenſem* & *Schleuſingenſem* largis donationibus ditauit. Duo quoque ſtipendia conſtituit, vnum pro ſtudioſo *Theologiae, Philologiae* & *Philoſophiae*, alterum illis, qui cognitioni *Iuris* aut *Medicinae* operam dant, hac conditione addita, ne Gymnaſii *Schleuſingenſis* diſcipuli poſthabeantur. Ingenium habuit *C. Iulii Caeſaris* ſimile, quo & literas dictare ſimul, & ſcribere & poſt longum de re aliena diſcurſum, interpoſito magno interuallo ibi, vbi deſtiterat, ſine mora progredi rara felicitate datum fuit. Symbolum eius erat ex Cantico Salom. *In foraminibus petrae quieſco.* Indicatur annus emortualis ſequentibus: DILherrVs VIr Certe MagnVs obIIt.

Vel:

DILLherr NorIMbergae Certo eXſpIraVIt.

Natalis hiſce:

Effert InsIgnI ſe proLe TheMara DILherro

Anni vitae : 1604.

Iena Ipſo feLIX & pIa NorIs erat. 65.

Scripta, quae B. DILLHERRVS reliquit, ſunt ſequentia.

In Folio.

Augen-und Hertzens-Luſt/ D. i. Emblematiſche

sche Fürstellung der Sonn- und Festtägl. Evangelien. Nürnb. 1663.
Heilig-Epistolischer Bericht/Licht/ Geleit und Freud ꝛc. Nürnb.
Heilige Sabbaths-Arbeit. Nürnb. 1674.

In Quarto.

De Antiquitatibus sacris. Ien. 1635.
Vitia linguarum praecipua. Ien. 1640.
Betrachtung der Thränen Christi. Nürnb. 1642.
Oratio de recta puerorum educatione. Norib. 1642.
Icarus academicus, descriptus aliquot orationibus, tyroni academico necessariis. ibid. 1643.
Drey Theil Evangelischer Schluß-Reimen der Predigten/ so A. C. 1649. 1650. und 1651. gehalten worden.
Disputationes academicae Theologico-Philologicae. Norib. 1652.
Weihnacht- und Kirchen-Predigten. ib. 1657.
Emblematische Epistel-Postill/ in welcher über die Sonn- und Fest-Täge 3. Predigten zu finden. Nürnb. 1661.
Geistl. Hertz-Beschneidung aus Jer. IV. Nürnb. 4. 1661.
Academia Prophetica, d. i. Propheten-Schul/mit Kupffern. Nürnb. 1662.

Aca-

Academia-Christ-Apostolica, d. i. das Leben Christi und seiner Apostel / mit Kupfferst. Nürnb. 1663.

Cruc fixio IESV CHRISTI cum figura aenea ex S. Patribus. Ien.

De Theologia recte addiscenda.

De lingua sancta Theologis pernoscenda.

De Philosophia Iureconsultis non negligenda.

Pugillus sententiarum ex s. scriptura & Patribus depromptarum.

Tugend-Schatz und Laster-Platz aus Biblischen Geschichten der Patriarchen und fürnehmsten Regenten von Adam biß auf Esra/mit Kupfferstücken. Nürnb.

Lehr- und Nehrstand.

In Octauo.

Himmels-Zeit- und Welt-Lauff/ mit Kupfferst. Nürnb. 1657.

Atrium linguae sanctae, siue rudimenta linguae Hebraicae in sex horas distributa, cum appendice variarum antiquitatum & breuis Lexici. Norib. 1659.

Peristylium linguae sanctae, quo continetur rudimentorum Pars II. ibid. 1660.

Syllabus vocum irregularium S. Scripturae. ib. 1660.

Hauß- und Reise-Postill mit Sinnbildern und schönen Gesängen.

Weg

Weg zur Seeligkeit.
Geiſtl. Betrachtung des glänzenden Himmels-Guths und nichtigen Welt-Luſt. Nürnb. 1670.
Annotat. in Canticum Cantic. Vratisl. 1680.

In 12. & 24.

Contemplationes & ſuſpiria hominis Chriſtiani. Ien. 1634. 1660.
Hiſtoria Confeſſionis Auguſtanae. Norib. 1643.
Conſolationes Philoſophicae Boëthii & Theologicae Gerſonis cum guſtu Philologiae Patrum, & methodo legendi Patres. Ien. 1639.
Paßion-Predigten.
Dialogi Philologici.
Göttliche Liebes-Flammen aus dem Hohen-Lied Salomonis/ mit Kupfferſt. Ien. 1640. Nürnb. 1651. 1667.
Chronologia Ethica.
Philoſophia moralis *Praetorii*.
Satyrae *Perſii* cum eius vita & diſſertatione de Satyra.
Satyrici minores de corruptis ſeculi moribus.
Valerius Cato, Petronius Arbiter, Sulpitia Poëtria, quibus accesſit autor anonymus, Francus, de Lite, cum praefatione.
Grammatica Syriaca.

Chriſt-

Christliche Seufftzer und Hertzens-Gespräche. Nürnb. 1645.

Himmlisches Freuden-Mahl auf Erden/ oder Predigten vom Heil. Abendmahl. Nürnb. 1648. 1654.

Welt-Feld-und Garten-Betrachtung/ mit Kupfferst. Nürnb. 1648.

Sonntags-Feyer. Nürnb. 1649.

Gottseeliges Friedens-Gedächtnüs.

Freuden-Blicke des ewigen Lebens/ oder Predigten von der ewigen Seeligkeit.

Anfängliche Catechismus-Lehr.

Fast- Buß- und Bet-Tags-Predigten. Nürnb. 1650.

Anweisung zu Christschuldiger Gebühr in Gesundheit/ Kranckheiten und Sterben.

Freud in Leid/ oder lebendiger Trost wider die Anfechtung im Absterben ungetauffter Kinder.

Neu-Jahrs-Predigten. Nürnb. 1654.

Hauß-Prediger/ vor Eltern/ Kinder und Ehehalten/ mit Kupfferst. Nürnb. 1654.

Christliche Gedächtnüs-Müntze für Eltern und Kinder/ Alte und Junge/ Wittwen und Wäysen. Nürnb. 1654.

Zeit-Predigten mit Gebetlein auf alle hohe Fest-Täge. Nürnb. 1657.

Morgen- und Abend-Opffer/ oder Gebet-Buch in II. Theilen/ mit Kupfferst. ib. 1658.

Geistliches Klag-Hauß / oder Leich-Predigten.

Predigten vom Todt/ jüngsten Gericht und der Höllen. Nürnb. 1658.

Electorum Libri III. in quibus rituum tam sacrarum quam secularium farrago continetur, multa scripturae s. & variorum autorum loca depromuntur, & linguarum vsus ostenditur.

Heilige Charwoche.

Himmlische Gluckhenne und Immanuel.

Der großgläubige Hiob.

Der Trostreiche Jeremias/samt 3. Predigten von der göttlichen Fürsehung.

Himmel und Erden/ das ist/ungleiches Sinnen und Beginnen deren/ so GOtt/ und auch deren/ so die Welt lieben/ in Bildern/ Sprüchen der Heil. Schrifft und Andachten fürgestellet.

Heyl des Sünders.

Apparatus Philologicus. Norib. 1660.

Geistliches Hand-Büchlein. Nürnb. 1661.

Manuductio Aristotelica ad locos inuentionis rhetoricae.

Confessio Augustana.

Eclogae Syriacae ex Nouo Testamento. Ien. 1662.

Ehre der Ehe/ oder Betrachtung des Ehestandes/ mit Kupffers. Nürnb. 1662.

Ge-

Gebet-Büchlein wider den Türcken / samt einer Beschreibung der Türcken Ursprungs / Lebens und Lehre. Nürnb. 1664.

Das in den leidenden JEsum verliebte Christen-Hertz/mit 37. Kupfferst. 1665.

Symbolum fidei Augustini.

Göttlicher Ruhm der Schreib-Feder.

Frommer Christen täglicher Geleitsmann.

Reise gen Bethlehem / oder Weihnacht-Freude.

Gesang-Büchlein mit vielen neuen Liedern.

Vergiß mein nicht / oder Betrachtung des Leidens Christi.

Wohlgegründete Lehre Joh. Arnds vom wahren Christenthum/ wiederholet.

Bericht vom Beruff und desselben Eigenschafften. Nürnb.

Huc pertinet, quod in Bibliis Vinariensibus elaborandis designatum sibi librum per difficilem Hiobi suscepit explicandum. In iisdem Bibliis, antequam ederentur, reuidendis cum Dominis Doctoribus *Io. Gerhardo*, *Io. Himmelio & Salomone Glasio* ipse quartus operam suam impendit.

XXXIV.

GODOFREDVS CVNDISIVS

Natiuitas Cundisii.

Adebergae, Misniae oppido, anno sal. MDXCIX. d. XI. Sept. natus est, patre M. MATTHAEO CVNDISIO, id temporis Ecclesiae ibidem Pastore: Matre MARIA, MELCHIORIS WILDGRVBII, ciuis *Ortrantiensis* filia. Parens, cum anno MDCVIII. *Pirnam* ad Superintendentis munus vocatus concederet, in istius loci schola felices in primis bonae literaturae rudimentis progressus fecit, quos in Gymnasio Misnensi per triennium adauxit. *Lipsiam* inde anno MDCXVIII. missus studia Philosophica & Philologica tam feruide tractauit, vt anno MDCXXII. Magisterii Philosophici lauream cum laude reportarit. Exinde Theologiae se mancipans D. POLYCARPVM LYSERVM & D. HENRICVM HÖPFNERVM publice priuatimque docentes audiuit. A. MDCXXVII. *Lipsiam* reliquit, & *Witteber-*

Rudimenta literarum discit.

Lipsiae studet.

Magister Philosoph.

Wittebergam venit.

gam se contulit, vbi pari studio Professorum Theologorum D. IACOBI MARTINI, D. PAVLI RÖBERI, & D. WILHELMI LYSERI praelectionibus & disputationibus attentam aurium operam dedit, quod Facul-

ta-

tatem Philoſoph. mouit, vt A. MDCXXVIII. eum in numerum Adiunctorum ſiue Aſſeſſorum adſcripſerint, cui muneri quoque praefuit vsque ad A. MDCXXIX. quo Paſtor *Geringswaldae* fuit conſtitutus. Exinde *Leiſnicium* A. MDCXXXII. ad Superintendentis munus vocatus ſecesſit, cuius functionis tempore, nempe A. MDCXXIV. honores in Theologia Doctorales *Wittebergae* impetrauit, & anno ſequ. *Oſſitium* atque inde anno MDCXXXVIII. *Martisburgum* adSuperintendentis ſpartam vocatus fuit, vbi etiam non ſine fructu docuit vsque ad A. MDCXLIII. quo in Academiam *Ienenſem* ad Profeſſoriam functionem accerſitus venit, in qua Decani ſua in Facultate quaterna, Promotoris autem in actibus Doctoralibus bina & Rectoris Magnifici officio itidem bina vice fuit functus. In primo Rectoratu ab A. MDCXLIV. d. xv. Febr. ad xiii. Aug. cxxxiii. atque in altero a xvi. Aug. vsque ad xxi. Febr. anni ſeq. cxxvii. ciues recepit. *Leusnitii* cum degeret, D. IOH. SCHREITERI, S. Theol. Doct. & Superintendentis filiam, virginem MARIAM A. MDCXXXII. in matrimonium accepit: quae cum tertia poſt nuptias ſeptimana obiiſſet, ad ſecundas tranſiit nuptias, & A. MDCXXXV. virginem ELISABETHAM, PAVLI FROBERGERI, Praetoris *Lipſienſis* & Aduocati filiam copulandam ſibi curauit. Haec mater duorum filiorum & ſeptem filia-

In numerum Adiunctorum recipitur.

Paſtor Geringswaldenſis.

Leiſnicenſis ſuperint.

Doctoris gradum obtinet.

Martisburgum vocatur.

Ienae Profeſſor Theol. conſtituitur.

Coniugium init.

Ad altera vota tranſit.

rum facta, anno coniugii decimo quinto rebus humanis vltimum vale dixit, quam breui tempore & ipſe maritus eſt ſecutus, qui cum d. xxv. Iulii Ienae in templo oppidano Ioëlis cap. III. v. 17. explicaſſet, ſub ipſa concione apoplexia ictus & a B. ADR. BEIERO Archidiacono e ſella ſua parochiali accurrente brachiis exceptus & deportatus de ſuggeſto (ceu hic ipſe in *Nomenclat. Profeſſ.* p. 491. teſtatur) hora poſtmodum vndecima ſpiritum emiſit, A. C. MDCLI. aet. LII.

Apoplexia corripitur.

Exſpirat.

Quae hic CVNDISIVS
typis exſcribi curauit, ſunt:

Gegen-Geſchencke von den Bildern GOttes und JEſu und von der Abgötterey. Leipz. 12. 1632.

Tyskiuicius ἐλεγγόμενος, h. e. ſolida refutatio Theologiae Antilogiae Lutheranorum compilatae ac in odium Auguſtanae Conf. ſparſae per Georg. Tyskiuicium. Lipſ. 1633.

Repetitio orthodoxae doctrinae de Proceſſione Spiritus S. Lipſ. 4.

De Torrente in Via. Lipſ. 4. 1636.

Meletemata Nahumica, i. e. Predigten über den Propheten Nahum. Lipſ. 4. 1636.

Comment. in 1. Ioh. V. Lipſ. 8. 1637. 1648.

Na-

Digitized by Google

Nauis Christi Tergemina, Teutsch. Leipz. 4. 1638.

Politicus nec vanus neque profanus, sed in fine sanus & vere Christianus, Teutsch. Leipz. 4. 1638.

Predigten über den Propheten Obadiam. Leipz. 4. 1640. 1667.

Epistola Pauli ad Rom. XVI. Exercitationibus inclusa. Ien. 4. 1646.

Collegium Anti-Caluinianum. Ien. 1646.

Mataeologiae Dureanae Diatribe. Ien. 4. 1647.

Sterilitas triumphata & Benignitas Dei laudata. Ien. 12. 1648.

Compendium Theolog. *Leonh. Hutteri* cum Notis & Obseru. ibid. 1648. 8. 1652.

Comment. in Proph. Haggai. 4. 1648.

Specimen Isagoges ad Locos Theologicos Gerhardi s. Decas I. Disputationum in Tom. III. de Lege & Euang. Ien. 4. 1648.

Decas altera. ib. 4. 1650.

Tractatus Theologicus de Lege & Euangelio & Iustificat. Ien. 4. 1653.

Mataeologia Pareana deiecta, Disputationes, Theologiae Symbolicae, quam *Phil. Pareus* pro Catechumenis de sacris Symbolis &c. A. 1644. edidit, oppositae. Ien. 4. 1657.

XXXV.

IOHANNES MVSAEVS

Musaei patria. *Parentes.*

LOngoprati in ditione *Schwartzenburgica* anno MDCXIII. d. VII. Febr. in lucem est editus, patre IOHANNE MVSAEO, tum *ibidem*, post vero *Danheimii* Pastore, doctrina & studiis insigni; & matre SIBYLLA STVRMIA, *Ilmenauiensis consulis* filia. Auus illius fuit IOHANNES MVSAEVS, *Decanus Obermasfeldiae*; Atauus SIMON MVSAEVS, Doctor Theol. in Academia Ienensi quondam Prof. P. celeberrimus. Huius nostri Musaei parentes *Educatio.* omnem post regenerationem dederunt operam, vt filii animus, non modo probitate atque bonis moribus, sed & studiis bonisque literis, quibus Deo & Reipublicae grata officia aliquando praestaret, instrueretur. Quare ipse parens, vir ad iuuandas literas natus, & qui antea artes linguasque in schola Ilmenauiensi docuerat, hunc suum filium bonis ingenii frugibus abundantem domi pietatis literarumque studiis admouit atque eo perduxit, vt ad maiora excolenda aptus esset. *Arnstadium se recipit.* Ex disciplina paterna ergo digressus *Arnstadium* institutione ac fideli opera GEORGII GROSHAINII, (illius scholae tum Rectoris, postmodum vero S. Theol. Doctoris, Er-

Erfurti Prof. P. & tandem *Saxo-Vinarienſ. concionatoris aulici*) & bonorum ſcriptorum lectioni porro deditus, & Philoſophiae ſacris initiatus, non meditando tantum plura inuenit, ac a Praeceptoribus tradita probe intellexit, ſed ipſe quoque *Ariſtotelis Organon ſ. opus Logicum*, vt & eiusdem *libros* ad *Nicomachum* priuata induſtria perlegit. Anno MDCXXXIII. Rectorem ſuum *Erfurtum* ad Profeſſoris Theologi munus vocatum eſt ſecutus, vbi tum Philoſophorum ſcholas frequentauit, tum Theologos celeberrimos Doctores IOHANNEM MATTH. MEYFARTVM, NICOLAVM ZAPFIVM praeter GROSHAINIVM docentes audiuit. Sub huius praeſidio anno MDCXXXIV. menſe Septembri diſſertationem de CVLTV DIVINO ENOSI, contra *GEORG. HOLTZHAIVM*, *Ieſuitam Ingolſtadienſem* habuit. Ita factum eſt, vt breui inclareſceret, & commilitones maioris aetatis ipſius operam priuatam expeterent, quorum deſiderio vt ſatisfaceret, praecepta Philoſophiae non ſine vtilitate enucleauit. Ne autem alios inſtituendo ſe ipſum negligeret, quotidie hora matutina tertia aut quarta omnibus anni temporibus cubitu ſurrexit & peractis precibus ſtudia aggreſſus, a qua conſuetudine nunquam receſſit. *Erfurta Ienam* venit, vbi quarta anni parte vix praeterlapſa XXXIV.

Erfurtum ſuum Rectorem ſequitur.

Philoſophiam docet.

Ienam venit.

Disputat. theſes ex *Logicis*, *Phyſicis*, *Metaphyſicis* ſingulari iudicio excerptas ſub celeberrimi STAHLII praeſidio maſcule defendit. Cognita hoc modo induſtria & eruditione ipſius, dignus aeſtimatus eſt, cui ſummi in Philoſophia conferrentur honores, quos & conſentiente patre A.MDCXXXV. d. IV. Aug. M. ADR. BEIERO, *Facult. Philoſ. Adiuncto*, *Decano & Brabeuta* eſt adeptus. Quo facto Amplisſimae Facultatis Philoſoph. permiſſu philoſophica collegia priuata aperuit, & lectisſimam Academiae pubem ſumma cum laude informauit. Quamuis autem Philoſophiae tantam dederit operam, vt d. XVI. Ian. anni MDCXLIII. quo abitum e Salana parabat, collegio Philoſophorum totoque ſenatu praealiis ipſum Serenisſimis Academiae Nutritoribus commendante, in conuentu ſolenni ex reſcripto Principali *Hiſtoriarum & Poëſeos Prof. ordinarius Profeſſor* in locum IOHANNIS MICHAEL DILHERRI, Noribergam vocati conſtitueretur: Theologorum tamen ſcholas minime neglexit, docentes enim in illis audiuit Doctores de Eccleſia Chriſti meritisſimos, IOH. MAIOREM, IOH. GERHARDVM, IOH. HIMMELIVM, SALOM. GLASSIVM & laudatum DILHERRVM. Tantam igitur rerum diuinarum cognitionem acquiſiuit, vt d. XXI. Ian. MDCXLVI. praeter ſpem & quamuis modeſte renueret, inter ordinarios Theologiae Profeſſo-

Magiſter creatur.

Collegia priuata aperuit.

Hiſtoriarum & Poëſeos Ordin.

Profeſſor Theologiae.

feſſores ſit allectus. Ne autem venerabili ordini Theologico aduerſari videretur, vt Doctoris titulo ornaretur, ab illo petiit, iſtumque d. V. Maii anni iam dicti obtinuit, diſſertatione inaugurali pro gradu & loco, *de aeterno praedeſtinationis decreto, vtrum ſit abſolutum, nec ne?* praemiſſa. Nec hac ſparta ſolum ea, qua par eſt, fidelitate eſt functus, ſed Rectoris etiam faſces in totius Academiae, illiusque ciuium emolumentum ſexies adminiſtrauit. Inſcripſit primum a XIII. Aug. MDCXLVI. vsque ad xxv. Febr. anni ſeq. xcv. Deinde ab anni MDCLI. d. VII. Aug. ad anni MDCLII. XVII. Febr. CXXXVI. Tum ab A. MDCLVII. XIII. Aug. ad MDCLVIII. III. Febr. vna cum Rectore Magnificentiſſimo *Principe ac Domino*, Dn. BERNHARDO, *Seniore, Duce Saxonico* &c. ſexta vice hanc ſpartam ornante, CCLXIV. Poſt a III. Aug. MDCLXV. ad VIII. Febr. A. ſeq. CXCVIII. Ad haec ab A. MDCLXXIII. V. Aug. ad V. Febr. MDCLXXIV. anni, CXXXVII. Denique a V. Aug. MDCLXXIX. ad Febr. ſeq. anni CXLI. Quemadmodum autem officium ſuum publicum vnice in Dei honorem & proximi commodum geſſit: ita etiam vt maritus & parens rem domeſticam probe obſeruauit. Paucis igitur domeſticam quoque ipſius vitam attingam. A. MDCXLVI. d. V. Maii nuptias celebrauit cum ANNA MARGARETHA, IOH. MELCHIORIS FORSTERI, Conſu-

Doctoris gradu ornatur.

Rector Magnif.

Res domeſticae.

Primum matrimonium.

lis

Liberi.

lis quondam *Erfurtenſis* filia, cum qua in foecundo matrimonio XI. liberos progenuit, e quibus duos reliquit filios, IO. ERNESTVM, Reipubl. Onoldinae Praetorem primarium, & IO. SEBASTIANVM, Pharmacopoeum Kilonienſem, nec non tres filias, quae omnes virorum de Eccleſia Chriſtiana meritisſimorum factae ſunt coniuges. Nam prima SOPHIA MARIA in vxorem data eſt ſumme Reuerendo ac Magnifico viro, GEORGIO GOETZIO, S. Theol. Licentiato, in aula Saxo-Ienenſi a Concionibus, Confeſſionib9 & Eccleſiaſticis Conſiliis, Eccleſiarum eiusdem Ducatus Superintendenti Generali & ad S. Michael. Paſtori Prim. nunc beato. Altera, ANNA CATHARINA, ſumme Reuerendo atque Excellentisſimo viro, IO. GVILIELMO BAIERO, S. Theol. Doctori, eiusdemque Profeſſori Publico, &c. τῶν ἐν ἁγίοις. Tertia, MARTHA DOROTHEA, itidem ſumme Reuerendo ac Excellentisſimo viro, HEINRICO LITHIO, S. Theologiae Licentiato, Eccleſiaſtae *Onoldino*, & Conſiſtorii ibidem Aſſeſſori. Reliqui VI. in beatam vitam praeceſſerunt cum matre, quae d. XVIII. Aug. MDCLXX. mundanis hiſce vltimum vale dixit, & maritum reliquit viduum. Hic vero triennio cum in ſolitudine ac viduitate ſua vixiſſet, nec modum reperiret domui commode proſpiciendi, A. MDCLXXIII. ad ſecunda vota tranſiit cum clariſſima matrona ANNA ELI-

Alterum matrimonium.

ELISABETHA SÖRGELIA, experientisſimi quondam viri, *IO. THEODORI SCHENCKII*, Med. Doctoris ac Theoretices Prof. Publ. vidua. Cum hac in coniugio pio & concordi vsque ad vitae finem vixit & duorum filiorum parens factus eſt, e quibus prior mox ad regnum coeleſte praeiuit, alter vero, *IOHANNES THEODORVS*, Medicinae Doctor, Phyſicus Auguſtanus & Kaufbeurenſis, adhuc ſuperſtes. Tandem vt ad finem veniam, biennio ante beatum obitum morbo, quem ſacrum ignem vocant, laborans hemiplexia correptus eſt, quae totum occupauit latus dextrum, & nimiopere infirmauit, quamuis quidem praeclara medicorum ope tum reſtitutus ſit, crebris tamen ab eo tempore imbecillitatibus fuit obnoxius, a quibus etiam diuina ope rurſum conualuit, vsque ad d. III. Maii anni MDCLXXXI. quo a coena conſuetam ſellam occupauit, ac ſine metu periculi ad decimam fere conquieuit, mox tamen a ſuis, ſenſu omnibusque viribus deſtitutus, cognitus, ſequenti IV. Maii inter preces adſtantium vitam cum beata morte commutauit A. aet. LXVIII. Monumenta, quae cum ſempiterna nominis ſui memoria reliquit MVSAEVS, ſunt praecipue ſequentia:

Hemiplexia corripitur.

Obdormit.

Diſp. de cultu diuino Enoſchi ex Gen. IV. v. vlt. contra Georgium Holtzhaium, Ieſuitam Ingolſtadienſem. Erf. 1634.

Diſp.

Disp. de libero arbitrio. Ien. 1642.

Disp. de ratione probandi ex historiis, aliquid non esse factum. Ien. 1643.

Disp. de aequalitate in iustitia particulari obseruanda. ibid.

Disp. de Quaestione: Vtrum aequalitas inter delictum & poenam, geometrica? an vero arithmetica proportione constituenda sit? Ien.

Disp. de Stylo N. T. 1641. & Vindiciae eiusdem. 1642.

De vsu principiorum rationis & Philosophiae in Theologia contra *Vedelium*. Ien. 8. 1644. 1647. cui annexae sunt Dispp. II. quarum I. An mysterium S. Trinitatis ex ratione demonstrari possit? contra Keckermannum. II. de voluntate Dei antecedente & consequente.

Dissert. de aeterno praedestinationis decreto. Ien. 4. 1646. 1664. Inaugur.

Bedencken/ ob gute Wercke nöthig seyn zur Seeligkeit? Ien. 4. 1650.

De resurrectione Christi ex mortuis. Ien. 4. 1653.

Unbewegl. Grund der Augspurg. Confess. Jena. 4. 1654.

Vertheidigung des unbewegl. Grundes wider Johann Kedden. Ien. 4. 1656.

De Ecclesia Tr. Ienae, 1657. & 1671.

De distinctione Ecclesiae in vniuersalem & particularem. ib. 1656.

De

De conuerſione hominis peccatoris ad Deum Diſp. V. Halae 4. 1659. & Tract. de conuerſione 1660. Ien. edit.

Tractatus de conuerſione hominis contra *VValenburgium.* Ien. 4. 1661.

Biblia *Lutheri Erneſtina*, contra *Vitum Erbermannum* vindicata. Ien 4. 1663.

Diſſertatio de ſacra Coena contra *Io. Vorſtium.* Ien. 4. 1663.

Fundamenta concordiae meditatae, *Iac. Maſenii.* Ien. 4 1663.

Diſpp. duae contra Maſenium, quibus meditata ab eo concordia examinatur. 1663.

Angelologia Apoſt. Ien. 1664.

De communione ſub vtraque. Ien. 4. 1664.

Diſputatio de Baptiſmo. Ien. 4. 1664.

Diſp. de peccato in Spiritum S. 1668.

Tract. de aeterno Electionis decreto, cui annexa eſt.

Contra *Herbertum de Cherbury*, de inſufficientia luminis naturae ad ſalutem diſſertatio. *Ien.* 4. 1668.

Quaeſtio: an ductu luminis naturae ſ. principiorum rationis homo ad ſalutem aeternam pertingere poſsit? Ien. 4. 1668.

Diſſert. ſuper Epiſt. ad Roman. Ien. 4. 1669.

Diſput. An gentiles absque fide in Chriſtum per extraordinariam Dei gratiam ad ſalutem venire poſsint? Reſp. Chriſt. Specht. Ien. 4. 1670.

Der

Der Jeniſchen Theologen gründlicher Bericht und Lehre von der Buße. 4. 1672.

Ablehnung der Verläumbdung: Ob wäre zu Jena eine neue Secte derer ſo genandten Gewißner entſtanden ꝛc. Ien. 4. 1674. 1675.

Contra Tract. de libertate philoſophandi Diſp. ibid. 4. 1674.

Diſſert. ad locum Pauli Rom. V, 12. Ien. 4. 1674.

De beatitudine & damnatione. Ien. 4. Francof. 4. 1675.

Theſes Theologicae de coniugio. ibid. 4. 1675.

Bericht / welcher geſtalt die Lehre von der Buſſe müſſe vorgetragen werden. Ien. 4. 1675.

Diſſertatio contra Alethaeum de Quaeſtione: An coniugium inter plures quam duos eſſe poſit? Ien. 4. 1675.

Erklärung der Jeniſchen Theologen über 43. vermeinte Religions-Fragen oder Controverſien. Jena/ 4. 1677.

Diſpp. Theol. de Fide, quibus annexus diſcurſus geminus de certitudine ſalutis. Ien. 1677.

Introductio in Theologiam. Ien. 4. 1677.

Contra Curcellaeum: An gentiles absque fide infernum vitare poſſint? Ien. 4. 1678.

Diſ-

Diſſert. inaug. Reſp. *Caſp. Sagittario*, de Natalitiis Martyrum. Ien. 4. 1678.
De Theologia in genere & Scriptura ſacra. Ien. 4. 1679.
Quaeſtiones de Syncretiſmo & Scriptura S. Ien. 4. 1679. 1680.

XXXVI.

IOHANNES TOBIAS MAIOR

NAtus eſt *Ienae* A. C. MDCXV. d. II. Febr. patrem habuit virum, dum viueret, Excellentisſimum D. IOH. MAIOREM, S. S. Theol. Doct. eiusdemque ad XLIII. annos Profeſſorem Publ. *Eccleſiae vero Ienenſis* & ad hanc dioeceſin pertinentium ad annos XLIX. Paſtorem ac *Superintendentem* vigilantisſimum : Matrem autem matronam a pietate, beneficentia erga pauperes omnibusque virtutibus muliebribus commendatisſimam ELISABETHAM, IACOBI SCHRRÖTERI, oppidi *Vinarienſis conſulis* filiam. Horum parentum & domeſticorum Praeceptorum cura prima literaturae bonae rudimenta feliciter hauſit. Accedente poſtmodum IOH. MICHAELIS DILHERRI ſupra laudati Profeſſoris Philoſophi inſtitu-

Naſcitur.

Informatur.

Digitized by Google

tione ac Publicorum Profeſſorum audientia in linguis & diſciplinis Philoſophicis eos fecit progreſſus, vt A. MDCXXXIV. d.xi.Febr. ſupremos in Philoſophia honores glorioſe reportaret. Exinde *Lipſiam* profectus ad B. HENRICI HÖPFNERI *Gamalielis* ſui pedes ſedit, inque collegiis *Anti-Bergiano* & *Chriſtologico* ſeſe ſtrenue exercuit. Inde a B. GERHARDO *Ienam* reuocatus eiusdem domicilio & muſeo fuit vſus. Animum poſtea induxit alio calentes ſole terras adire & mores hominum multorum vrbesque videre, linguas addiſcere, prudentiam colligere. *Witteberga* itaque ſalutata & in tranſitu *Grôningenſi* & *Franekerana* Academiis luſtratis *Lugduni Batauorum* vnum alterumue exegit menſem: inde in *Angliam* progreſſus, in vtraque eius Vniuerſitate *Oxonienſi* & *Cantabrigienſi* perhyemauit. Ex *Anglia* ſoluit in Galliam, eamque maximam partem perluſtrauit. Hinc in *Italiam* perrexit, ipſamque adeo *Romam* & *Loretum* adiit. Non vero omni omnino periculo iſthaec caruit peregrinatio; *Fliſſinga* enim *Angliam* petiturus parum abfuit, quin in nauem (naulum enim iam tum ex parte ſolutum erat) in qua epidemico correpti malo plurimi poſtea obiere, incidiſſet; praeterea cum aliam in nauim tranſiiſſet, grauiſſima tempeſtate oborta iactatus fuit, vt de ſalute videretur actum, diuino tamen auxilio ſingulari, in *Galliae* portum *Diepenſem*, cum *Angliam*

Lipſiam profiſciſcitur.

Ienam reuocatur.

Varia itinera ſuſcipit.

Ingenti periculo obnoxius.

Digitized by Google

gliam meditaretur reiectus euasit saluus. Exacto ferme triennio in patriam A. MDCXL. prid. Kal. Octobr. reuersus, varia rursus eruditionis praeclarae edidit specimina Theologica. A. MDCXLIII. mense Iulio honores Doctorales in *Academia Leucorea* petiuit & disputatione inaugurali habita S. Theol. Licentiatus fuit renunciatus. In patriam redux A. MDCLV. mense Augusto Professionem Theologicam extraordinariam obtinuit: exinde mense Octobri in Academia iam dicta, absens quidem, sed tanquam praesens insula Doctorea fuit ornatus: ea itaque adepta A. MDCXLVI. mense Ian. in numerum Professorum Ienensium est receptus, & post parentis obitum Professionem ordinariam nactus. Sua in Facultate *Decani* aliquoties, *Promotoris* semel; *Rectoris* autem Academici spartam bis nactus ornauit. In primo Rectoratu a XIX. Aug. MDCXLVII. ad XVIII. Febr. anni seq. LXXXVI. in altero vero, cuius exitum parentis mors non mediocriter funestauit, a IX. Aug. MDCLIII. ad XXVIII. Febr. anni seq. CXLI. ciues recepit. Excessum ex hac vita quod attinet, subitaneus omnino accidit, quia vero beatus vir omnem vitae suae & mortis sortem diuinae prouidentiae deuotis precibus quotidie commendauit, imparatus non fuit. Nam d. XXV. Apr. MDCLV. intra horam II. & III. pomeridianam morbo sibi familiari correptum, humi prostratum &

In patriam reuertitur.

Doctorales honores petit & inauguralem habet disput.

Profess. Theol. Extraord. Ienensis.

Renunciatur Doctor.

Ordinarius Professor constituitur.

Decani, Promotoris & Rectoris sparta fungitur.

pronum iacentem frater consanguineus, Dn. IOH. ANDR. MAIOR, Pastor in pago Jfserstädt & famulus inuenerunt, inuentumque statim erexerunt, vbi inter brachia fratris, vno atque altero emisso halitu caelebs exspirauit anno & mense dicto, aetat. XL.

Caelebs moritur.

Ab hoc

IOH. TOB. MAIORE

publici Iuris facta sunt:

Πραξαποστόλων Partes II. f. Annotata ad Acta Apost. Ien. 4. 1647. 8. 1668.

Exercitat. de sedibus Episcop. primariis in veteri Ecclesia. Ien. 8. 1648.

Exegemata locorum difficiliorum Scripturae S. Ien. 4. 1648.

De oratione pro defunctis contra Hugonem Grotium. Ien. 4. 1649.

De natura & cultu Angelorum Exercitatio, facta collatione Theologica Paganorum, Iudaeorum, Muhammedorum & Christianorum. Ien. 4. 1653.

Libellus Apologeticus pro parente D. Io. Maiore adu. Valer. Magnum. Ien. 4. 1653.

Disp. de Deo Trinuno. Ien. 4. 1653.

Disputatio I. & II. de Potestate Clauium. Ien. 4. 1654.

Comm.

Digitized by Google

Comm. ſuper Epiſt. ad Hebraeos. Ien. 1655. 1668.
Diſp. de ſcientia media.
de Symbolis.
de Filiatione Chriſti vt hominis. cf. Walch. Lit. Adopt. p. 267. sq.
deiure diuino imputandi peccatum primum Adamiticum toti generi humano.
de Sabbatho.
de natura & conſtitutione Eccleſiae &c.

XXXVII.

CHRISTIANVS CHEMNITIVS

KOenigsfeldiae, *Miſniae oppidulo* iuxta *Rochlitium*, d. XVII. Ian. A. C. MDCXV. natus eſt, patre *M. MARTINO CHEMNITIO*, Eccleſiae ibi Paſtore, qui patrem habuit *AMBROSIVM*, magni illius Theologi, D. *MARTINI CHEMNITII* fratrem; matre vero *DOROTHEA*, *M. IOH. IENTHII*, *Conſulis* & Poligraphi *Geithenſis* filia. Puer domi per Praeceptores priuatos pietatis & bonarum literarum fundamentis imbutus A. MDCXXVI. circa feſtum Trinitatis ad ſcholam *Cizenſem* eſt miſſus & in ſecunda claſſe collocatus, Rectore ibid. M. *IOH. QVENTELIO*, Conrectore M. *ELIA FISCHERO*, & Cantore *NICOLAO GE-*

Parentes.

Zizenſem ſcholam frequentat.

GENBECHIO, quibus charus acceptusque fuit. Sed ob graſſantem ibi peſtilentiam A. ſeq. MDCXXVII. domum regreſſus patrem podagricum LXIII. annos natum d. I. Maii amiſit. Deinde vero *Cizam* reuerſus vsq; ad annum MDCXXXII. ibi ſubſtitit, & Conrectoris praecipue fideli informatione eos fecit progreſſus, vt condiſcipulis omnibus palmam praeriperet. *Ciza Lipſiam* conceſit, ſed peſte vrbem illam infeſtante deterritus, *Ienam* inde migrauit cum literis D. ERHARDI LAVTERBACHII, Eccleſiae *Cizenſis* Superintendentis ad D. IOH. MAIOREM, Theol. Prof. in quibus haec fuere ſcripta: *Mitto vobis luſciniam noſtram.* Acceſit vero *Ienam* XVI. tantum groſſis inſtructus, quod mater belli iniuriis ad inopitas redacta vix haberet, vnde ſemet aleret, & mox patronos ibi inuenit, quorum auxilio non modo locum obtinuit in choro Muſico, ſed etiam A. MDCXXXIII. Decano collegii Philoſophici PAVLO SLEVOGTIO, *Baccalaurei* honorem gratis impetrauit. A. MDCXXXIV. *Geitham* digreſſus ad matrem aegrotantem ſenio confectam, quae cum d. XXIX. Octobr. exſpiraſſet, ipſe benedictione materna inſtructus *Ienam* reuerſus nihilo ſegnius ſtudia bonarum artium continuauit tantumque profecit, vt d. VII. Aug. MDCXXXVII. Brabeuta Dn. IO. MICHAEL DILHERRO, Theologo & Philologo celebri Magiſtri Philoſ. dignitatem gratis

Domum redit.
Cizam repetit.
Lipſiam venit.
Ienam ſe recipit.
Baccalaurei honorem impetrat.
Matrem amittit.
Magiſter creatur.

Digitized by Google

tis ibidem retulerit. Tunc diuersa aperuit *Collegia*, nempe *Hebraica*, *Syriaca*, *Graeca*, *Logica*, *Physica*, *Metaphysica* & *Epistolica Latina* vnumque *Theologicum* in *DIETERICI Catechesin*. *Disputationes* etiam habuit publicas de *Hyperbole*, *Syllogismo*, *Violento*, *Nomine IESV*, &c. A. MDCXXXVIII. dignus habebatur, cui munus ecclesiasticum sub districtu Liberi Baronis SCHENCKII offerretur; Cum vero consilium illud febri ardente impediretur, d. XIV. Sept. *Rector* oppidanae *Scholae Ienensis* constitutus per quinquennium eam spartam ornauit. A. MDCXLIII. a Senatu *Vinariensi* ad *Diaconatum*, & biennio post in locum demortui FRIDERICI LANGII ad Archidiaconatum eius Ecclesiae capessendum vocatus est. Quibus muniis fideliter functus est, donec A. MDCLII. a Serenissimo Principe *WILHELMO*, Duce Sax. D. IO. MAIORI senecta inualido *Ienae* Coadiutor adderetur, simul etiam, postquam Doctorales in Theologia honores d. XXXI. Aug. anni dicti adeptus fuerat, Theologiae Professor constitueretur. Anno denique MDCLIV. eidem D. MAIORI pie defuncto Pastor & Superintendens succesit. Saepius interea ab aliis Principibus ac ciuitatibus est ambitus, nam Rectorem scholae oppidanae scholastico officio praeficere cupierunt Numburgenses, Brunsuicenses, Mülhusini, Archidiaconus Vinarienf. dum esset, concionato-

Aperit collegia.

Rector Scholae Ienensis constituitur.

Ad Diaconatum Vinariensem vocatur.

Ienae Coadiutor D. Ioh. Maiori datur.

Doctoris & Professoris nomen obtinet.

torem aulicum sibi expetiit Sereniss. Princeps, D. ALBERTVS, Dux Sax. Coadiutorem Ecclesia *Brunsuic.* Superintendentem *Isenacenses*, denique *Ienae* viuentem Superintendentem Ducatus *Altenb.* Generalem Serenissimus Princeps, Dn. FRID. WILHELMVS, Dux Sax. cuius & singularem gratiam saepe expertus est: *Ienae* tamen viuere ac mori firmiter sibi proposuit. A. MDCLV. Serenissimo *Principe*, *BERNHARDO* Seniore &c. Academiae Rectore, Chemnitius hicce a xxvi. Sept. anni dicti ad iv. Mart. anni MDCLVI. nouos ciues cxviii. ab A. MDCLIX. vero ix. Aug. ad MDCLX. xiii. Febr. solus Rectoris spartam ornans cclx. inscripsit. Vxores duxit duas: Alteram, virginem CHRISTIANAM, IOHANNIS KIESENHOFERI, ciuis & mercatoris *Ienae* primarii filiam, d. xii. Nou. anni MDCXXXVIII. in matrimonium accepit, ex qua X. liberos suscepit, hanc vero amisit d. xxii Maii A. MDCLVII. Alteram, *MARIAM*, *D. IOH. GERHARDI*, Theol. Prof. filiam, D. *IOH. VOLCKII*, Medici Ducalis Saxo-Gothani viduam MDCLVIII. d. xii. Iulii duxit, quae ei vnicam filiolam peperit, SOPHIAM nempe, quam post Vir nobilissimus IOANNES PROBSTIVS, primo *Ienae*, deinde *Arnstadii*, tum *Rombildae* reditvum Praefectus, ac denique Camerae Saxo-Gothanae a consiliis duxit & post fata reliquit filias duas, quarum natu maior clarissimo

Coniugium geminum & liberi.

ſimo M. *ADAMO FRIDERICO VVINCKLERO*, Scholae Vinarienſis Sub-Conrectori in matrimonium fuit data, nuper vero mortua. Exitum tandem ex hac miſeriarum valle quod attinet, d. XVI. Martii A. MDCLXIV. inter ſacra publica, inque ipſo Templo deliquium animi paſſus, male habere coepit, atque ab eo tempore variis ſymptomatibus hypochondriacis correptus, tandem in hydropem incidit, vnde confectus die Pentecoſtes, III. Iun. A. MDCLXVI. aetat. LI. Ienae exſpirauit. *Obitus.*

Hic

CHRIST. CHEMNITIVS

Scripta reliquit ſeqq.

In me intuens pius eſto, Predigten von der Sündfluth. Ien. 4. 1645.

Göttliches vergiß mein nicht/ oder Predigt von den 4. letzten Dingen. Weim. 1649. Jen. 4. 1664.

Hiſtoriam Ioſephi in CX. Predigten. Erffurt. 4. 1653.

Introductionem in Latinitatem. ib. 8. 1653.

Collegium Epiſtolicum Latinum. Lipſ. 12. 1654. Ien. 12. 1658.

Breue Examen der Urſachen / welche D. Schefflern zum Abfall zur Röm. Kirche bewogen. Ien. 4. 1655.

Veritatem Religionis Lutheranae defenſam. Ien. 4. 1655.

Collegium Diſputatorium ſuper Epiſt. ad Galat. Ien. 4. 1656.

Diſput. inaug. de Problemate: An Lutherani & Caluiniani in fundamentalibus fidei Articulis conſentiant, quod negatur. ib. 4. 1657.

De Perſona Ieſu Chriſti. ibid. 4. 1657.

Diſp. inaug. de tentationibus ſpiritual. Praeſide Ioh. Tob. Maiore. Ien. 4. 1657.

Diſp. IV. de arbore vitae. Ien. 4. 1657.

Methodum concionandi. ibid. 8. 1658. 1666.

De arbore ſcientiae boni & mali. Ien. 4. 1659.

De S. Angelis. Ien. 4. 1661.

Breuem inſtructionem futuri Miniſtri Eccleſiae. ib. 8. 1661.

Collegium Theologicum ſuper Formulam Concord. Ien. 4. 1661.

Ermahnungs- und Warnungs-Predigt Dom. VII. Trin. 1660. ſamt Fürſtl. Befehlen. Ien. 4. 1661.

Diſp. inaugural. de vera ac reali praeſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Coena, Reſp. *Ioh. Frid. Gerhard.* Ien. 4. 1661.

Reſponſionem pro *Gerhardo* contra *Vorſtium.* Ien. 4. 1663.

Diſp. Theologicam de Fide Daemonum. Ien. 4. 1663.

Vl-

Digitized by Google

Vlteriorem defenſionem Diſſert. IV. ibid. 4. 1664.

Bericht und Antwort auf D. Schefflers Türcken-Schrifft. Ien. 4. 1664.

Bericht auf D. Schefflers Chriſten-Schrifft / auch Nach-Schrifft. ibid. 4. 1664.

Bericht und Antwort auf D. Schefflers Kehrwiſch. ibid. 4. 1664.

Bericht und Antwort auf D. Schefflers Traum- und Triumph &c. ib. 4. 1664.

Predigten de Extremo Iudicio, Inferno &c. Ien. 4. 1664.

Verthädigter Grund des Glaubens und Seeligkeit ꝛc. oder Bericht auf *Henr. Mart. Eccardi* Bedencken über das Theolog. Geſpräch. 1661. zu Caſſel ꝛc. ibid. 4. 1664.

Exercitationem de Eſaui ſalute. Ien. 4. 1665.

Diſſert. de Perſona & Libro Hiobi. Ien. 4. 1665.

De ſenſu Scripturae S. Ien. 4. 1665.

Danck- Valet- und Gedächtnüs-Predigt. Ien. 4.

Diſſ. de ſalute Salomonis. Ien. 4. 1666.

Diſp. de tentatione ſenſus & inexiſtentiae fidei. Ien. 4. 1666.

Praelectiones in Hutteri Compendium. Ien. 8. 1670.

Er-

Jeniſches Hand-Buch von D. Gerharden zuſammen getragen. Ien. 8. 1674.1687.
Ermahnungs- und Warnungs-Predigt/ dabey der Bericht vom Jeniſchen Tumult. Ien. 4. 1677.
Inueſtitur-Predigt. ib. 4.

XXXVIII.
IOHANNES ERNESTVS GERHARDVS

Naſcitur.

ORtus eſt *Ienae* d. xv. Decembr. A. C. MDCXXI. *Patre* magno illo *Theologo*, *IOHANNE GERHARDO*, de Eccleſia orthodoxa & Academia Salana meritiſſimo; *Matre MARIA MATTENBERGERIA*, *IOH. MATTENBERGERI*, D.Med. Gothani Conſulis filia. Adoleſcens in literis Praeceptoribus vſus eſt *IOH. OTHONE*, M. *IVSTO IACOBO LEIBNIZIO* & *CHRISTIANO VVASEVVITZIO*, quorum ductu, cum vtriusque linguae fundamenta poſuiſſet, A. MDCXXXVII. paulo ante obitum Parentis ad acroaſes academicas ſe contulit, celeberrimi DILHERRI tunc Hiſtor. & Orat. Profeſſoris *Paradoxa Ciceronis* interpretantis auditor, quem etiam ut & M. IOHANNEM TOB. MAIOREM, poſtea Profeſſorem Theol. eodem anno in addiſcenda Lin-

Domi inſtituitur.

Ad ſtudia academica animũ applicat.

Auditor Dilherri.

Lingua Hebraica magiſtrum habuit. Praeter hos etiam STAHLIVM in Logicis & Metaphyſicis, M. BALTH. CELLARIVM, in Ethicis, Politicis & Phyſicis M. IOH. MVSAEVM ac M. CHRIST. CHEMNITIVM in Chaldaicis & Syriacis audiuit. A. MDCXL. *Altdorfium* ſe contulit, ibique ſtudia ſua, praecipue Rabbinica & Linguas orientales praeeunte THEODORO HACKSPANIO per ſesquiannum excoluit. Inde cum *Ratiſponam*, vbi tum *comitia S. Rom. Imperii* celebrabantur, excurriſſet, A. MDCXLII. in patriam reuerſus, ſcholis Theologicis interfuit. Eiusdem anni aeſtate adulta in Saxoniam inferiorem profectus, praecipuas illius vrbes, *Brunſuigam, Luneburgum, Magdeburgum, Hamburgum, Lubecam, VViſmariam;* Academias item *Helmſtadienſem, Lipſienſem, VVittebergenſem* in tranſitu luſtrauit, eaque occaſione multis viris clariſſimis, inque his IO. HOEPFNERO, CHRIST. LANGIO, BENED. & IOH. BENED. Fratribus CARPZOVIIS, Lipſiae: IAC. MARTINI, PAVLO ROEBERO, WILH. LYSERO, IOH. SCHARFIO, IO. SPERLINGIO, *VVittebergae*: REINH. BAKIO, *Magdeburgi:* CALIXTO, HORNEIO, CONRINGO, SCHRADERO, BALDOVIO, *Helmeſtadii*: *Brunſuigae* vero IO. CAMMANNO & IAC. WELLERO: *Lunaeburgi* NIC. HVNNIO & PETRO REHBINDERO: *Hamburgi*

Aldorfium proficiſcitur.

Ratiſponam venit.

In patriam reuertitur.

Varias vrbes luſtrat.

burgi, FRID. LINDENBROGIO, VINC. FABRICIO &c. *Lubecae* IO. KIRCHMANNO: *Roſtochi* QVISTORPIO, BAKMEISTERO &c. innotuit. Hoc CC. fere milliarium iter emenſus, domum rediit ad priſtina ſtudia, & d. VIII. Aug. A. MDCXLIII. Decano & Brabeuta Mag. PHILIPPO HORSTIO ſummis in Philoſophia honoribus ornatus fuit. Ex eo tempore S. Theologiae praecipue ſtudio incubuit. A. MDCXLVI. *VVittebergam* petiit, vbi per quadriennium tam in Theologicis quam Philoſophicis docendo, diſputando, concionando ea eruditionis edidit ſpecimina, vt A. MDCXLIX. inter Adiunctos collegii Philoſophici ultro cooptaretur & variis in locis, *Marpurgi* praeſertim & *Vpſaliae* de conferendo ei munere conſilia inirentur. A. MDCL. ineunte vere, ſuaſu Patronorum itet in *Belgium* Galliamque ſuſcepit, & praecipuas vrbes, Academias, Bibliothecas variarumque ſectarum ſacra curioſe luſtrauit. Viros quoque doctos & fama celebres paſſim conuenit. *Embdae* HENR. FLOCKENIVM: *Groningae* SAM. MARESIVM, LVDOV. CAMERARIVM, MATT. PASOREM &c. *Franeckerae* IO. CLOPPENBVRGIVM, IO. COCCEIVM: *Amſtelodami* ELIAM TADDELIVM, GOTOF. HOTTONVM &c. *Hagae* IO. CATSIVM & M. MEIBOMIVM: *Leidae* SALMASIVM, TRIGLANDIVM, HEIDA-

Magiſterii gradum impetratio.

VVittebergam concedit.

Iter in Belgium & Galliam ſuſcipit.

DANVM, GOLIVM, BOXHORNIVM: *Vltraiecti* GISBERTVM VOETIVM, IO. HORNBECKIVM, & foeminarum eruditiſſimam ANNAM MARIAM SCHVRMANNIAM: *Bredae* ANDREAM RIVETVM: *Lutetiae* fratres Puteanos, CLAVDIVM SERAVIVM, GILBERTVM GAVLMINVM, Io. DALLAEVM, CAROL. DRELINCVRTIVM, GABR. NAVDAEVM, DION. PETAVIVM, IAC. SIRMONDVM, & PHIL. LABBAEVM. Inde per *Burgundiam* & *Heluetiam* regreſſus in *Germaniam* ac *Baſileae* ſalutatis THEOD. ZWINGERO acIOH. BVXTORFIO, *Argentorati* ſupra tres menſes ſubſtitit, Theologorum celebrium D. IOH. SCHMIDII, D. Io. DORSCHAEI & D. IOH. CONR. DANNHAVERI conſuetudine vſus. Tandem *Heidelberga*, *Francofurto*, *Moguntia* in tranſitu viſis conuentisque TOSSANO, ERBERMANNO & CORNAEO, *Gieſſae* aliquandiu commoratus, XXI. April. A. MDCLI. *Ienam* rediit. Ibi II. April. anno MDCLII. munus Profeſſoris Hiſtorici ſibi delatum pro virili per triennium exornauit. Anno ſeq. MDCLIII. poſt edita conſueta ſpecimina, vno eodemque die XII. Iulii & Doctor Theol. ſolenni ritu, Brabeuta D. IOHANNE MVSAEO eſt renunciatus & nuptias celebrauit cum CATHARINA ELISABETHA, D. GÜNTHERI HENRICI PLATNERI, Conſiliarii Saxo-Vinar. filia & D. CHRISTOPH. SCHELHAMMERI, Med. Profeſſoris vidua, cum qua concors

Baſileae viuit.

Gieſſae commoratur.

Ienam redit.

Profeſſor Hiſtor. fit.

Doctor Theol. renunciatur.

Nuptias celebrat.

Digitized by Google

cors & foecundum ei matrimonium fuit; suscepit enim ex ea filios duos, Io. FRIDERICVM & Io. ERNESTVM, totidemque filias, SOPHIAM ELISABETHAM & MARIAM ELISABETHAM.

Decanus. Collegii Philosophici Decanus & Brabeuta saepe fuit constitutus. A. MDCLV. Illustrisimo Comiti OTTONI GVILIELMO KÖNIGSMARCKIO, *Comiti* in *VVesterwick & Stegholm, Dynastae* in Rothenburg & Neuhauß ꝛc. in Rectorem Magnificentisimum tum electo, Prorector datus, a XXV. Apr. ad XXVI. vsque Sept. CCCLIX. in album studiosorum retulit. D. VI. Iul. eiusdem anni professio Theologica ei est demandata, quam ad finem vitae sustinuit. Brabeutae semel, nempe d. XXIII. Iulii anno MDCLXIV. quando fratri Io. FRIDERICO, Doctoris Theologi honores contulit, Rectoris academici munere sol9 bis funct9 est, nimirum ab A. MDCLXI. XII. Aug. ad A. seq. VI. Fb. quo tempore CCLXVI. & a VI. Aug. MDCLXXVII. vsque ad VI. Febr. anni seq. quo semestri CLXXXV. studiosos recepit. Non integra omnino valetudine a multo tempore vixit, saepius tamen leuiores morborum insultus natura eius vicit, done tandem tota succumberet. D. XVI. mensis Febr. MDCLXVIII. aestu febrili subito correptus est, dum Exercitationem de *aperto Christi latere* conscripsit. Postero die apparuit, febrem ardentem esse, qua infestaretur, viresque aegri sic prostratas, vt humano auxilio locus haud foret. Totum itaque se

Prorector eligitur.

Prof. Theol. designatur.

Aestu febrili corripitur.

se DEO committens beatam analysin patienter expectauit, quam & praegustare se profitebatur pridie sui obitus, & consecutus est die horaque, quas emortuales sibi fore XXIV. horas ante praedixerat, nempe XXIV. Febr. anni dicti MDCLXVIII. aet. XLVII. *Exspirat.*

Praeclara ingenii monumenta, quae laudatus modo

IOH. ERNEST. GERHARDVS

reliquit, sunt seqq.

Exercitationes VIII. ad N. T. Syriacum. Ien. 4. 1645.

Horologium Schickardi Ling. Ebr. auctum. Erf. 8. 1647. 1651. Ien. 8. 1670.

Sciagraphia Linguae Syro-Chaldaicae. Halae, 4. 1649.

Compendium Linguae Arabicae. Erf. 4. 1650.

Electa Arabica.

Dissertat. de obumbratione Virtutis Altissimi. ib. 4. 1652. 1665.

Disp. in August. Confessionem. Ien. 4. 1654.

Disp. de Vniuersalitate Gratiae Dei &c. Marc. Fr. Wendelino oppositа. Ien. 4. 1655.

Synopsis Arminianismi. ib. 4. 1656.

Digitized by Google

Summa hominis irrenati miseria. ib. 1657.
Disput. de Ἐθελοθρησκείᾳ Pontificia circa Sanctos. ib. 4. 1657.
Isagoge Locorum Theologicorum &c. Ien. 4. 1658.
Fasciculus Dispp. in memoriam Acad. Ienens. ibid. 4. 1658.
Dispositiones in Euangelia. ib. 8. 1658.
Exercitatio de Iubilaeis Iudaeorum ac Pontificum Roman. ibid. 4. 1658.
Dissert. de Strigelianismo. ib. 4. 1658.
Dissert. de Missa non Missa Pontificia. Ien. 1659.
Harmonia linguarum oriental. Erf. 1659.
Analysis Grammat. Orationis Domin. in lingua Aethiopica.
Diss. de Appellatione ad Iudicem Christum, quam vulgo citationem in Vallem Iosaphat dicunt. ibid. 4. 1660. 1671.
Disput. de spectro Endoreo. ibid. 4. 1663. 1666.
Lumen Gentium. ib. 4. 1663.
De beatitudinis in Domino morientium priuilegio. ib. 4. 1663.
De statu Armeniae Ecclesiastico & Politico. ib. 4. 1665.
Dissert. de religione ritibusque Ecclesiasticis Moscouitarum. ibid. 4. 1665.
De Ecclesia Coptica. ibid. 4. 1666.
Vmbra in luce, seu de consensu & dissensu profanarum religionum. Ien. 4. 1667.

Tra-

Digitized by Google

Tractatus Theologicus, in quo praecipua fundamenta Chiliasmi destruuntur, pariterque de Gog & Magog. Witteb. 4. 1667.

De vniuersali Iudaeorum conuersione. ib. 4. 1667.

De sepulcris Mosis. Ien. 4. 1667.

De Ecclesia Maronitarum. ib. 4. 1668.

In Acta Apostolorum. Ien. 4. 1669.

Disp. de salute infantum ante baptismum decedentium. Ien. 4. 1671. & 1679.

Bellarminus orthodoxus seu orthodoxiae testis denuo recensus ac XXX. Disp. propositus. ibid. 1688.

De Progressu Christianorum Aegyptiacorum. ib. 4.

De glorioso descensu Christi ad inferos. ib. 4.

Consensus & dissensus religionum &c.

XXXIX.

SEBASTIANVS NIEMANNVS

IN lucem editus est *Lubeccae*, A. MDCXXV. *Natalis Nitid.* II. Aprilis. *Pater* ipsi fuit *SEBASTIANVS NIEMANNVS*, ciuis & mercator dictae ciuitatis; *Mater* vero *SALOME STAVBERIA, IOHANNIS STAVBERI*, ci-

manni.

uis & mercatoris Lübeccenſis filia. Prima parentum cura fuit, vt filii huius animo probitate bonisq; moribus exornaretur, quare per praeceptorem domeſticum eum fideliter informari curarunt. Cum vero parens A. MDCXXXIII. diem ſupremum obiret, a matre *Neoſtadium* nono aetatis anno eſt miſſus, vbi charisſimi Patrui ſui, M. THEODORI NIEMANNI, tum Paſtoris informatione per octennium fruitus literarum fundamenta ita iecit, vt menſe Maio, anni ſalutis MDCXLII. aetat. XVII. ad continuanda ſtudia in Academiam *Roſtochienſem* mitti potuerit. Ibi per biennium Profeſſores clarisſimos tum docentes audiuit & Diſputationem a ſe ipſo elaboratam cum laude publice defendit. Anno MDCXLIV. menſe Septembri in Academiam Regiomontanam ſe contulit, & inter alios celeberrimum D. CHRIST. DREIERVM, S. Theol. Prof. Publ. audiuit. A. MDCXLVI. D. DAVIDEM GLOXINVM, Syndicum & tum Legatum Lubeccenſem in pacis conſtituendae negotio *Osnabrugam* & *Monaſterium* profectum cum filio illius natu maximo ſecutus eſt. Hollandiae inde praeclarisſimas vrbes & Academias adiuit, & ſtudia ſua in illis continuauit, vsque ad A. MDCXLIX. quo cum laudati D. GLOXINII filio *Helmſtadium* conceſsit & Doctorum illius Academiae clarisſimorum HORNEII, CALIXTI, BALTH. CELLARII inſtructione per biennium

Educatio.

Patrem amittit.

A Patruo informatur.

Roſtochium mittitur.

In Academ. Regiomontanam ſe recipit.

Digitized by Google

nium est vsus. A. MDCLI. *Ienam* venit, vbi non modo saepe disputauit, sed & d. xxxi. Iulii eiusdem anni M. PHIL. HORSTIO, Facultatis Philos. Decano & Seniore Magisterii gradum summa cum gloria est consecutus, dictaeque Facultatis permissu priuata collegia aperuit & alios fideliter docuit. Ipse interim studia Theologica non intermisit, sed audiendo & disputando in rebus diuinis eos fecit profectus, vt anno MDCLIV. mense Octobri Patronorum suorum suasu Doctoris gradum a Facultate Theologica petierit, illaque annuente lectiones, quas cursorias vocant, in v. xxiii. seqq. capitis xxiv. Matth. anno sequente vero Disputationem inauguralem de *Miraculis* habuerit. Anno MDCLVII. Professio Theologica extraordinaria, & mense Iunio ordinaria ei est demandata. Eodem etiam anno, d. xiii. Octobr. & Doctoris Theol. gradum est consecutus, & vxorem duxit MARTHAM IVSTINAM, IOHANNIS MELCHIORIS FÖRSTERI, consulis *Erfurtensis* filiam, ex qua quatuor liberorum pater factus est. Anno MDCLXVI. munus Ecclesiasticum pastoratus & ἐφορίας accessit ipseque in locum D. CHRISTIANI CHEMNITII, S. Theol. Prof. P. Superintendentis & Pastoris primarii suffectus, & Consistorii simul Assessor constitutus est. In officiis hisce summam fidelitatem & Deo & auditoribus suis laudabiliter probauit. Rectoris officium bis administra-

Ienam venit.

Magister creatur.

Collegia aperit.

Doctoris gradum petit.

Professor Theol. constituitur.

Doctoris gradum consequitur.

Vxorem ducit.

D. Chemnitio in munere Ecclesiastico succedit.

Digitized by Google

uit, I. ab A. MDCLXIII. VI. Aug. ad anni ſeq. VIII. Febr. quo ſemeſtri ſpatio LXXXIX. II. a V. Aug. MDCLXIX. ad III. Febr. anni ſeq. quo CXCVI. nomina in album academicum retulit. A. MDCLXXIV. ad officium Eccleſiarum per *Slesuic. & Holſat. Ducatum Superintendentis Generalis, Sereniſſimo Slesuic. & Holſat. Ducis a Conſiliis Conſiſt. concionibus, & primis Aulae Sacris; Praepoſitiis Goitorp. Praefecturis* vocatus, *Slesuicum* diceſsit. Anno MDCLXXVI. d XXI. Ian. coniux ſupra nominata viuere deſiit, & maritum triſtiſsimum reliquit viduum. Quare ſtatu ipſius domeſtico ita poſtulante alteram in tori ſociam, virginem nempe ELISABETHAM, amplisſimi BERNHARDI FRESII, Senatoris *Lubeccenſis* primarii filiam d. VII. Maii MDCLXXVIII. adſciuit, ex qua vnum filium vnamque filiam ſuſcepit. Aeque felix hoc coniugium fuiſſet, niſi mors praematura illius vinculum diſſoluiſſet. *Hamburgo* enim A. MDCLXXXIV. redux in morbum incidit, qui quotidie auctus illum tandem oppreſsit, vt d. VI. Martii anni aet. LIX. e vita exceſſerit.

Slesuicum diſcendit, vbi amittit vxorem.

Ad ſecunda vota tranſit.

Moritur.

Scripta beatus

SEBAST. NIEMANN.

in publicum emiſit ſeqq.

Verlegene alte Lumpen Keddens. Ienae, 4. 1654.

Ab-

Abreissung des Jesuiten Keddens alter Lumpen. ibid.

Augenscheinlicher Beweiß/ daß Johann Laurentius Heller in neulichst ausgesprengter Chartecken die alte Lästerung des Jesuiten Joh. Keddens nicht habe vertheidigen können/sondern verstummen müssen. Jen. 4. 1655.

Kurtze Ableitung etlicher falscher Auflagen und Beschuldigungen/ welche Kedd in seinem so genandten Kelter-Hause wider den seel. Lutherum und dessen Lehre fürzubringen sich hat gelüsten lassen. Jen. 4. 1656.

Atheum refutatum. Ien. 4. 1668.

Trauer- und Gedächtnüs-Predigt am Tage des Fürstl. Leichen-Begängnüs des weyland Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn/ Herrn FRIEDRICH WILHELMS/ Hertzogs zu Sachsen/ aus 1. Maccab. XIV, 4. 11. 12. 14. 15. ib. f. 1669.

Prob- und Anzugs-Predigten. Jen. 4. 1670.

Pauli Valet-Triumph- und Siegs-Lied/ in funere Frauen Annen Margarethen/ Herrn D. Iohannis Musaei Hertzliebsten Hauß-Ehre/ aus 2. Tim. IV, 6. 7. 8. anno 1670. gehalten.

Harmoniam Euangelicam Historiae Passionis. ib. 4. 1671.

Bewährtes Recept wider den frühzeitigen Todt des Gerechten / in funere Herrn Johann Arnold Friedrichs / Philos. & Med. Doct. Anatomiae, Chirurgiae & Botanices zu Jena Professoris Publici &c. aus Sap. IV, 8. 9. 10. anno 1672. gehalten.

Geistliche Sehnsucht nach dem Schatten und Ende der Arbeit aus Joh. VII, 2. 3. 4. auf Herrn Christoph Philipp Richtern / vornehmen ICtum, Com. Pal. Caes. und Decretalium Prof. Publ. zu Jena. ibid. 1673.

Christliche Sterbens-Lust / in funere Ioh. Ernesti Gerhardi, D. &c. &c.

Dissertationem Theologicam de Miraculis, vtrum ex illis doctrinae vel Ecclesiae Pontificiae veritas probari possit? pro supremo in Theologia gradu consequendo, an. 1655. habitam, & post nonnihil auctam & recusam. Ienae, 1670.

Disputationes de Spiritu sancto. De *indulgentiis papalibus.* De *verbis institutionis Coenae Dominicae.* *De duobus testibus viuis Passionis Dominicae.* *De mysterio Israelis saluandi.* *De Nicolaitis.* *De Diuite & Lazaro, num sit parabola, an vera historia?* *De distinctis Pontificiorum in inferno classibus.* *De Iesu mortuo & sepulto ad Ies. LIII, 9.* *De ieiunio Christi quadragesimali.* *De Libellaticis.* *De Concilii oecumenici Nicaeni primi autoritate & integritate contra* Danielem Zwi-

Zvvickerum & Chriſtophorum Sandium, *Reſp.* Io. Guil. Baiero. *De Chriſti derelicti querela in cruce. Excuſſio dialogorum Erbermannianorum inter Lutherum & Arrium. De fide B. Luthero emphatice ſic dicta incarnata. De vocatione Miniſtrorum Eccleſiarum Auguſtanae Confeſſioni addictarum. De merito bonorum operum contra Bellarminum. De Paedo-Baptismo. De viſione diei Chriſti ab Abrahamo deſideratae. De Paſchate φανερωσίμῳ. De Anti-Chriſto, Hilario a S. Anaſtaſio expoſito, Reſp. Olpio. De viribus liberi arbitrii in conuerſione. De Theologia & ſacra Scriptura. De SS. Trinitatis myſterio. De Iuſtificatione. De Teſtamento V. & N. eorumque diſcrimine, De inſcriptione electorum in libro vitae &c.*

XL.

FRIDEMANN. BECHMANNVS

INter medios fere belli ſtrepitus hanc lucem adſpexit Ellebii Thuring. A. O. R. MDCXXIIX. d. xxvi. Iulii. Patrem habuit virum admodum Reuerendum, AN- *Eius parentes.*
DREAM BECHMANNVM, dicti pagi Eccleſiaſten fidelisſimum: Matrem, Annam Glaſ-

Susceptor.

sim/ honestissimam foeminam : Susceptorem, Generosum, & perquam strenuum Virum, FRIEDEMANNVM a SOELNIZ, *Ellebii* ac *Wülfershusii* Dominum. Vt vero tentationi pariter, quam necessariis Theologi dotibus LVTHERVS accensuit, mature adsuesceret; igitur tot infestis casibus, tot publicis domesticisque calamitatibus, ad inuictum quoddam patientiae robur obfirmabatur. Quantis enim bellorum fluctibus iactata tunc fuerit nostra Germania, nemo ignorat. Prope aberat, quin saeuus ac inhumanus aliquis Martis satelles eripuisset BECHMANNVM, qui sanctiori militiae debebatur. Iam enim ephippio ipsum inuoluerat, iam in diuersorium secum abduxerat, cum trucem hunc militem & stricto gladio atque execrationibus infaustis terribilem, geniorum coelestium stipatus praesidio, diuinae prouidentiae ope effugeret. Annus MDCXXXIII. parentem charissimum; quartus vero post annus matrem optimam auferebat. Quare *Arnstadium* se conuertit, vbi *HERMANNVM MEINECKIVM* & *NICOLAVM HARTMANNVM* non tam Praeceptores, quã Patres expertus est, & experientissimus Archiater, BALTHASAR GLASSIVS, matris germanus, in suis ipsum aedibus aliquamdiu aluit. A. MDCXLVI. magnus quondam Ecclesiae Gothanae antistes D. SALOMO GLASSIVS, propinqua cognatione

Calamitates.

Parentum obitus.

Arnstadium venit.

Gothae sustentatur.

ne coniunctus, ad se accersebat BECHMANNVM, ac suo praecipue sumtu fouebat; donec eo peruenisset aetatis, vt fingendis puerorum animis operam suam adiceret. Gothae praecipue M. ANDREAE REYHERI & GEORGII HESSII opera est vsus. Anno MDCXLIX. Ienam veniebat, celebratissimi Cancellarii, GEORGII FRANSKII commendatitia instructus epistola, qua ipsi de liberali in publico coenaculo mensa, octaua ordine prospiciebatur. In Academia autem & Philosophicis & Theologicis operam dedit indefessam. In Philosophorum scholis non tantum Fratris, M. IO. BARTHOLOMAEI BECHMANNI, Pastoris postea Osterodani & Consistorii Assessoris ac Senioris, auspicio; sed etiam celeberrimorum virorum, *STAHLII, ZEISOLDI, SLEVOGTII, SAGITTARII* ductu se exercebat. Ex sanctiori ordine summa illa Theologorum lumina, *MVSAEOS, CHEMNITIOS, GERHARDOS* colebat. Cohonestatus interea MDCLI. d.V. Aug. Magistri insignibus, A. MDCLII. ipse disputationis egregiae Praeses, omnium in se oculos & mentes conuertit; A. MDCLIV. quo acutissimus STAHLIVS e viuis excesserat, inter alios BECHMANNVS ab amplissimo Philosophorum Senatu commendabatur. Quamuis autem Logices & Philosophiae primae Professio a laudatissimo SLEVOGTIO ornanda tunc fuerit; mox

Ienam se conuertit.

Ienae quos audierit.

Magister creatur.

Disputat.

Fit Prof. Phil.

mox tamen ab hoc, mortalium rebus exemto, velut per manus tradita, A. MDCLVI. ad BECHMANNVM peruenit, qui d. XVI. Ianuar. in Facultatem est receptus. Notatu sane dignum est, quod, cum in Aula Gothana homo abysſinus *PII ILLIVS ERNESTI*, excelsae memoriae Principis impendio versaretur, BECHMANNVS accersitus, vt Aethiopicas literas ab hoc viro hauriret, trium mensium interuallo laudati Principis spem non impleuerit tantum, sed etiam superauerit. Quum A. MDCLXVIII. D. IO. ERNESTVS GERHARDVS vita excederet, dignissimus omnium habebatur Beatus, qui vacantem Profesſionis Theologicae functionem obiret. Quae honoris auspicia & susceptis Doctoris insignibus auxit, & Dissertationibus tribus de *Vniuersalitate meriti Christi*, atque publicis in Matthaeum praelectionibus consecrauit. Insignem sane Theologum BECHMANNVS praestitit, ita, vt cum vitae innocentia eruditam doctrinam ornauerit. Matrimonium quod attinet, vxores habuit duas: Primam MARGARETHAM, Viri Nobilissimi & Consultissimi LAVRENTII ANDREAE ROTHII, Consiliarii atque Praefecti Schvvarzburgici filiam A. MDCLIX. ductam A. MDCLXV. d. XIII. Mart. trium natorum matrem extulit. Horum maximus atque minimus natu praecocibus fatis cesserunt, vno superstite nobilissimo experientissimo

Aethiopicis literis dat operam.

Professor Theolog.

Eiusd. Doctor.

Matrimonium init biceprima.

Digitized by Google

simoque Viro, ANDREA BECHMANNO, MEDICAE ARTIS DOCTORE, & SERENISSIMI DVCIS SAXO-HILDPERHVSANI ARCHIATRO. A. MDCLXVI. mense Nouembri secundis votis REGINAM MARAIM, celeberrimi FRISCHMVTHII filiam natu maiorem sibi adiunxit. Ex hac religiosissima coniuge natas quinque natosque binos suscepit. Duas filias ante B. Parentis obitum praematura mors abstulit. Quae nobilissimo Ienae Syndico, D. IOACHIMO SEECKIO, & nunc beato, nupserat, CHRISTINA MARIA, nec non maximus natu filius, IOH. TOBIAS BECHMANNVS, Iurium Candid. ante annos paucos optimorum parentum fata anticiparunt. Supersunt adhuc & paterna pariter ac materna virtutum exempla exprimunt Nobilissimi Consultissimique Viri, CHRISTIANI HÜBNERI, Praefecti quondam Cranichfeldensis & Consistorii Assessoris vidua, ANNA MARIA, nec non pietatis maternae aemula, ELISABETHA MAGDALENA; atque nobilissimus HENRICVS FRIDEMANNVS, Actuarius Praefecturae Brembacensis &c. Haec BEATI vita sancte & laudabiliter gesta sine molestiis esse non poterat, siquidem primos statim adolescentiae annos, hypochondriorum, quos vocant, dolores grauiter affligebant, & ingraueſcentem aetatem catarrhi inprimis frequentes, vt caetera taceamus symptomata, infestabant, ita tamen, vt

Secunda.

Liberi.

Digitized by Google

vt vix ſemel atque iterum, praecipue ante mortem biennium, lecto affigeretur. His vero non minus, quam aliis malis Excellentiſſimus GEORG. WOLFGANG. WEDELIVS mature obuiam ibat. Aliter tamen euenire non potuit, quin maiori indies pondere incumbens ſenectus, magnae quantumuis animae habitaculum, magis ac magis ruinoſum efficeret. Quare BEATVS ad panaceam coeleſtem, paſſum nempe pro nobis ac mortuum Dei filium ſe totum conuertit, & ad beatam mortem praeparauit, quae etiam d. IX. Martii anni MDCCIII. eſt ſecuta. Seq. XVI. eiusd. corpus terrae eſt mandatum. *Mors.* Textus concionis funebris legitur. 1. Io. III, 16.

In effigiem B. BECHMANNI:

Emicat hic grauitas ſancto permixta pudore,
Hic radiat pietas, hic nitet ipſa fides.
Si cupias animi ſubtilis noſcere dotes,
Perluſtra ſummi ſcripta colenda Viri.

ex ſincero in Praeceptorem affectu ſcrib.
IOH. PAVLVS HEBENSTREIT, D.

Inter ea, quae typis exſcribi curauit, ſunt:

Syſtema Phyſicum. Ien. 8. 1665. 1675.

In-

Inſtitutiones Logicae ex Ariſtotele eiusque optimis tum Graecis tum Latinis interpretibus concinnatae. 8. *Ien.* 1667. 1670. 1677. &c. octaua editio *Lipſiae & Gothae*, 1691.

De modo ſoluendi ſophiſmata. Gerae, 8. 1671.

In Auguſtanam Confeſſionem. Ien. 4. 1677.

Annotationes vberiores in Compendium Theolog. Leonhardi Hutteri. 4.

Theologia conſcientiaria, ſiue Tractatus de caſibus conſcientiae, adornatus inprimis in gratiam eorum, qui ad ſacrum miniſterium adſpirant, vel ad illud nouiter admoti ſunt. Ien. 4. 1692.

Theologia Polemica. Francof. & Lipſ. 4. 1698. 1702.

Haereſiographia, in qua per ſingula ſecula oſtenditur, quomodo Satanas Chriſtum eiusque Eccleſiam per falſa dogmata oppugnauerit. Ien. 4. 1700.

Inſtitutiones Theologicae, in quibus articuli fidei tractantur, vſus practici eruuntur, caſus dubii & difficiles enodantur & variae quaeſtiones ſoluuntur. Ien. 4. 1701. & cum praefatione Io. Franc. Buddei, Theol. D. & Pr. P. de augmento ſtudii Theol. 1707.

Annotationes ad D. Io. Olearii Tabulas Theologiae moralis. ib. 4. 1702.

Diſputa-

Disputationes: Quaestiones Logicae de affectibus. De Scientia Dei. De Angelis. De verbis institutionis Coenae Dominicae, sub praesidio Niemanni. De acerbissima Passione Christi ex Ies. LIII, 4. 5. Inaug. Iohannis Christophori Olearii. Ad 1. Ioh. I, 7. Inaug. Casp. Christoph. Dauderstadii. De certitudine satisfactionis Christi. De communicatione idiomatum. De termino vitae humanae, quomodo a DEO sit praestitutus? Inaug. Heinrici Matthiae a Broke. De vocatione ministrorum Ecclesiae. Inaug. Io. Prettenii. De signo filii hominis ex Matth. XXIV, 30. De resurrectione mortuorum. De homine a natura corrupto. Concionator Pentecostalis ex Act. II, 1. sqq. De foro Dei absolutorio. De reali praesentia corporis & sanguinis Christi in S. Coena. Inaug. Frid. Ledelii. De creaturae non intelligentis anxia expectatione, suspirio & parturitione, ex Rom. VIII, 19--23. Inaug. Theod. Schneideri. Centuria paradoxorum Theologicorum. Inaugur. Io. Fabricii. De mortis & satisfactionis Christi vniuersalitate. De fine Cui Coenae Dominicae ex I. Cor. XI, 28. Analysis Capitis IX. Epistolae ad Rom. Inaug. Io. Philipp. Treuneri. De Martino Episcopo Turonensi. Inaug. Io. Melchioris Goetzii. De gratia fidei certissima, siue

an

an homo etiam in hac vita de gratia Dei & futura ſua ſalute aeterna per fidem certus eſſe queat? Inaug. Ieſ. Frider. Weiſſenbornii. De ingreſſu in SS. Miniſterium ex Iohannis Baptiſtae & Chriſti in id ingreſſum delineato. De adoptione diuina poſt lapſum. Inaug. Michaelis Zülichii. De Iuſtificatione hominis peccatoris coram Deo. Inaug. Matth. Iacobi Wahlii.

Gottſeel. vergiß mein nicht/ d. i. Chriſtl. und erbauliche Betrachtung der letzten Dinge des Menſchen ꝛc. Jen. 4. 1701.

Frommer Chriſten Heimfahrt oder Leich-Predigt/ bey Beerdigung Herrn Ioh. Andr. Boſii, P. P. Ien. 1674.

XLI.

IOH. WILHELMVS BAIER.

MAgnus hic Theologus, quamuis benignae fortunae radios per totam vitam ſenſerit; aduerſae tamen nebulae nubesque nonnunquam fuerunt ortae. Statim enim illa circa vitae, in quam Noribergae d. XI. Nouembr. A. C. MDCXLVII. ingreſſus eſt, primordium vim ſuam B. BAIERO obiicere videbatur, dum parens ipſius, Dn. *Baieri.* *Natalis & patria.* *Parens.*

IOHANNES WILHELMVS BAIER, vir integerrimus, ciuis ac mercator dictae vrbis, ante filioli natalem vitae pausam fecerat, moe-
Mater. staque mater SVSANNA Schröckin/matrona pia & honesta, tum mariti obitu, tum aliis casibus aduersis, terroribus ac ærumnis concussa foetum adeo imbecillem ediderat, vt de vitae conseruatione dubitauerit quilibet. Sed Deus & matrem & infantem benigne conser-
Baptismus. uauit, vt hic seq. XII. Nou. per baptismum Saluatori suo consecratus sit. Quo facto pia mater omnem adhibuit operam, vt filius
Educatio. probe educaretur, & DEO aliquando in Ecclesia inseruiret. Quem in finem prae corporalibus spiritualia dona exoptans illi vt a teneris statim vnguiculis pietatis capita inculcarentur studuit. Vt etiam ad bonarum artium notitiam perueniret, eadem Theologum
Consultores. illum magnum, IO. MICHAEL DILHERRVM, nec non clarissimum MARTINVM BEERIVM, vtrumque iam beatum, consuluit, & consulentibus obtemperauit. Illo-
Praeceptor domesticus. rum enim suasu B. noster BAIERVS fidelis alicuius Praeceptoris informatione domi est fruitus, deinde in scholam ad Spir. S. missus
Praeceptores publici. M. IOH. IAC. WIDERO, tunc tertiae classis Praeceptori, postea vero Rectori, ad disciplinam traditus in tyrociniis Latinae & Graecae literaturae, nec non in Poësi ita est eruditus, vt ad altiores quoque classes breui tempore accesserit. A. C. MDCLIX. Gymna-

sium

sium ibidem frequentare coepit, Praeceptoribus vsus Con-Rectore, GEORGIO WIEDEMANNO ac anno seq. Rectore, M. IOHANNE HELDIO, a quibus ea institutus est industria, vt in Graecis, Ebraicis, Logicis, Rhetoricis, Poësi, Ethicis, Geographicis, doctrina sphaerica & Theologia sufficientia posuerit fundamenta. A. MDCLXII. & seq. publice audiuit in Ebraicis, Ethicis, Politicis laudatum DILHERRVM; in Logicis, Metaphysicis & Physicis Theologum & Philosophum clarissimum, DANIELEM Wülfer; in Historia vniuersali & Pontificum MART. BEERIVM; in Oratoria celeberrimum Philologum, *CHRISTOPHORVM ARNOLD*, ac denique in studio disputatorio aliisque clarissimum D. IOH. GEORGIVM Fuchs/ postea Aegidiani auditorii Rectorem. A. C. MDCLXIV. aetatis vero XVII. Altdorfum concessit, vbi in numerum studiosorum receptus frequentauit lectiones Magnifici IOH. PAVLI Felwingers/ t. t. Academiae sceptra tenentis; Excellentissimorum Io. Conrad Dürrii, Theologiae & Moralium Prof. P. Abdiae Trew, Matheseos, Georgii Matthiae Königs/ Historica & Graeca, Christophori Molitoris, Ebraica, Chaldaica, Syriaca & Arabica proponentium. Praeterea in Philosophicis & Rabbinicis ingentem adhibuit operam, praecipue A. MDCLXVII. d. XVI. Ian. *Socratem*

Industria & Praeceptores in Gymnasio.

Praeceptores & Professores Publici.

Altdorfum concedit, Baierus.

Socratem in Oratione publ. proponit.

tanquam ideam Philosophi & Politici in Oratione aliqua publ. proposuit, quam laudatus DÜRRIVS, eo tempore Decanus, publica luce dignam iudicauit.

Disputat.

Sequ. xi. Maii Dissertationem *de pugna rationis & affectuum* solenni eruditorum examini exhibuit, ac denique eruditione ipsius probe explorata,

Magister creatur.

summos in Philosophia honores est consecutus. Ne autem a scopo aberraret, mature etiam de studio Theologico fuit solicitus. Auscultauit igitur saepe dictum DÜRRIVM, Institutiones Catecheticas DIETERICI & Loca Scripturae S. clasfica &c. explicantem; Dn. IOHANNEM WEINMANNVM in *1. Ep. ad Corinth.* commentantem & DN. LVCAM FRIDERICVM REINHARDVM, suam Synopsin Theologiae proponentem. Anno MDCLXIX. mens. August. *Ienam* se contulit, & a Rectore Academiae Magnifico, SEBASTIANO NIEMANNO, SS. Theol. Doctore & Professore, nec non Superintendente Generali in studiosorum numerum est receptus.

Ienam venit.

Musaei informationem quaerit.

Quo facto summe Reuerendi D. MVSAEI, Theol. Professoris primarii praecipue informationem amauit pariter ac desiderauit, variisque collegiis disputatoriis contra Reformatos, Socinianos &c. it. lectorio de controuersiis Nostratium domesticis interfuit.

Goetzium audit.

In Homileticis secutus est B. GEORGII GOEZII, Professoris Moralium ac denique Superintendentis Generalis & Pastoris Primarii ductum. Quamuis

uis autem Philoſophica minime neglexerit, ſed ita excoluerit, vt alios erudiuerit, & publice diſputando Praeſidis vice bis ſit functus: maximam tamen operam Theologiae ita dedit, vt non ſolum praeter laudatos Theologos MVSAEVM & NIEMANNVM, etiam ſumme Reuerendum D. BECHMANNVM, Theol. Prof. celeberrimum audiuerit; ſed & priuatim ſuas meditationes ad res diuinas direxerit. Id quod inter alia patet ex Diſputatione illa egregia *de Autoritate Concilii Nicaeni primi & oecumenici contra DANIEL. ZWICKERVM*, Socinianum & *CHRIST. SANDIVM*, Arrianum &c. ſub praeſidio D. NIEMANNI A. MDCLXXI. ante & poſt meridiem ventilata. A. C. MDCLXXIII. iuſſu Serenisſimi Principis Saxo-Gothani, qui Profeſſoris munus illi clementisſime promiſerat, ſummos in Theologia honores a ſumma Reuerenda Facultate Theolog. decenter petiit, cui deſiderio vt ſatisfieret, Candidatum huncce (d. XXV. Iul. receptum) d. XXVI. ad examen praeliminare, quod *Tentamen* vocant, illa admiſit, quod ſecuta ſunt ſpecimina publica, nempe XXVII. eiusdem menſis Lectio curſoria, Dom. XI. poſt Trinit. Concio δοκιμαστική, d. XXIX. Iul. Diſputatio inauguralis, d. XXX. Examen rigoroſum ac tandem praemium, titulus nempe Licentiaturae in ſolenni conſeſſu proclamatus. Cum circa anni iam dicti exitum *D. NIEMANNVS*

Docet & diſputat.

Etiam D. Bechmannum audit.

Diſputat ſub Praeſ. Niemanni.

Summos in Theol. honores petit.

Specimina edit.

Licentiatus proclamatur.

Fit Prof. Theol. & Hiſtor. Eccl.

Sleſuicum Holſatiae vocaretur, beato noſtro BAIERO non ſolum Profeſſio Theologica ordinaria; ſed etiam Hiſtoria Eccleſiaſtica cum ſalario clementiſſime tradebatur. In hoc ſuo officio igitur confirmatus d. II. Iun.

Lectiones publ. auſpicatur.

A. MDCLXXIV. Lectiones publicas auſpicatus eſt. Quemadmodum autem (ex quo continuatio laborum indefeſſa apparet) aulas non viſitauit, niſi ad Serenisſimos Principes clementiſſime accerſitus: ita illorum mandato obtemperauit & aliquoties comparuit,

Aulas quando viſitauerit.

inprimis cum A. MDCLXXXII. cum *Epiſcopo Tinenſi*, Legato Pontif. de Negotio Vnionis inter Proteſtantes & Romano-Catholicos ſermonem conferret. Etiam Serenisſima Abbatiſſa Quedlinburgenſis conſiliis B. noſtri

Conſilia ipſius approbat.

BAIERI ſaepe eſt vſa, eiusque expeditiones ſemper clementiſſime approbauit. Ex his quilibet colligere poteſt, quam fidelis & Deo & Principibus fuerit. Accedit, quod ſaepe

Decanatus Rectoratus eius.

Decani & tribus vicibus Rectoris munere ea dexteritate & prudentia functus ſit, vt de ipſo longe lateque percrebuerit fama. Quare cum Halae Saxon. Academia noua plantaretur & A. MDCXCIV. inauguraretur, B. Noſter a Serenisſimo fundatore Profeſſor Theologiae primarius primusque Rector clementiſſime vocabatur, quam vocationem etiam

Halam vocatur.

Serenisſimis Academiae Ienenſis Nutritoribus conſentientibus ſecutus per omne officii noui tempus fidelem ac prudentem ſeſe praebuit,

Digitized by Google

buit, vsque ad annum sequ. MDCXCV. quo a Sereniss. Principe ac Domino, Dn. GVILIELMO ERNESTO, Duce Saxoniae, I. C. & M. &c. Vinariam reuocabatur, vbi *Consiliarius Ecclesiasticus, Concionator Aulicus supremus, Superintendens Generalis, nec non ad D. Petri & Pauli Pastor primarius* constituebatur, d. XVI. Iul. igitur ad Vinarienses se recepit, d. XXI eiusd. IX. nimirum Dom. post Trin. ordinatus & praesentatus est, sed propter aduersam valetudinem concionem praeparatoriam seu prooemialem XIII. post Trin. demum habuit. Matrimonium eius quod attinet, consentientibus vtriusque parentibus d. XXXI. Aug. MDCLXXIV. nuptias Ienae celebrauit cum virgine lectissima ANNA CATHARINA, summe Reuerendi D. MVSAEI saepe laudati filia secunda, ex qua sex filios suscepit, quorum tres in prima aetate denati, totidemque, nempe summe Reuerendus Dominus IOANNES WILHELMVS, in academia Altdorfina hodie S. Theol. D. Prof. Publ. & verbi diuini Minister celeberrimus, genuinus B. Parentis aemulus. Vir Excellentissimus, Dn. IOHANN. IACOBVS, Philos. & Medicinae Doctor huiusque Profess. Publ. in eadem academia, Physicus Norimbergensis ordinarius & Poliater Altdorffinus, Academiae Imperial. Nat. Curios. collega, hodieque Rector Magnificus. Ac nobilissimus Dn. IO. DAVID, Phil. Mag. atque amplissimae Facultatis

Vinariam reuocatus redit.

aegrotat.

Matrimonium B. Baieri.

Liberi.

tis Philoſophicae in patria Adiunctus nec non Theol. Cand. dignisſimus, adhuc in viuis ſunt. Quemadmodum autem verum Chriſtianum eum fuiſſe conſtat: ita & Crucianum verum eſſe oportuit. Deus enim crucem ex aduerſariorum telis corporisque grauitatibus compoſitam ipſi impoſuit, ſiquidem non ſolum a natiuitate ſtatim imbecilli fuit corpore, vt ex ſupra dictis patet: ſed morbi quoque vehementiores eum ſaepe inuaſerunt, quod praecipue fiebat anno MDCXCI. d. XXIV. Octobr. quo morti erat proximus. Sic etiam cum Academiae Fridericianae vale diceret, anno nempe MDCXCV. ex colica & calculo acerbos percepit dolores, cumque *Vinariam* vix ſalutaſſet, doloribus arthriticis vagis ſcorbuticis vehementer affligebatur. Et quamuis recreari inceperit, ita vt muneri ſuo ad breue tempus praeeſſe potuerit: inconſtans tamen fuit valetudo, ſiquidem XI. Octobris febre catarrhali laborare coepit, cui licet Excellentisſimi pariter ac experientisſimi medici WEDELIVS, ZAPFFIVS & RVMPELIVS optima opponerent medicamina; nullam tamen illorum vim propter metamorphoſin febris catarrhalis in malignam continuam ſenſit, quare corpore & ſanguine Saluatoris ſui, tanquam optimo viatico fruitus d. XIX. menſis & anni dicti, hora VII. veſpertina placide obdormiuit, poſtquam annum aetatis XLVIII. attigerat.

Crux & afflictiones eius.

Morbis infeſtatur.

Moritur.

Tra-

Tractatus & dissertationes, quas typis exscribi curauit, sunt sequentes:

TRACTATVS IN QVARTO.

Gründliche Erweisung und Vertheidigung der reinen Lehre von der Nothwendigkeit des gläubigen Erkäntnüsses Christi/ wie auch von der Nothwendigkeit und Krafft des äusserlichen Wortes GOttes und Sacraments der H. Tauffe/ wider die heutigen Irrgeister oder so genannte Quäcker; Samt einer in der Stadt-Kirchen zu Jena am andern Christ-Feyertage gehaltenen Predigt ꝛc. 1681.

Collatio Doctrinae Pontificiorum & Protestantium. A. 1686.

Collatio Doctrinae Quakerorum & Protestantium, vna cum Harmonia errorum Quakerorum & Heterodoxorum aliorum. 1694.

IN OCTAVO.

Compendium Theologiae Homileticae. 1677.

Compendium Theologiae Positiuae, edit. A. 1686. 1691. & 1694. &c.

Gründliche Erweisung/ daß Lutherus, und die es mit Ihm gehalten/ weder an der Trennung der Kirchen/ noch der ihnen beygemessenen Ketzereyen schuldig seyn ꝛc. Hall/ 1695.

Abſchieds-Predigt über Act. XX, 32. in der S. Michaelis-Kirchen zu Jena am VIII. Sonntage nach Trin. 1694. gehalten.

Erſte Anrede an die Chriſtl. Gemeine zu Weimar/ nebſt 2. Anzugs-Predigten in der Fürſtl. Hoff- und Stadt-Pfarr-Kirche daſelbſt gehalten. Erf. 4. 1696.

Compendium Theologiae Moralis. Ien. 8. 1698.

Compendium Theologiae Exegeticae. Ien. 1698.

Compendium Theologiae Hiſtoricae ex Mſto editum. Francof. & Lipſ. 8. 1699.

Aphoriſmi de informatione catechetica. eod.

DISSERTATIONES

1. PHILOSOPHICAE.

De pugna affectuum & rationis. Altdorff. 1667.

De ſcientia & ignorantia peccantium. Ien. 1670.

De mixtura virtutum & vitiorum. 1672.

2. THEOLOGICAE.

Synopſeos & Examinis Theologiae Enthuſiaſtarum recentiorum, ſeu Quakerorum

DISSERTATIONES V.

(1) De Principio Theologiae reuelatae, an in

in reuelationibus diuinis immediatis quaerendum ſit? 1682.

(2) De Principio verae cognitionis de DEO, vtrum ſit ſcriptura? 1685.

(3) De conſiſtentia & harmonia reuelationis immediata, cum Scripturae S. aliorumque mediorum vſu; Vindicatio primae diſſert. contra Georg. Keithum. 1686.

(4) De norma & iudice controuerſiarum doctrinae fidei & morum, prior. 1691.

(5) De norma & iudice controuerſiarum &c. poſterior. 1691.

Decas Diſpp. Theolog. in Acad. Ienenſi habitarum recuſa A. 1695. continet Diſpp. ſeqq.

De autoritate Concilii Nicaeni primi & oecumenici, contra Dan. Zwickerum & Chr. Sandium. 1671.

2. De conſilio Gamalielis Act. V, 38. 39. 1680.

3. De Paulo Samoſateno, eiusque haereſi, examine & condemnatione. 1680.

4. De impanatione & conſubſtantiatione, Pontificiorum & Reformatorum quorundam accuſationibus oppoſita. 1677.

5. De agone mortis ſeu de iudicio hominis moribundi. 1683.

6. De praeguſtu vitae aeternae contra G. Keithum Quak. 1684.

7. De

7. De praegustu aeternae damnationis. 1684.
8. De Statu & Vbi animarum ad vitam naturalem rursus ordinatarum. 1681.
9. De regno Ecclesiae glorioso per Christum in his terris erigendo, contra Chiliastas & praecipue Dan. Brenium, Socinianum. 1678.
10. De fide, Christo redeunte vix inuenienda, ex Luc. XIIX, 8. 1686.

Reliquae dissertationes iuxta seriem annorum sunt seqq.

Examen Dialogi Erbermanniani inter Lutherum & Arium, *pro Licentia*. 1673. *Praes. D. Sebast. Niemanno.*

Examen Dialogi Erbermanniani inter D. Ioh. Musaeum & Philosophum Sinensem. 1674.

De Vniuersalitate Gratiae diuinae, ad 1. Tim. II, 4. 1675.

De falso iactata dignitate & potestate Romanorum Pontificum tempore Iustiniani Imp. contra Arn. Corn. a Belderen. 1675.

Synopsis Theologiae Nat. collatae cum Reuelata 1676. *Inaug. M. Henrici a Lithe, Past. Eccl. Onoldo-Brandenb. & Conf. Consist.*

De Principio Theologiae. 1678.

Discussio Argumentorum Nicol. Stenonis, pro

pro deſerenda Religione Lutherano-Euangelica & amplectenda Pontificia. 1678.

De purgatorio Pontificiorum, vtrum ex S. Auguſtino probari poſſit? contra Anonymum (Nic. Stenonem.) 1678.

De Quaeſtione: Vtrum Pontificii, an Noſtrates in Religionis negotio conſcientiae ſuae rectius conſulant? contra Anonymum (eundem). 1680.

Prodromus Vindiciarum, pro legitima vocatione Miniſtrorum Eccleſiae noſtrae contra Pontif. 1681. (*Inaug. M. Velthemii.*)

De ſuperſtitione ſeu varia obſeruantia. 1682.

De peccati origin. exiſtentia & eſſentia. 1683.

Summa Concionum Chriſti Matth. IV. 17. & Marc. I, 15. 1683. (*Inaug. Iob. Mart. Coleri.*)

De peſte diurna & nocturna, ad Pſalm. XCI, 5. 6. 1683.

De vſu cauſae merentis in controuerſiis Theol. 1684.

Scrutinium ſcrutatoris, contra Anonym. Pontif. 1685.

De falſo iactata perpetua luce & viſibilitate Eccleſiae, contra Anonym. Pontif. 1685.

De propagatione fidei per vim armorum, a praxi Eccleſiae aliena, 1686.

De

De ſtatu pie defunctorum pacifico, ex Eſa. XXVI, 20. 1686.

De termino vitae. 1686.

De connexione fidei & operum. 1686.

De propag. fidei per reuelationes fictas, a praxi Eccleſiae aliena. 1686.

De Miniſtris Eccleſiarum Aug. Conf. rite vocatis & ordinatis contra Pontif. 1686. (*Inaug. M. Dauid Rupert. Erythropel. Reu. & Seren. Epiſc. Oſnabr. a Sacris Aulicis.*)

Περὶ λατρείας λογικῆς, ad Rom. XII. v. 1. 1687.

De iure & priuilegio primogenituraе, ex Gen. XLIX, 3. & Deut. XXI, 17. 1687.

De viſitatione Gratiae diuinae, ad Luc. XIX, 44. 1687.

De affectantibus Parochiam, ex 1. Tim. III, 1.

IESVS CHRISTVS ſolus atque vnicus ſacerdos & ſacrificium expiatorium Mundi. 1688.

De prouida DEI cura circa peccata hominum. 1688.

De flagellationibus Pontificiis. 1688.

De ſtatu Exinanitionis Chriſti Θεανθρώπου. 1688.

De peccantibus ad mortem, an pro iis orandum ſit? ad 1. Ioh. V, 16. 1688.

De differentia diſpenſationis & tolerantiae in cauſis Eccleſiaſticis praeſertim matrimonialibus. 1688.

De

De methodo veram Ecclesiam lumine rationis inueniendi, contra Script. Ex-Caluinistam Pontificium. 1688.

De raptu Christi in coelum ante susceptum munus Propheticum, contra Socinianos. 1688.

De sacerdotio Christianorum regio, ex I. Petr. II, 9. 1689.

De resistentia hominum malitiosa in opere conuersionis. 1689.

De Christo praedicante in inferno, ex I. Petr. III, 18. 19. 20. 1689.

De adoratione Christi secundum humanam naturam, e Philip. II, 9. 1690.

De cognitione DEI & Christi, ex Ioh. XVII, 3. 1690.

De praeda robusto erepta, ad Esa. XLIX. 24. 25. 1690.

De religione magna Romanensium. 1691.

De omnipraesentia Christi secundum carnem. 1691.

De regno Christianorum spirituali, ex Apoc. I, 6. 1691.

De vaticiniis per ignorantiam & prophetiis fortuitis. 1691.

De Lege Euangelica. 1692.

Χριστολογία Iohannitica e Ioh. I. 1692. (*Inaug. M. Christi.* Stånder.

De scrutinio fidei & Christi in nobis, ad II. Cor. XIII, 5. 1692.

De Nazarenis Christo, Christianis & Haereticis, ad Act. XXIV, 5. 1692.

De

De dilectione DEI in nos effusa, ad Rom. V, 5. 1692.

De φιλανθρωπίᾳ Iudaeorum, ex Ioh. VII, 27. 1692.

De aqua lustrali Pontificiorum (vom Weih-Wasser). 1692.

De ambitione haeresium causa. 1662.

De confirmatione cum mundo fugienda, ad Rom. XII, 2. 1693.

De assumtione seminis Abrahae, ad Ebr. II, 16. 1693.

De Iustificationis & Renouationis nexu & discrimine, ad 1. Ioh. I, 7. 1694.

De Christianorum migratione in oppidum Pellam imminente Hierosolymorum excidio. 1694.

De habitu mortis & resurrectionis Christi ad Iustificationem nostram; ad Rom. IV, 25. 1694.

In Academia Halensi prodierunt hac VI.

De Ἀδυναμίᾳ implendi legem. 1694. (*Inaug. M. Wolffg. Melch.* Stisser / *Elect. Brandenb. Inspectore & Past. ad D. Vlric. Hal. &c.*)

De efficacia ministerii Eccles. per malos administrati, ad Art. VIII. Aug. Conf. 1694. (*Inaug. M. Ioh. Mich. Langii, Past. Vohenstruf.*

De controuersiis inter Chauuinum & Vrignyum de religione naturali agitatis. 1694.

(*In-*

(*Inaug. M. Ioh. Franc. Buddei, Pr. P. Mor. & Ciuil. Phil.*

Miniſter Euangelicus rite vocatus. 1694.

De Monarchianis Antitrinitariis antiquis & recentioribus, ad Art. I. A. C. 1695.

De tranſitu ab vno extremo ad alterum in rebus Theol. *Theſes XII.* 1695.

Aliorum ſcripta ſub praeſidio Baieriano publice ventilata, ſunt:

B. Martini Chemnitii Iudicium de controuerſiis, quae ſuperiori tempore circa quosdam A. C. Articulos agitatae ſunt, denuo editum & Diſpp. XII. peractum. 1676.

B. Ioh. Erneſti Gerhardi Sylloge Decadum Theologicarum, denuo prelo ac diſquiſitioni publicae ſubiecta a M. Ioh. Erneſto, I. E. F. I. N. Gerhardo. 1691.

XLII.

WILHELMVS ZESHIVS

QVamuis, deſignatus ſaltem SS. Theologiae Profeſſor Ordinarius, praematura morte ſit impeditus, quo minus publice introduci potuerit: de re tamen literaria bene meriti memoriam po-

Naſcitur.

ſtentati quin commendem intermittere non poſſum. Natus autem eſt Vir, dum viueret, Excellentiſsimus *Beuerſtadiae*, in Ducatu Bremenſi, A. C. MDCXXIX. die VIII. Nouemb.

Eius parentes.

Patre MARTINO Zeſch/ Viro integerrimo, qui primum Serenisſimo Principi Anhaltino ab officiis Aulicis, poſtea ciuis ac mercator vici iam dicti fuit; Matre ADELHEIDA Graverin/ matrona pia & honeſta, e toro ALEXANDRI GRAVERI, Eccleſiae Beuerſtedenſis Paſtoris, & MARIAE, Viri Nobiliſſ. Chriſtophori Bickers/ Abbatis Haſſefeldenſis & Praepoſiti Zeuenſis filiae, nata. Poſtquam in ſchola patria ad duodecimum annum in pietatis capitibus & literatura vernacula informatus fuerat, addiſcendae mercaturae, parentum quidem conſilio, mancipari debuit: ſed DEO aliter viſum erat. B. Vir enim quamuis iam quatuordecim annorum puer nondum characteres linguae Latinae, multo minus legere latina noſſet, deſiderio tamen literas & artes diſcendi maximo excitatus, & aliam, in qua lingua Latina doceretur, ſcholam ſe mitti inſtantiſsime petebat, &, patre illorum temporum difficultatem ſumtuumque penuriam cauſante atq; in propoſito perſiſtente, ſua ſponte ad *VVürdanorum* ſcholam in Comitatu *Delmenhorſtano*, tum recens inſtitutam abibat, inuitis quidem parentibus, ſed qui intercesſione Affinis charisſimi, Viri Amplisſimi & Spectatisſimi, WILHEL-

In ſchola patria informatur.

Mercatura ad diſcendae mancipandus.

Ad Würdanorum ſcholam abit.

MI

MI CLODII, Würdanorum Praefecti, inducti tandem consenserunt, vt ad annum scholae praedictae interesset ingeniique vires periclitaretur, & sustentationis media liberali manu subministrarunt. Quo anno Dei gratia eos fecit progressus, vt, iactis Grammaticae Latinae fundamentis, non solum exercitia Latina expedite absque vitiis conscriberet, sed Latine etiam sine haesitatione loqueretur, & inita cum commilitonibus concertatione de loco palmam cunctis praeriperet, ac primum inter omnes locum obtineret. Quo cognito *Parens*, suasu Consiliorum Oldenburgicorum & Delmenhorstanorum, qui in habito examine scholastico eius profectus insignes admirabundi exploraverant, *sumtus* ad continuandam studiorum telam *necessarios* haud inuitus *suppeditauit*. Ab hoc quoque tempore *Vir Generosus & Magnificus Dn. OTTO ab OMPTEDA, Haereditarius* in Mörsen/ tum temporis Comitatus Oldenburgici & Delmenhorst. Satrapa grauissimus, singulari fauore & beneficentia studia eius promouit. Biennio post igitur *scholam Delmenhorstanam adiit*, in qua linguas, Latinam praecipue & Graecam, Oratoriam & Logicam ita probe excoluit, vt Praeceptorum iudicio dignus haberetur, qui in Academiis ad altiora tractanda animum appelleret. Itaque A.C. MDCXLVII. mense Septembri ad Marpurgensem Academiam se recepturus erat, Sed

Primi anni progressus.

Parens sumtus suppeditat.

Scholam Delmenhorstanam adit.

Consilium de studiis Academicis mutatur. vix iter ingressō *Bremae* innotuerunt motus bellici, quibus districtus Marpurgensis tum infestabatur. Vnde consilio mutato, *Auricam Frisiorum* se contulit, Grammaticum, Poetam celebrem, MARTINVM NESSELIVM, docentem auditurus, vbi annum substitit, & in studio Philosophico etiam viri plurimum Reuerendi & Clarissimi M. DETHLEVII MEIERI, in Ebraica autem lingua Iudaei cuiusdam eruditi, ibidem commorantis, institutionem & operam satis fidelem expertus est. *Aurica Bremam* reuersus est, ibique linguarum & Philosophiae studiis in Gymnasio celebri integrum impendit quinquennium, vsus Praeceptoribus in Oratoria quidem IOHANNE TESMARE, in lingua Graeca & Historia M. IOHANNE SCHILDIO, in Ebraicis GERHARDO HANNEWINCKELIO, in Matheſi TILEMANNO NEVFVILLE, D. Med. in Ethicis & Politicis GEORGIO COPERO & BERNHARDO Schultzen/ I. V. Doctoribus, in Logicis & Metaphysicis GERHARDO MEIERO, SS. Theologiae Licentiato, in Physicis M. HENRICO WAGENFELDIO, viris clarissimis, quorum duos, loco vltimo nominatos, prae aliis coluit, & quotidie priuatim & publice docentes auscultauit. Fundamentis ita probe iactis Philosophiam ipse peculiari Professorum indultu priuatim docere coepit; sub discessum autem di-

Auricam se confert.

Bremam redit, vbi quinquennium impendit.

Philosophiam docet.

Digitized by Google

discessum autem disputationes duas, suo marte elaboratas, publico submisit examini, vnam Physicam *de anima rationali*, Pneumatologicam alteram *de anima separata*. Anno MDCLIII. mense Decembri decurrente *Ienam* venit studio Theologico se totum mancipaturus. Memor autem illius triti: *Disputat.* *Ienam venit.*

Vim vox mirificam vita docentis habet;

a docentium ore & voce viua potius quam lectione autorum & litera muta pendere, minime autem suo, quod αὐτοδίδακτοι faciunt, ingenio niti voluit. Vnde vix aut rarissime contigit, vt a lectionibus Theologicis publicis aut priuatis, abesset. Docentes vero in Salana Viros Excellentissimos, IO. TOBIAM MAIOREM, *in Apocalypsin* commentantem; CHRISTIANVM CHEMNITIVM, IOH. ERNESTVM GERHARDVM, SEBASTIAN. NIEMANNVM, IOHANNEM MVSAEVM, omnes Theologiae Doctores & Professores celeberrimos deque Ecclesia Euangelica optime meritos, Scripturas sacras, Locos Theologicos, controuersias atque Historiam sacram in scholis publicis & priuatis commodo iuuentutis explicantes diligenter audiuit: In collegiis disputatoriis non minus Respondentis, quam Opponentis munere saepius cum laude est functus. Neque concionandi neglexit exercitia, saepe *Queis Praeceptoribus Ienae sit vsus.* *Insignis eius industria.*

enim in templo oppidano sacros ad populum sermones habuit. Et ne scientiarum artiumque liberalium cultum neglexisse videretur, *Magister creatur.* A. MDCLV. d. VIII. Sept. *Decano* ordinis sui atque Brabeuta spectabili IO. ZEISOLDO, Doctore quondam rerum naturalium, honores magisteriales ritu exemploque maiorum capessiuit. Quando tamen non satis esset, nomen praeclarum sustinere, nisi hoc idem indies eruditis monumentis fieret splendidius, cathedram superiorem conscendit saepius, & re bene gesta tandem impetrauit, vt inter *Adiunctus Philosoph. fit.* iunctos, quos vocant, Collegii Philosophici cooptaretur. Quam egregie se deinceps in Palaestra philosophica gesserit, non est, quod hic prolixe exponam, loquuntur enim id ipsius *crebro disputat.* Disputationes de materiis Philosophicis variis iudicio acri & limato conscriptae. A. C. MDCLVIII. Excellentissimis Dn. DAVIDI GLOXINO & Dn. HENRICO SCHABBELIO, ICtis longe celeberrimis, illi Liberae Reipubl. Lubecensis & caeterarum ciuitatum Hanseaticarum Syndico, necnon Consistorii, quod *Lubecae* est, Praesidi; huic ciuitatis Wismarienſis Consuli primario & Curiae Regiae ibidem Aduocato grauissimo, Stipendiatorum Schabbelianorum Directoribus & Patronis laudatissimis de meliore nota, vt merebatur, est commendatus, successu sane *Classi Alumnorum Schabbe-* felici. Illorum enim beneuolentia classi Alumnorum Schabbelianorum oppido adscriptus

ſcriptus eſt, qui deinceps ex ſtipendio ſatis amplo in pertexenda ſtudiorum tela magnum percepit leuamen. Quia autem Dominis Patronis viſum erat ere fore ſuorum Alumnorum, vt alias etiam inuiſerent Academias, elapſo abhinc quinquennio B. ZESCHIVS cum Alumnis caeteris Lipſiam profectus eſt, & poſtquam ſex menſes Lectiones & Diſputationes Theol. ibi frequentauerat, *Wittebergam* perrexit vbi Magnificis Dominis Profeſſoribus Theologis cum in lectionibus auſcultando, tum in Diſputationibus opponendo abunde ſuam probauit induſtriam. Vſus enim eſt D. ABRAHAMI CALOVII & D. IOH. MEISNERI Prof. Theol. Publ. inſtitutione priuata, illius quidem in collegio exegetico vniuerſae Scripturae V. T. huius in Praelectionibus Locorum Theolog. quin & ipſe collegia Theologica, lectoria & diſputatoria permiſſu ſumme Reuerendi Collegii Theologici priuatos intra parietes aperuit, & aperta cum magno collegarum applauſu continuauit. Neque in arena philoſophica ſuis defuit partibus. Impetrata enim ab Amplisſimo Collegio Philoſophico Facultate legendi & diſputandi, cathedram Philoſophicam plus ſimplici vice conſcendit, & theſes a ſe erudite conſcriptas maſcule tutatus eſt. Quanquam vero ſpem haud dubiam animo conceperat, fore vt in Academia Wittebergenſi ſtudiorum curſum finire tandem liceret, praeter

lianorum adſcribitur.

Alias Academias inuiſere iubetur.

Lipſiam proficiſcitur.

Wittebergam pergit.

Varia ibi collegia aperit.

Sereniſſ. Princip. Ludouico commendatur.

expectationem tamen contigit, vt a Viris magnis Serenisſimo Principi ac Domino, Dn. LVDOVICO, *Haſſiae Landgrauio*, *Principi Hirsfeldiae &c.* ad profeſſionem academicam commendaretur, cui commendationi quia Princeps optimus clementisſime annuebat, *ZESCHIVM* noſtrum Profeſſioni proxime vacaturae admoturus, ſuorum Patronorum

Gieſſam venit.

iuſſu *Witteberga* diſcesſit & *Gieſſam* Haſſorum commeauit, vbi & laudati Principis Serenisſimi clementiam ſingularem & Profeſſorum omnium Facultatum fauorem & beneuolentiam inſignem expertus eſt. Sicut autem vbiubi commoratus eſt, otioſus nunquam fuit; ita in Academia Gieſſenſi, quod ſuarum partium erat, ſtrenue peregit. Praeterquam enim, quod ex quotidiana conuerſatione cum Excellentisſimis Dominis Profeſſoribus Theologis, vt & ex illorum diſputationibus publicis non parum profecit, ſpeciatim

Conuerſatione & informatione ibi fruitur.

D. PETRI HABERKORNII, Profeſſoris Prim. & Superintendentis meritisſimi, collegiis priuatis duobus, vni *contra Caluinianos*, *noſtram fraternitatem ſubdole ambientes*, alteri *Anti-Rabbinico* interfuit. In auditorio nouo etiam Serenisſimi Principis indultu, ſibi peculiariter conceſſo, Diſputationes Theologicas & Philoſophicas vtraque Facultate annuente publicae ventilationi ſubmiſit, & aeque in illis ac in his Praeſidis officio cum laude eſt fun-

Pro praeſidio ſaepe diſputat. ibid.

ctus. Poſtquam vero *Gieſſae* in annum ter-

tium

tium ſubſtitit, nec tamen ſpes promotionis certa, non Principis voluntate clementiſſima, ſed occaſione deficiente, affulſit, ab Illuſtriſſimis Comitibus ac Dominis, *FERDINANDO CAROLO*, S. Caeſareae Maieſtatis Camerario, nec non *LVDOVICO ERNESTO*, *FRIDERICO EBERHARDO*, & *GVSTAVO AXELIO* Fratribus Germanis, *Comitibus in Leonſtein*, *Wertheim*, *Rochefurt*, *Viernenburg* & *Montachu*, *Superioribus in Claſſopiere*, *Dynaſtis in Scharpfenek*, *Breuberg*, *Herbemont* & *Neuchaſteau*, Deo ſic diſponente Eccleſiae Wertheimenſis Paſtor & caeterarum per Comitatum Wertheimenſem Superintendens vocatus eſt. Exoptatae huic vocationi reſponſurus quo publicae autoritatis iudicio ſatisfaceret, ſummos in Theologia honores a ſumme Reuerendo Collegio Theolog. Ienenſi modeſte petiit, ac A. C. MDCLXV. plauſu omnium impetrauit. In Lectione, quam curſoriam vocant, Paſſionem Dominicam in cap. LIII. v. 4. 5. 6. Ieſaiae deſcriptam explicauit. Iniit etiam matrimonium felix, caſtum ac ſobole vtriusque ſexus foecundum, cum honeſtiſſima virgine, ANNA MARIA, viri prudentia & humanitate praeſtantiſſimi, IEREMIAE COTTAE, Conſulis quondam Iſenacenſis filia, ex qua octo ſuſcepit liberos, quorum tres ante B. Parentis obitum mortem cum vita commutarunt, reliqui autem duo filii & tres filiae Patri quidem ſuperſtites fuere; ex illis

Wertheimii Superint. & Paſtor Prim. conſtituitur.

Doctor Theol. creatur.

Eius Matrimonium.

Liberi.

illis tamen Pastor Rotenſteinenſium ſubſtitutus in Eccleſiam triumphantem nuper eſt receptus, ex filiabus autem in viuis non eſt niſi natu maxima, quae in matrimonium locata eſt Viro ſumme Reuerendo atque Excellentiſſimo Dn. MICHAELI ZüLICHIO, SS. Theologiae Doctori celeberrimo, Conſiliario Saxo-Iſenacenſi Eccleſiaſtico, Conſiſtorii Ienenſis Aſſeſſori, Superintendenti & Ienenſis Eccleſiae Paſtori primario, Patrono meo omni honoris cultu proſequendo. Quo autem ad B. ZESCHIVM redeamus, vix dici poteſt, qua fide prouinciam Wertheimenſem ſibi datam integros quatuordecim per annos adminiſtrauerit, qua cura Eccleſiae ſuae praefuerit, qua conſtantia impetum aduerſariorum ſuſtinuerit, qua virtute ſuperauerit. Hoc loco conſenuiſſet, niſi vis maior ad vitam Academicam eum redire coegiſſet.

Ienam Prof. Theol. deſignatus redit.

Ienam igitur, gratia Serenisſimorum Saxoniae Ducum iam dudum cognita ſatis & per varia excelſae voluntatis pignora demonſtrata, ſe recepit, ibique docendo atque diſputando ſtudioſae iuuentuti inſeruiit, donec B. IOHANNI MVSAEO ſucceſſor deſignaretur.

Morbus.

Sed quae tusſis autumno ſuperioris anni grauiter eum afflixerat, per hyemem aucta nunquam tota abſceſſerat, quin pulmoni infeſta intra paucos dies ingentia fecerat incrementa, vt oppoſita remedia parum valerent.

Beata mors.

Exceſſit igitur A. MDCLXXXII. d. III. Aug. vitae

&

& aerumnarum fatur inter preces ac ſuorum planctus exquiſitiſſimos annos natus quinquaginta duos & nouem fere menſes.

Scripta, quae edidit, ſunt ſeqq.

Diſputationum Phyſicarum

De maximo & minimo rerum naturalium, tres 1654.

Diſput. Logica.

De diſcurſu. 1657.

Politica.

De bello legitimo, anno Academiae Iubilaeo.

Problematum practicorum ἐκτὰς anno eodem.

Diſputationum Ethicarum.

De moralitate actuum tres.

VVittebergae.

Theorematum Philoſophicorum Diaſcepſis. 1661. Aug.

Theorematum Logicorum Miſcella. 1661. Sept.

Gieſſae.

De identitate terminorum. 1664.

De concretorum ſignificandi modo.

De illuſtribus quibusdam Thematibus politicis anno eod.

De Polygamia Diſp. II. 1665.

Di-

Digitized by Google

Diſputat. Theologicae
Ienae habitae.

Faſc. 1.

De perſona Meſſiae Θεανθρώπου, pars prior.
De DEO, ad omnes hominis etiam malas ſeu vitioſas actiones ſine vitio concurrente.
De Iuſtitia DEI ſatisfactionis vel meriti Chriſti.
De perſona Meſſiae Θεανθρώπου, pars poſterior.

Faſc. 2.

De Iohanne infantulo, Chriſti praecurſore.
De actu iudiciali in die pantocritico.
De ſtimulo carnis infixo.
De termino vitae diuinitus praefixo.

XLIII.

VALENTINVS VELTHEMIVS

Naſcitur. NAtus eſt Halae Saxonicae A. S. MDCXLV. d. XI. Martii, patre viro amplisſimo, ſenatore in curia, VALENTINO
Eius Parentes. VELTHEMIO, cui hoc datum inprimis in collegio, vt quoties ferret occaſio, munere fungaretur Oratoris, ac ſingulorum deſideria ex-

Digitized by Google

exponeret : Matre, nobili & honorata matrona, ANNA GANTZLANDIA. Familia ex vtroque latere eſt perquam honeſta & antiqua, cuius praeclara nomina multa recenſeri poſſent, niſi breues eſſe vellemus. Poſt natiuitatem curae nil tam erat parentibus, quam vt filius mature inſcriberetur in albo coeleſti per ſacrum baptisma, quare inter teſtes ac ſponſores fidei chriſtianae vocabatur praecipue Theologus de noſtra Eccleſia meritus optime, IOH. OLEARIVS, Magdeburgenſis Ducatus Superintendens Generalis, ſupremus in aula Eccleſiaſtes inque negotiis ſanctioribus Conſiliarius, religione & exemplo nulli ſecundus, qui deinceps loco patris egit omnia, vt in ſtudiis pietatis noſter & bonis artibus proficeret. Domi adhibebantur Magiſtri, quorum doctrina & vitae integritas probata erat. In ſchola publica laudauit ſemper inſignes viros, MARTINVM LIPENIVM & VALENTINVM BERGERVM, Conrectorem illum, hunc Rectorem, propter operam, amorem, & quod indefeſſi fuerint in ſe prouehendo. Ab his *Ienam* tranſiit, commendatus inprimis ab OLEARIO laudato, Theologo beatae memoriae, in Academia Salana & Eccleſia, CHRISTIANO CHEMNITIO, qui humaniter eum excepit, inque conuictu & ſtudiorum curſu liberaliter promouit. Quoniam vero ſine humaniore doctrina & Philoſophia nihil duraturum

Baptizatur.

Traditur Magiſtris priuatis.

Publicis.

Ienam tranſit.

ac

ac solidum discitur in superioribus, ideo diligenter sectatus est ZEISOLDOS, FRISCHMVTHIOS, WEIGELIOS, BOSIOS, POSNEROS, GOEZIOS, qui autores erant ipsi, vt summos in Philosophia honores ambiret, quos inter aequales ipsi contribuerunt non sine plausu. Ab hoc tempore coepit aliis praeesse, ac legendo disputandoue exercere ingenia praeclara; quibus ita placuit, vt nullius scholas tanto frequentarent concursu, quam Nostri. Postquam ediderat in sapientiae cultu specimina multa & varia, & coniunxerat sub magnis Doctoribus, MVSAEO, CHEMNITIO, GERHARDO, NIEMANNO & BECHMANNO, sacra dogmata, non Ienae tantum, sed apud exteros quoque inclaruit & honestis conditionibus vocatus est ad honores amplissimos. Verum post B. GOEZII discessum in vicinam Thuringiae metropolim, *Erfordiam*, moralis atque ciuilis doctrinae professionem a Serenissimis Academiae Nutritoribus sibi demandatam, anno MDCLXXII. mense Aug. in laudata Academia subiectissima deuotione suscepit, eique praefuit vsque ad annum clo Ioc LXXIX. quo Logicam & Philosophiam primam docuit ingenti discentium concursu. Iacturam fecerat academia non spernendam in morte celeberrimi Theologi, IOHANNIS MVSAEI, in cuius locum VELTHEMIVS suffectus est A. clo Ioc LXXXIII. men-

Philosophos audit.

Magister renunciatur.

Collegia priuata aperit.

Theologos audit.

Profess. Ethic. & Polit.

Logic. & Metaph.

Professor Theol.

menſe Septembri, eumque ſincera doctrina euangelica, induſtria, conſtanti amore ac propoſito, erga orthodoxam Eccleſiam exornauit laudabiliter, quamdiu vixit. Matrimonium iniit A. MDCLXXIII. cum foemina, omni virtutis decore nobiliſima, CATHARINA ELISABETHA FRISCHMVTHIA, quod tranquillum omnino & foecundum erat propter liberos ſex generatos, ex quibus filia iuxta & filius primogenitus in aetate tenerrima obierunt non ſine parentum moerore, parentem beatum ſecuta eſt filia ſecunda, CATHARINA SIBYLLA, reliqui autem adhuc in viuis ſunt. Quemadmodum igitur in publico munere ſumma fide eſt verſatus: ita Regimen academicum quinquies cum honore ſuſtinuit. Finem & ſpartae & vitae quod attinet, anno MDCC. in morbum incidit, qui quidem tam immitis ac pertinax non videbatur; ſed cum noctes duceret inſomnes, atque cibi potusque appetentia deſtitueretur, & ſolutionem totius compagis non procul abeſſe deprehenderet, vxori charisſimae & liberis valedixit, omne bonum a DEO precatus ac bene comparatus ad coeleſtia tranſiit inter ſuſpiria & lacrymas placidisſime, ac xxv. Apr. anni dicti in templo academico eſt tumulatus, annos natus quinquaginta quinque, hebdomadas quinque.

Matrimonium init.

Eius Rectoratus.

Morbus.

Obitus.

In-

Inter scripta, queis inclaruit, sunt seqq.

IN FOLIO.

Tabulae Morales.

IN QVARTO.

Fontes vniuersalis Theologiae &c. Ien. 1691.

Theologia acroamatica. Ien. 1697.

Prodromus vindiciarum pro legitima eaque vere diuinae Ministrorum Ecclesiae nostrae vocatione Romanensium solitis cauillis oppositarum. Ienae, 1681.

De potentia causatiua. Ien. 1668.

Ortus principiorum in mente humana. Ien. 1669.

Selecta quaedam e generationis doctrina petita Themata. Ien. 1671.

De effectibus casualibus & fortuitis in ordine ad primum motorem a nonnullis assertis. Ien. 1671.

De dominio in genere & in specie, cumprimis v. de imperio. Ien. 1672.

Ius antiquissimum & Rhadamanteum, vt, qui malefecit, malum ferat. Ien. 1673.

De consortio delinquentium. Ien. 1673.

Ius imperii quaesitum. Ien. 1674.

De statu controuersiae. Ien. 1675.

Moralitas merae cogitationis. Ien. 1675.

Iustus dolor. Ien. 1675.

Ae-

Digitized by Google

Aetioſcopia practica. Ien. 1675.
Sanctimonia vinculorum, per quae respublica cohaeret. Ien. 1675.
Sceptrum directiuum. Ien. 1676.
De cauſa morali. Ien. 1678.
De his, quae in moralibus videntur, ſed non ſunt, h. e. de cauſis moralibus per accidens.
De notionis formaliter nonnullis receptis ac frequentibus ſignificationibus, earumque vſu inprimis in diſciplinis practicis. Ien. 1679.
Moralitas iuramenti cum reſeruatione mentali praeſtiti. Ien. 1679.
Moralitas belli a principe non laeſo aduerſus alienum populum ſub religionis ſaluificae praetextu geſti. Ien. 1680.
Abſolutum decretum. Ienae, 1682.
De artificio Syllogiſandi eiusque neceſſario & eximio vſu. Ien. 1682.
De votis eorumque ſanctimonia.
Diſput. Theol. qua pro B. Doctore Ioh. Gerhardo contra M. F. Wendelinum euidenter demonſtratur, hominem in ſummo tentationis diſcrimine conſtitutum, vt non tantum nullam in ſe fidem ſentiat, ſed & plane ſibi perſuadeat, ſe non eſſe electum, ſed reprobrum, ex ſolis iſtis hypotheſibus, quas Wendelinus Lutheranas ac falſas vocat, & non ab vllo homine ex aliis ſoli-

da consolatione erigi & tranquillari plene posse. Ienae, 1683.

Leges inter arma loquentes. Ien. 1683.

De iuramentis diuinis & humanis. Ien. 1684.

futatio breuis ac orthodoxa celebris cuiusdam Reformati Theologi Epistolicae dissertationis de termino vitae cuiuis homini a Deo fatali plane necessitate praefixo ac praestituto, quem transire nemo possit. Ienae, 1684.

Angeloscopia sacra.

De Canone & libris Canonicis. Ienae, 1686.

De Scripturae S. literali & mystico sensu, Ien. 1686.

Dissertatio Theologico-Historica de Traditionibus, Pontificiis modestioribus opposita. Ien. 1686.

Dissert. Theologica de Quaestione: Quis debeat esse iudex controuersiarum de fide & religione. Ien. 1686.

Omne Trinum perfectum 1. Tim. II, 3-7.

Episcoporum & Presbyterorum iura vi iuris diuini quaesita. Ien. 1688.

Selecti quidam e Sacramentorum doctrina petiti casus. Ien. 1688.

Oralismus. Ien. 1688.

De bonis operibus iustificantibus non per se, sed quatenus tincta sunt sanguine Christi.

De-

Digitized by Google

Decas Disputationum Theologicarum, selectiores per plerosque fidei Articulos complexa controuersias. Ien. 1688.

De ignorantia Theologorum laudabili, ex 1. Cor. XIII, 9. Inaug. D. Sontagii, P. P. Theol. Pr. & Past. Altdorf. 1690.

De Vnctione Christi prae consortibus suis, ex Psalm. XLV, 8. 1691.

De Indifferentismo religionum profligato.

De gemitu Spiritus S. ex Rom. VIII, 26. Inauguralis Frid. Ernest. Kettneri.

De S. S. Trinitatis mysterio, ex Ies. LXIII, 9. 10. Inaugur. pro Licentia Polycarpi Lyseri.

Gemina Tentationis facies. Ien. 1691.

Anima pro anima &c. ex Ezech. III, 17. 18. 19. Inaug. D. Ioh. Weisenbornii, Ecclesiae Praedic. Erfurt. Euang. Past. Pr. 1692.

Historia Concilii Hierosolymitani Actor. XV. 1693.

Clangor Tubae Euangelicae in extremis mundi angulis resonans, Rom. X, 18. 1694.

Dissertatio Theologica, qua in Sacra Coena vera ac realis praesentia panis & vini (contra omnes Pontificios) corporis & sanguinis Saluatoris nostri (contra omnes Reformatos) defenditur. Ien. 1695.

De sudore Christi sanguineo Luc. XXII, 44. 1697.

Digitized by Google

De Imposſibilitate reditus in gratiam ſemel amiſſam, ex Hebr. VI, 4 5. 6. 1697.

ברית יהוה את אברם בריית Foedus Dei cum Abrahamo Symbolicum Gen. XV, 9. 10. 17. 18. Inaug. D. Ioh. Dan. Schieferdecker. Weiſenf. P. T. P. 1698.

Diſſert. Theol. demonſtrans ex Text. Iac. II, 24. nec probari poſſe, hominem iuſtificari fide non ſola, nec fide ſola. 1699.

Tergeminum ſpecimen Diſputationis a magiſtro, qui eſt ipſe veritas, habitae ex Matth. XXII. 1699.

Pauli Sleuogtii Diſputationes Academicae emendatius editae & auctae, curante Val. Velthem.

De Euchariſtia mortuorum. Inaug. Io. Andr. Schmidii.

IN OCTAVO.

Inſtitutiones Metaphyſicae continuis exemplis inprimis Theologicis, iuridicis, moralibus, politicis illuſtratae. Ien.

Metaphyſica Axiomatica. Ien. 1682.

Introductio ad Hugonis Grotii libr. de Iur. B. & P.

Theologia memorialis. 1690.

Theologia Moralis.

PHI-

Digitized by Google

XLIV.

PHILIPPVS MVLLERVS

Phil. Mülleri.

NObili genere naſcitur *Sangerhuſae Thuringorum.* Pater SAMVEL, Ephorus Eccleſiarum per XXXVIII. annos obit Iulio anni MDCLXII. ſanctus, innocens, aequabili grauitate & conſtantia, vt cura doctrinae ac officii, apoſtolico viro ſimilis; eluctatus belli tricennalis aduerſa, quae ſpoliis & intentata morte afflixerant tot annis: inter homines loci, quem ab hoſtili exitio ſeruarat, ingratiſſimos. Patrueles, PHILIPPVS ille Senior academiae Lipſienſis, Medicus & Mathematicus. DOROTHEVS, Paſtor *Dresdae* Electoralis. PETRVS BENIGNVS, *Budiſſae* Syndicus. Auus IOHANNES, ex Oederano Paſtore, Chemnicenſium Miſniae Eccleſiarum Ephorus, poſt exilium a Caluiniſtico furore ſub CHRISTIANO I. toleratum. Proauus PHILIPPVS, Amfurtenſium in Magdeburg. Archiepiſcopatu Superintendens, HÖPFNERI Theologi Lipſici ſucceſſor. Mater ANNA MARIA, IOHANNIS DORRII, Senioris Ephorici filia, aui Bauaro-Numburgi neptis; Proaui *Francohuſae* iſtius, ſalinis notae, Paſtoris, quem D. MARTINVS LVTHERVS Hallis Saxon. ordinarat pro-

Parentes.

neptis. Ipſa, vt ſorores honorifice *Lipſiae*, *Oſchazii*, *Vinariae* maritatae, pietate, ſolertia, animi praeſentia, cura domus & diſciplina ſuorum coniugi mire oportuna, vt ſic officio ſalubre otium ſuppeteret, oeconomia vxori penitus relicta. Puer PHILIPPVS, terrore hoſtili matris praegnantis miſerabilis foetus: brachia cute & carne exuta; toto triennio vberibus parentis lactatus; adeo diuinitus ſeruari ad eximia praedicatus. Sed viuax indoles paulatim effloruit, induſtrius, deſtinatis affixus, ac paternae voluntatis obſeruans. Ita quarta poſt noctem hora irremiſſe ſurgere & ſtato penſo intendere a decima veſperae quieſcere aſſuetus. Ab hoc domi & paedagogis ſimul a clasſicis Praeceptoribus in patria cum fratre SAMVELE, Conſule Islebico, dein Ducali Sax. Rationum magiſtro, demum Electorali Brandenb. Camer. Conſiliario commodum inſtitutus. Nec defuit ſenior frater IOHANNES, dum iuuenis in foro patriae cauſas afflictorum & parentes contra prauos homines tuebatur, is documento tali meritus, vt inclytae Wertheranae domus & equeſtris ordinis Elect. Saxon. per Duringiam conſiliorum moderator, & in Comitatu Mansfeldico ſequeſtrationis vices gerens, quem ſubſtitutum nominant, fieret: ad altiora cancellariatus & alia conſiliorum inter principes faſtigia fruſtra deſideratus, cum ſtare in veſtigio mallet, forſan praema-

Natiuitas.

Indoles.

Informatores.

maturi fati praeſcius, vti xxxvii. anno vitam clauſit. Vndecennis Noſter Portae Salanae Gymnaſio, quod coenobium Ciſtertienſis ordinis fuerat, a MAVRITIO Electore digne reformatum, curaeque IOHANNIS KÜHNII Rectoris, IVSTI GVTBIRII, ABRAHAMI BEVCHELII, IOHANNIS BARTHOLOMAEI, IOHANNIS GEORGII LAVRENTII, NICOLAI GABHOVII per ſexennium traditus nunquam exuit memoriam fidelium magiſtrorum, & Fructum regidioris inſtituti, in quod inducuerat, agnouit, tam charus ipſis, vt paulo poſt iuuenem collegam & Paſtorem, qualem ibidem Parens egerat, expeterent in Dresdenſi aula. Sedatum eius ingenium cum anno MDCLVII. in academiam Ienenſem abiret, dimiſſoriali elogio praedicantes cum aliis dotibus. Sed ille diſciplinae acceptae tenax & quieta cum induſtria deſtinatis intentus vni doctrinae & innocentis vitae tenori ſtudebat, priuatum agere praeoptans, vt conſcius fortunae, quam parens expertus, cui ſubinde puer & adoleſcens ſeruierat. Sed alio traxit vitae dator. Philoſophica Facultas vicennem an. MDCLXI. magiſterii honore mactum, ſubito iubet prodire, vt praeſidem cathedrae; breui poſt & Adiunctura ſui collegii ornat. Iam ante, repentino caſu popularis ſupremum humanitatis officium *Ienae & Sangerhuſae* executus, notus erat ſubitariis eucharisticis, ac a funere *Islebiam* ad fratris

Gymnaſio Portae traditur.

Ienam ſe confert.

Fit Magiſter & Facultatis Philoſoph. Adiunctus.

SAMVELIS nuptias a matre ob familiae ſtatum vocatus, inter hilaria excitur ad vicariam concionem apud Comitem Ronouicum, Bohemum exulem, egregiae virtutis, qui larem in vicinia fixerat. Aderat Comes IOHANNES GEORGIVS, vnicus tum confeſſor Euangelii e Mansfeldica domo, qui paria ſibi Feſto Iohannis Baptiſtae anno MDCLXIII. expetens, mox obtulit aulici concionatoris munus. Cum PHILIPPVS aulam fugeret, vt antea Diaconatum in collegio parentis, optante ſenatu anno praecedente oblatum; expetitur a Comite illuſtriſsimo iterum *Isleſiae* in LVTHERI cathedram Paſtor ad primariam aedem & Conſiſtorii aſſeſſuram, forte lugubri praematurae mortis euentu, in ANNA ELISABETHA HAGENIA *Hallenſi*, quae filiolum intra viginti dies praeſaga fati ſecuta erat, coniuge fratris IOHANNIS, in tantum laudanda, quantum foeminae virtus & gratioſitas eminet; ſolennia gratiarum egerat in coemeteriis motis mox hominibus in eius amorem habendi curatorem animarum talem, vocante igitur laudato Comite ad fratris, quem pro altero parente coluit, monitum, ſacrum munus adiit, probantibus Theologis MVSAEO, CHEMNITIO, GERHARDO & NIEMANNO, luminibus eccleſiae inextinctis, votis gratioſis viaticantibus. Sed poſt trimeſtre reuocatus a Serenisſimis academiae Nutritoribus ad Profeſſionem publicam Eloquen-

Concionatoris aulici munus ei offertur.

Paſtor conſtituitur.

quentiae & Poëseos, e voto Collegii Philoso- *Ienam redit ad Professionem Elaqu. & Poës.*
phici miro DEI consilio, cum GOTTFRIDVS ZAPFIVS in ipso aditu eius terras relinqueret & a discipulo dignissimo omni laude vir vltimū vale in exequiis accepisset. Post Professionem susceptam breui alia diuinae prouidentiae iudicia patuere. Poscente Serenissimo Duce FRIDERICO WILHELMO ad aulici concionatoris spartam *Altenburgum*, eaque remissa ad directorium Coburgici Gymnasii, spe simul facta generalis Ephoriae Ecclesiarum, quam & impletum iuit Serenissimus Dux ALBERTVS, & nouae academiae Professorem primum optauit, vti Serenissimus Dux IOHANNES GEORGIVS I. Consiliarium Ecclesiasticum, quod deinceps executus est filius cognominis Serenissimus. Pari clementia *Vinariae ac Gothae habitus;* Verum hic suae indolis & spei conscius id vnum fatetur, vt Ienae seruiret studiosae iuuentuti, & ecclesiae toti fideliter operaretur, procul tumultuosis curis, a quibus perpetuo abhorruit, ignotum & inglorium se agere moriue praeoptans. Cuius singulare argumentum imposuit monasterium B. Virginis Magdeburg. Ordinis Praemonstr. cui tam afflicto a duobus seculis, vt vix umbram sui redderet, Praepositum Conuentus & Ordines expetierant, vltimus sane Praelatorum, quem Serenissimus Dux AVGVSTVS, Administrator Archiepiscopatus ritu solenni confirmabat, nam proximo Maio

Principum in Müllerum Clementia.

Ienae docere praeoptat.

Monasterio Magdeb. praeponitur.

excesſit. Praepoſiti igitur *Magdeburgi*, & Profeſſoris Theol. extraordinarii Ienenſis ſpartam ſimul ornauit; honores doctorales theologicos, quos iam anno MDCLXXII. ambiuit, Ienae cum Promotorum applauſu adeptus. Poſtquam Ienae etiam ordinariae Profeſſioni Theologicæ diu vacuae vir quaereretur, MÜLLERVS concordi Principum voluntate anno MDCCII. accitus, omiſſis longe potioribus ſpecie commodoue dignitatibus per Praepoſituras & Abbatias, vti Profeſſiones, quae inter aduerſa offerebantur, vitae reliquum iſti, nutrici primae & eccleſiae B. Virginis tanto ſuo labore & periculo in aliqualem veteris fortunae habitum fauore Chriſti reſtitutae, pro eo, cum Deus & Superiores ſiuerint, impendere decreuit. Rectoratu academico quater, Decanatu vero in vtraque Facultate ſaepius eſt functus. Matrimonium inire noluit, ſed in hunc vsque diem manſit caelebs, cui vt ineunte ſenio DEVS vires & proſpera quaeque largiatur, enixe precor!

Doctor Theolog.

Ienam redit Votatus Profeſſor Theol. ord.

Scripta, quae reperta ſunt:

De Amore ſui. Ienae, an. 1659.
De neceſſitate & contingentia. ib. 1662.
De mixtione Rerumpublicarum. eod.
De incorporeitate DEI. 1663.
De perfectione. 1664.
De pluralitate religionum in eadem republica. 1664.

De

De ſummi imperii ſubiecto. 1665.
De colloquio cum mortuis. 1666.
De poculo ſalutis. eod.
De Entelechia. eod.
De Oſtraciſmo. eod.
De opulentia publica. 1667.
Sylloge Thematum miſcellorum. 1667.
De legibus. eod.
Bene & male dicta Machiauelli in Principe. 1668.
De decrementis imperiorum. 1668.
Machiauellus Ariſtotelicus, de flagitiis dominationis. 1670.
Themata politica miſcella. 1670.
Iniquitas magni Exempli, ſeu de ſententiis ex plenitudine poteſtatis profectis, von Macht-Sprüchen. 1671.
De vi & conditionibus primogeniturae. 1672.
De libertate humani arbitrii. 1672.
Crocodilus lacrymans ſ. ſincerator. eod.
Themata miſcella e Rhetoricis. 1672.
Orator vir bonus. 1673.
De praeſumtionibus. 1673.
Iubilaeus Romanus. 1675.
De ſatisfactione. eod.
De adiaphoris. 1675.
De ſtupore dentium e guſtu omphacis alieno, ſ. de Iure puniendi liberos propter peccata parentum. 1674.

De

De dulci amaro Apocal. 1676.
Inutilis curiositas Iacobi Masenii. 1676.
De praescriptionibus contra Luc. Opalenium.
De Praetextibus pacis. 1677.
De diffidentia modica. 1678.
Mediator. eod.
Nouus homo. eod.
Nomen in coelis scriptum.
De obliuione delictorum Iuuentutis. 1679.
De Iustificatione & gratia DEI. 1683.
Mnemosynon Colleg. Disp. in Artic. Smalcald. 1681.
De immutatione superstitum in fine mundi. 1682.
De statu confessionis ad Tertullian. de corona militis. 1685.
Disp. de Iure DEI in homines. 1701.
Theses de Theologia Compendiaria in Vniuersitate Ienensi pro loco in Facultate Theol. tenendo. Ien. 1701.
Disput. de Iesu Christo θεανθρώπῳ. ibid. 1704.
Et quaedam alia.

XLV.

Weisenbornius.

IOHANNES WEISSENBORN.

Professor Theol. design.

IN beato hoc Theologo Academiae Ienensis non secus ac in laudato ZESCHIO magna-

magna collocata fuit spes, dum etiam Professor Publ. fuit designatus, (quod Programma funebre P. P. Epitaphium, Epicedia aliaque scripta testantur) quae tamen & hoc ante solennem introductionem morte praematura ex viuis sublato euanuit. Nos huius in studiosam iuuentutem meritorum memores, quae de ipsius vita laudabiliter peracta scitu sunt necessaria, literis breuiter consignamus. Natus est beatus WEISSENBORNIVS *Siglicii*, in Praefectura Camburgensi, d. XXI. Nouemb. MDCXLIV. parentibus honestis, probis & moris integri, PETRO WEISSENBORNIO & SIBYLLA, foemina optima. Premebat eo tempore patriam belli tricennalis moles, nec tum exitus inter pacis consilia erat, quare satis habebant parentes, filium scholae publicae commisisse, vt prima doctrinae christianae capita disceret, ac simul instrueretur literis hac aetate dignis. Emicare tamen mox coeperunt ingenii dotes, quibus stimulati eum omni re iuuabant & studiis mancipabant. Cum igitur domi exegisset pueriles annos, *Numburgum* perrexit ibidemque scholam senatoriam frequentauit, magistris vsus fide, dexteritate & meritorum honore claris, imprimis sub Rectore, THEOPHILO COLERO, posthac *Ienae* Superintendente Generali &c. Confecto studiorum cursu, in quo solemus occupari, antequam transimus in academias, *Ienam* se contulit anno MDCLXV. mense

Nascitur.

Eius Parentes.

In schola patria informatur.

Numburgum abit.

Ienam.

mense Martio, & propter ardorem doctrinae, candorem & moris humanitatem charus esse coepit FRISCHMVTHIIS, WEIGELIIS, BOSIIS aliisque sapientiae humanae Doctoribus, a quibus hausit quotidie, quod in animo fideliter sederet. Quoniam vero in academiis parum recte scitur, nisi & alii sciant, quousque processerit quis, ideo publicam cathedram non semel exornauit perorando, disputando. Haec enim sunt illa exercitia, per quae indoles cultior fit atque futuris negotiis apta. Post edita & probata ingenii monumenta honores magisterii de sententia aliorum petiit & anno MDCLXVII. mense Augusto publice accepit, qua occasione a magno doctorum hominum arbitro & aestimatore, VITO LVDOVICO a SECKENDORFF, Consiliario quondã intimo & Cancellario Saxo-Citizensi commendatꝰ in aula, stipendium a Serenissimo Principe MAVRITIO, Saxoniae Duce, & Numburgensis Episcopatus Administratore postulato, impetrauit, subsidium ingens ad coepta fideliter absoluenda. Interea temporis in conuictu erat ac bibliotheca Domini DAVIDIS LIPACHII, Ecclesiae Ienensis Archidiaconi, cuius voluntatem singularem praedicauit semper in se iuuando praesertim & ad futura exornando. Ab hoc transitus patuit ad MVSAEOS, CHEMNITIOS, GERHARDOS, NIEMANNOS, BECH-

Philosophiae studet.

Perorat & disputat.

Fit Magister.

Stipendium impetrat.

Ipsius hospes.

Praeceptores Theologi.

Digitized by Google

BECHMANNOS, GOEZIOS, quorum ſingulorum exempla & praecepta ſecutus in vita, munere & praxi, tanta quidem deuotione mentis, vt gratus vbique foret. Inter alios autem praecipue B. GOEZIVS Noſtro ſauebat, ac de meliore nota ipſum laudauit *Smalcaldienſibus*, vt ſcholae praeeſſet ibidem Lutheranae & vires periclitaretur ad gloriam diuinam augendam & commoda iuuentutis promouenda. Vndecim prope annos exegit in hoc puluere non ſine publica approbatione ſingulorum, quod in meliorem incidere non potuerint moderatorem pubis eruditae. Ex chalcide hac, ſicut MELANCHTHON *Smalcaldiam* propter continuatum ferri opus appellauit, ex ſolius GOEZII commendatione *Hildeſiam* vocatus eſt, vbi oratione inaugurali finita ob vocationem ad Gymnaſium Liuonum ex Rectore vocato primus Gymnaſii Andreani Director eſt conſtitutus, ita, vt Rector alius ei ſubſtitueretur, cui functioni quoque ſumma fidelitate & prudentia praefuit, vsque dum *Erfurdiam* vocaretur, vt in aede Praedicatorum obiret munus Paſtoris, antiſtitis ſacrorum primarii & Inſpectoris Gymnaſii. Huic vero conciliaturus maiorem ſplendorem de conſilio Procerum Eccleſiae & ad exemplum anteceſſorum ſummos in Theologia honores citra ambitionem, in matre ſtudiorum capeſſere voluit anno MDCXCII, menſe Martio. In hac

Commendatur Smalcaldienſibus.

Hildeſiam abit.

Erfordiam vocatur.

Theolog. Doctor creatur.

hac vrbe ſedem omnis fortunae collocauerat, ibidemque cum vxore ſibi charisſima, MA-
Eius coniux & liberi. RIA SABINA HORNIA, filia CATHARINA MARGARETHA, reuerendo admodum & clarisſimo viro, M. HENRICO IVLIO LOZIO, Diacono in templo Auguſtinorum Euangelico, & Conuentus Eccleſiaſtici Aſſeſſori, auſpicatis nuptiis elocata; filiis natu maiore, maxime reuerendo viro, IESAIA FRIDERICO, hodie ſacrae Theologiae Doctore, Eccleſiaſte Ienenſi, Conſiliario Eccleſiaſtico & Conſiſtorii, quod Ienae eſt, Aſſeſſore grauiſsimo; ſecundo M. IO. FRIDERICO, in GYMNASIO Erffurtenſi hodie Graecae linguae Profeſſore; tertio HEINRICO GERHARDO, S. S. Theologiae C. nec non IOHANNE, Philoſophiae & Iuris Studioſo, conſeneſcere & tranquillam vitam agere cupiebat. Verum in ſede hac intentus manſioni duraturae praeter ſpem & expe-
Ienam abit. ctationem *Ienam* vocabatur ad munus Conſiliarii Eccleſiaſtici, Superintendentis, Aſſeſſoris Conſiſtorii & Paſtoris Eccleſiae Primarii obeundum, nec facile deſcribi poterit in praeſenti animus omnium, ſiue conſenſus laetitiae publicus, quo aduentantem excepere, non explicari verbis poterit amor, quo cuncti propendebant in illum ſincero affectu. Omne ſane ſtudium vtilitati publicae nauaſſet, niſi
Morbo premitur. mors inopinata impediuiſſet. Sacra enim dum tractabat, morbo tentabatur contumaci inter-

ternecino, febri ardenti. Nil deerat, quicquid ab humana ope desiderabatur; nihil tamen erat tam efficax tamque salubre, quod a morte illum conseruaret, diem itaque obiit d. 20. Apr. MDCC. *Moritur.*

Typis exscribi curauit:

Einen teutschen Entwurff des Syntax. mit dem Anhange vom Brauch der Particularum. 8.

Rhetoricae initia, vbi de facie hodie requisitae Rhetor. deque ratione legendi, auscultandi, excerpendi, seligendi, siue pura a barbaris distinguendi, variandi, amplificandi, imitandi &c. praecipitur. 12.

Vnum in scholis & academiis necessarium. 12.

Delineationem Atheismi & Enthusiasmi. 4.

Disput. Inauguralem, *Anima pro anima &c.* 4.

Nucleum logicum cum vsu Theologico vberrimo & processu disputandi. 12.

Kurtze Beschreibung der Buße/ des Glaubens und neuen Lebens. 8.

Smalkaldisches Gebet-Büchlein/ nebst allerhand kräfftigen Lebens-Regeln. 12.

Raths-Predigten.

Leich-Predigten.

Programmata.

XLVI.

IOHANNES PAVLVS HEBENSTREIT.

Hebenſtreiti

Patria.

Natalis.

Parentes.

EDidit HEBENSTREITIVM bono publico *Neoſtadium* ad Orlam anno ab inſtaurata per Chriſtum ſalute milleſimo ſexenteſimo ſexageſimo ſecundo, die vigeſimo quinto Iunii, patre viro clariſſimo, Dn. IOHANNE HEBENSTREITIO, tunc ſcholae Neoſtadienſis Rectore, ac deinde inſpectionis eiusdem ſeniore & Paſtore in Neuenhofen; matre vero foemina iis virtutum ornamentis, quae in hoc ſexu praedicari ſolent, decorata, REGINA, M. DAVIDIS STEMLERI, Archidiaconi Neoſtad. meritiſſimi, *νῦν ἐν ἁγίοις*, filia. Hi parentes, cum filium donis abunde a DEO cumulatum animaduerterent, vt ad virtutem & literarum ſtudia educaretur curarunt, parentis igitur, optimi Didactici, opera ita profecit, vt eo facilius ad altiora progredi potuerit. Quod etiam (rarum ſane exemplum!) Graece exactiſſime loqui ſciat, ſaepe enim cum Graecis, quod ipſe audiui, ſine haeſitatione eſt collocutus, illi acceptum refert. *Geram* igitur ad mercaturam bonarum artium eſt miſſus, vbi B. KOEBERI, Rectoris, nec non ZOPFFII, Conrectoris informatione biennium ferme

Studia Neoſtadi.

Gerae.

Digitized by Google

me est vsus. Deinde *Gotham* se contulit, vbi B. HESSIVM ac M. RVMPELIVM tum in selecta Professorem, postea Salzungensium Superintendentem de Ecclesia Christi meritissimum diligenter audiuit. Instructus ita & praeparatus ad altiora atque inter stipendiatos Gothanos clementissime receptus *Ienam* petiit, vbi Deus studia ipsius ita secundauit, vt primo statim anno sub Magnifici Domini D. BECHMANNI praesidio duas Disputationes Theologicas *de Praedestinatione* a se elaboratas, ventilandas exhibuerit. Interim tamen nec Philosophica neglexit, sed vt in Gymnasiis ea diligenter excoluerat: sic in academia decenter continuauit atque ducibus Philosophis excellentissimis, FRISCHMVTHIO, WEIGELIO, POSNERO, VELTHEMIO, SCHVBARTO, SAGITTARIO in illis ita profecit, vt secundo anno magisterii Philosophici gradu sit ornatus. Postquam igitur Ienae studiis Theologicis, Philologicis & Philosophicis operam dederat, ac Theologos Magnificos MVSAEVM, BECHMANNVM, BAIERVM strenue sectatus erat, a magno eruditorum aestimatore, VITO LVDOVICO a SECKENDORF, B. D. SCHERZERO, Lipsiensi Theologo summo commendabatur, vt huius consiliis & instructione vteretur. *Lipsiae* vero non diu perseuerauit; sed Ienam rediit, vbi varia collegia aperuit, disputationes eruditas defen-

Gothae. *Ienae.* *Disput.* *Magisterium Philosoph.* *Lipsiam se confert.* *Ienam redit.*

Digitized by Google

dit & Amplisſimae Facultatis Philoſophicae
Adiunctus Fac. Philoſ. Adiunctus eſt conſtitutus. Commendabatur etiam cum aulae proceribus tum ipſi Serenisſimo Principi ac Domino, Dn. IOHANNI GEORGIO &c. huic a laudatisſimo SECKENDORFFIO, illis a Dominis Profeſſoribus, Magnifico BECHMANNO praecipue, vt profeſſioni Logices ac Metaphyſ. praeficeretur, quae commendationes tantum potuerunt, vt Profeſſio Philoſoph. extraordinaria &
Profeſſor Phil. extraord. deinde Moralium quoque & Politices ordi-
Moral. ac Polit. ord. naria illi ſit demandata; queis functionibus per tredecim annos ita praefuit, vt & ore & calamo ſtudioſae iuuentutis commodis quotidie conſuluerit. Et hac felicitate ego quoque ſum fruitus, dum in Philoſophicis parlter ac Theologicis eum ducem habui, nec unquam obliuioni tradam, quod opera & conſilio me ſemper iuuerit. Hanc dexteritatem etiam reſpexit Serenisſimus Princeps ac Dominus, Dn. IOHANNES GVILIELMVS, Dux Saxon. I. C. & M. &c. qui Conſiliarii
Conſiliarius Conſiſtor. Conſiſtorialis dignitate eum clementisſime ornauit, ac deinde an. MDCXCVII. quo Doctoris Theol. gradum capeſſere volebat, literas ſyſtaticas ad ſumme reuerendam Facultatem Theologicam in Vniuerſitate Altdorffina illi dedit, quae vt laudabili deſiderio ſatisfieret, effecerunt. Concio igitur δοκιμαστικὴ
Doctoratus Theolog. habebatur Dom. II. Adu. de extremo Iudicio, occaſione Euangelii Luc. XXI, 25. ſeqq. Sequen-

quente die disputatio *de Forma Regiminis in Ecclesia,* ab ipso defendebatur. Solenni actu Doctorali peracto *Ienam* redibat, vbi Philosophica & Theologica studiosis ad ἀκρόασεις sua confluentibus proponere perrexit, vsque ad annum MDCCI. quo ad munus Professoris Theolog. ordinarii obeundum clementissime vocatus Facultati Philosophicae vale dixit. Rectoratum academicum, & Decanatum in vtraque Facultate saepius administrauit. Turbulenta ingruebant tempora, quibus Noster non parum commouebatur, ipsum enim rerum inconstantiam, summumque honoris fastigium fulminibus maxime esse obnoxium, docebat experientia. Fatum tamen coeleste osculans singulari nutu Serenissimi Principis ac Domini, Domini GVILIELMI ERNESTI, Ducis Sax. &c. Domini nostri clementissimi, Consiliarius Protosynedrialis & Synodalis Saxo-Vinariensis, nec non Pastor & Inspector Dornburgensis constitutus A. C. MDCCV. Dornburgum se conferebat, vbi adhuc (faxit Deus in posterum quoque feliciter) Ecclesiae Christi praeest! Synodales conuentus solennes egit anno Chr. cIↃIↃccvi. Dornburgi, vbi post concionem de Confessionibus in aede sacra a plurimum Reuerendo Dn. M. IO. CHRISTOPHORO LISTIO, Vtenbacensis Ecclesiae Pastore vigilantissimo, ac Inspectionis Dornburgensis Adiuncto dignissimo, habitam, dis-

Professor Theol.

Rector & Decanus.

Consiliarius Protosyn. & Synodalis, nec non Pastor & Inspector Dornburg. constituitur.

Disputat.

sertationem *de Augustanae Confessionis autoritate* me Respondente ad Dnn. Confratrum συζήτησιν proposuit. Deinde *Apoldae* anno clɔ Iɔccviii. vbi de peccato orig. disputauit publice. Porro Vinariae, Dornburgi, Buttstadii, Roslauiae, &c. Tori socia ipsi fuit prior foemina honestissima SOPHIA BALDVINA, ICti celeberrimi BALDVINI, Schönburgensis quondam Consiliarii & Praefecti Glauchauiae, demum Geranorum Syndici filia, ex qua tres suscepit liberos, quorum vnicus adhuc in viuis est, IOHANNES FRIDERICVS, Philos. Magister, qui nuper pro Praesidio disputauit de Synodo Quini sexta. Beate illi demortuae A. C. MDCCVI. d. 13. April. succesit virgo, quae sexus sui ornamentum, CHRISTINA ELISABETHA ILLGIN, viri amplissimi ac prudentissimi Dn. IACOBI ILLGENI, Notarii Publ. Caes. nec non Camburgensium Consulis meritissimi, iam vero beati, filia, quae maritum vtriusque sexus liberorum parentem fecit.

Matrimonium prius.

Publico bono edidit seqq.

Philosophiam primam ad mentem veterum sapientum, in modum scientiae vere demonstratiuae concinnatam. Ien. 8.

Institutiones Logicas sacras. ibid. 8.

Philosophiam moralem in modum scientiae integrae ac verae demonstratiuae, ac vniuersum naturae ius complectentem. 8.

Theo-

Digitized by Google

Theologiam naturalem. 4. & 8.
Scriptum de Theologis multiplici calumnia appetitis. Ien.
Diſpp. de praedeſtinatione duas, quarum altera pro B. Muſaeo contra Marpurgenſem Reformatum, D. Sam. Andreae compoſita eſt. ibid.
Inauguralem Diſp. de Forma Regiminis in Eccleſia. Altdorf.
De Epiphania & Epiphaniis. Ien.
De ſponſo in nuptiis Canae Galilaeae. ib.
De Eremitis ſ. Anachoretis. ib.
De conſcientia practica & eius obligatione.
De praedicationibus exhibitiuis contra D. Ioh. Simonis, Francof. ad Od. Profeſſor. ibid.
De Iohanne Eremita, Eremitis in Papatu prorſus diſsimili.
De libertate arbitrii contra recentiorem quendam Reformatum.
De ſcientia Dei media, contra Gisbert. Voëtium.
De primis chriſtianis Imperatoribus.
De Auguſtanae Confeſſionis nomine & cauſis.
De horribili terrae Siculae motu.
De locuſtis immenſo agmine Ienenſem aërem an. 1693. peruagatis.
De remediis aduerſus locuſtas, inprimis Pontificiorum quorundam methodo expel-

lendi eas per excommunicationem, aquam luſtralem & exorciſmum.

De legibus Eccleſiaſticis in genere.

De legibus Eccleſiae vniuerſae, pariterque de iis, in quibus illae conditae ſunt, conciliis, inprimis oecumenicis contra Bellarm. & Baronium veritatem hiſtoricam peruertentes.

De Canonibus, vt vulgo dicuntur, Apoſtol.

De collectoribus Canonum, Gratiano inprimis.

De Theologiae Exegeticae natura & conſtitutione.

De Theologiae Exeget. Fine, inprimis de genuina ſcripturae ſ. interpretatione, &, quae huic opponitur, παρερμηνεία.

De ſcripturae ſ. ſenſu.

De ſumma ſcripturae ſ. autoritate, contra praetenſam librorum apocryphorum vulgatae verſionis, Romanae Eccleſiae, ac traditionum aequalitatem vindicata.

De Auguſtanae Confeſionis autoritate, Diſp. Synodalis, Dornburgi habita.

De peccato origin. Diſp. Synod. Apoldae habita.

Syſtema Theologicum. 1707. Francof. & Lipſ. apud H. C. Cröker.

De propoſitionibus perſonalibus Diſſert. Theologicam in Synodoli Conuentu Dornburgi habita. 1710.

De

De duarum Christi naturarum communicatione, Dissertationem Theol. Synodalis Roslauae hab.

Dissertationē de Maiestatis communicatione priorem in Synodo Prouinciali Vinariensi Cal. Aug. 1710. celebrata, post homiliam in aede sacra habitam piasque preces ibi recitatas Dn. Confratrum eruditae placidaeque συζητήσεις expositam. 1710.

Dissertationem de Maiestatis communicatione posteriorem, in solenni conuentu synodali Buttstadi. 1710. habitam.

XLVII.

MICHAEL FOERTSCHIVS

Foertschius

PRimam vitae vsuram hausit *Werthemii*, oppido ad Tubaris Moenique confluentem, A. C. MDCLIV. natus patre nobilissimo & amplissimo IACOBO FOERTSCHIO, Senatore Wertheimensi grauissimo; matre virtutibus non vulgaribus praedita, MARGARETHA, ex clara Eluuertorum familia orta. Pientissimi hi parentes, vt filius, sacra baptismatis vnda tinctus fidelium Praeceptorum ductu bene educaretur, curam impenderunt. *Durlacum* igitur missus fidelissimis Doctoribus FECHTIO & ARNOLDO praeeuntibus ex omnium voto pro-

Nascitur.

eius parentes.

Durlacum mittitur.

Argentoratum. fecit. Hinc *Argentoratum* se contulit, vbi Philosophorum ac Theologorum Excellentissimorum OBRECHTII, ZENTGRAVII, FAVSTII, BEBELII, SCHMIDII aliorumque opera in Philosophicis pariter ac Theologicis progressus fecit optatissimos. Anno MDCLXXVIII. vberioris doctrinae percipiendae causa *Ienam* profectus est, vbi inprimis MVSAEVM, BECHMANNVM, BAIERVM, SAGITTARIVM, SIMONEM & BECKIVM sectatus est. Inde *Helmstadium* concessit, vbi singularem D. TITII, primarii Theologi & illustris CONRINGII beneuolentiam expertus illius conuictu huiusque bibliotheca rarissimis libris instructissima vsus est. Inuitatus vero celebritate nominis viri religiosa sanctimonia multaeque eruditionis Theologicae laude conspicui, IO. ADAMI SCHERZERI, Saxonia inferiori relicta *Lipsiam* se contulit. Summi igitur huius Theologi consiliis adiutus *Altdorfum* abiit, vbi Professores tanquam sidera fulgentes, WAGENSEILIVM & STVRMIVM inprimis nec non *Norimbergae* viros ingenio & doctrina praestantes sibi conciliauit fautores. Hoc modo effecit, vt eruditio eius sese non amplius intra academiae spatia contineret, sed passim cum alibi tum praecipue in aula Durlacensi admiratores inueniret. Quam ob eruditionis Theologicae famam anno MDCLXXXV. muneri ecclesiastico, quod

Ienam proficiscitur.

Helmstadium.

Lipsiam.

Altdorfum.

Constituitur Durlaci Diaconus & Prof.

Digitized by Google

quod Diaconatum vocant, & in Gymnasio illustri professorio praeponebatur. Anno MDCLXXXVI. in academia, quae *Giessae* Hassorum floret, S. Theologiae Doctor renunciatus ac proclamatus, sequente vero antistes sacrorum aulicorum & consiliarius inauguratus pro salute & suae fidei & totius ecclesiae laborauit omnesque neruos contendit, vt doctrina christiana ab omni corruptela sarta, tecta & integra conseruaretur. Plures annos eadem fidelitate, nisi funestum & atrox bellum Gallicum piis conatibus fuisset reluctatum, ibidē perstitisset, multae enim vrbes grauiter vexabantur, multi facultatibus exuebantur, multa hominū vtriusque sexus, cuiuscunq; conditionis & aetatis millia contristabantur, quare Serenissimi Principis iussu *Basileam* abiit, & *Loeraci*, in dynastia Rotelensi, Basileensibus finitima, ministris Ecclesiae disputationum argumenta typis exscripta suggesit. Interea fama de eruditione & rebus a FOERTSCHIO optime gestis percrebuit, atque ad Serenissimum Principem ac Dominum, Dominum EBERHARDVM LVDOVICVM, Ducem Würtenbergensium Clementissimum peruenit, qui ipsum anno MDCXCV. vergente in academiam Tubingensem vocauit, Theologiae Professorem publicum & stipendii ducalis Ephorum constituit. Ibi etiam in DEI gloria ac studiosorum salute omnē operam, cogitationem, mentem deni-

Doctor Theol. renunciatur.

Basileam venit.

Vocatur Prof. Theol. Tubingae.

Digitized by Google

denique omnem figebat & locabat vsque ad annum MDCCV. quo a Serenissimis Saxoniae Ducibus, Nutritoribus academiae Ienensis munificentissimis Professor Theologiae primarius ac summe reuerendae Facultatis Theologicae Senior in Salanam vocabatur, vbi etiam sub radiis Serenissimi Principis ac Domini, Dn. GVILIELMI HENRICI, Ducis Saxoniae, Iuliaci, Cliuiae & Montium &c. Rectoratus academici bis, aliquoties vero Decanatus sua in Facultate dignitate exsplenduit. Caeterum Vir Magnificus mira perspicuitate & industria auditoribus viam ad solidam eruditionem Theologicam consequendam commonstrat, coelestē veritatem contra iniquos illius osores ac rosores ore & calamo strenue defendit.

Ienenſi.

Fungitur Rectoratu & Decanatu.

Scripta eius ad omnem posteritatem mansura sunt seqq.

Meditatio de origine scripturae sacrae, prout ea lumini naturae conueniens est, vbi Huetii inprimis & Conringii sententiae de vi argumentorum hic instituendorum expenduntur. 4. Durlaci, 1684.

Dissertatio inauguralis de analogia fidei, e sacra scriptura non modo, sed & historia ecclesiastica deducta. Giessae, 1688.

De priuata fidelium institutione ex officio ministri ecclesiae, Diss. Loeracii in aedium

Ca-

Capitularium conuentus ecclesiastici conclaui maiori habita. 1691.

De officii Christiani efficacia iuxta naturam & gratiam. ibid. 4. 1694.

Das in GOtt stille Christenthum mit seinem Interesse aus GOttes einigem Wesen und Würckung ausgeführet ꝛc. nebst Historischem Vortrage deren Abwegen und Irrthümer derer Geistler und Quietisten. 8. Franckf. 1696.

Specimen e Theologia dogmatica & morali desumptum, de rerum conditu, primo obligationis erga DEVM, Dominum, indice, 4. Tubing. 1697.

Diui Ambrosii, Episcopi Mediolanensis de officiis libri tres, cum commendatione loco manuductionis ad Philosophiam moralem & Iurisprudentiam naturalem & christianam veterum Ecclesiae Doctorum. 8. Stutgard. 1698.

Decas selectarum dissertationum Theologicarum, cum appendice duarum orationum. 4. Tubing. 1704.

Dissertatio Isagogica, repetitionis doctrinae christianae, e verbo DEI instituendae pia antiquitate aliisque subsidiis illustrandae vsibus polemicis & practicis deducendae. Ien. 1705.

De peregrinationibus religiosis Iudaico-Ethnico-Pontificiis, autore Io. Iacobo Seelig/ M. Francof. Ien. 1705.

Bre-

Breuiarium controuerſiarum praecipuarum ac modernarum. Ien. 1706.

Commendatio ad verba foederalia Luc. XX, 37. 38. Ien. 1707.

De Catholiciſmi gratiae, ad gentiles ſub V. T. pertingente oeconomia, autore Iacobo Chriſtoph. Zandt. Durl. Ien. 1707.

Conſideratio hiſtorico-Theologica τῶ ἀσυγχωρίτω in peccato aduerſus ſpiritum ſanctum. Ien. 1707.

De aeterna & temporali generatione Meſſiae, qua ſimul hypotheſes Petri Poiret & Bernardi Connor in hoc argumento ſecundum ſcripturam examinantur & cum eo conferuntur, autore Carolo Ludouico Hahn, Thuringo. Ien. 1707.

De Exceſſibus in pietatis ſtudio, iuxta veritatis, charitatis atque prudentiae regulas caute euitandis, autore M. Henr. Barth. Argent. Ien. 1708.

Diſcuſſio principalium punctorum Theologicorum noſtro tempore maxime controuerſorum, Pars I. & II. Ien. 1709.

Diſſertatio Epiſtolica de notitia rerum diuinarum & ſacrarum in irregenito, ad Virum ſumme Reuerendum Ioannem Fechtium, Doctorem Theologum ſeniorem, deque Eccleſia Chriſti longe meritiſſimum. 4. Ien. 1709.

Exercitatio Theologica, trigam controuerſiarum recentiorum ac ſelectarum ex doctri-

ctrina de peccato originali continens. Resp. M. Iacob. Michael Webero. Ien. 1710.

XLVIII.

IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS

Buddæi

LVcem primitus adspexit Anclami, oppido Pomeraniae citerioris celebri & probe munito A. O. R. MDCLXVII. d. XXV. Iun. Pater ipsi fuit Vir maxime reuerendus, M. FRANCISCVS BVDDEVS, Pastor ibidem primarius & Synodi Praepositus, qui singulari eruditione ac pietate omnium bonorum beneuolentiam & charitatem sibi conciliauit. Hic filium a teneris ad Christum & christiana φροντιστηρια adduxit, vt a primis annis rudimentis pietatis imbueretur. Indoles & ingenii bonitas vix degustatis literis indicarunt, qualis aliquando futurus esset, quare institutioni praeceptorū doctissimorū, inprimis clarissimi DANIELIS SCHÖNEMANNI, post Rectoris Gripswaldiae, tandemque Inspectoris Bardi commendatus illos attente audiuit, audita diligenter repetiit ac in humanioribus ita profecit, vt plurimis iisdem studiis initiatis palmam praeriperet. Artium igitur & linguarum fundamentis probe positis anno aetatis decimo septimo *Wittebergam* tan-

Patria. Natiuitas.

Parens.

Educatio.

Wittebergae

tanquam ad vberiorem literaturae mercaturam ſeſe contulit, & cum probe intelligeret,
Philoſophiae ſtudet. Philoſophiam animos praeparare ad ſatus accipiendos eaque mandare his & ſerere, quae adulta fructus vberrimos ferant, praeeuntibus excellentiſſimis CHRISTIANO DONATI, CHRISTIANO RÖHRENSEE, IO. BAPTISTA RÖSCHELIO, THEODORO DASSOVIO, RVDELIO &c. tantam ad illam adhibuit diligentiam, vt de rebus Philoſophicis non tantum rite iudicare, ſed & ſententias exponere illasque expoſitas ore & calamo defendere potuerit. Deinde omni alia cogitatione poſthabita in Theologia incubuit atque in perſcrutandis & penitus cognoſcendis antiquitatibus fuit occupatus, & ne a tramite aberraret, duces elegit inprimis viros laude ingenii ac doctrinae conſpicuos,
Theologiae operam dat. MICHAELEM WALTHERVM, CONRADVM SAMVELEM SCHVRZFLEISCHIVM & IO. GEORGIVM NEVMANNVM, quorum ductu eximios fecit progreſſus. Ibidem etiam ſummos in Philoſophia honores ambiebat, quos non ſolum cum laude conſecutus; ſed etiam cum
Diſputat & docet. publice ſaepiſſime diſputando tum priuatim alios docendo tuitus eſt. Inde cumulabantur
Receptio in numerum Aſſeſſorum. praemia, ſiquidem ab inclyta Facultate philoſophica in numerum Aſſeſſorum recipiebatur. Deinde academiae Salanae celebrate inuitatus Ienam ſe contulit, vbi erudita diſ-
Ienae diſputat & docet.

ſer-

sertatione de *Ludouico Bauaro* ingenii praestantia ante oculos posita docendi licentiam impetrauit, summorum virorum, BECHMANNI & BAIERI Theologorum, POSNERI & SAGITTARII νῦν ἐν ἁγίοις, & illustris WEDELII fauore adiutus. Anno MDCXCII. a serenissimo Principe ac Domino, Domino ALBERTO, Duce Sax. Professor Graecae & Latinae linguae in Gymnasio Coburgensi constituebatur, ex quo sequenti anno Halam Saxonum ad Professionem Ethices & Politices vocabatur. Tandem titulū & honores Doctorales consecutus a Serenissimis Salanae Nutritoribus Ienam inuitatus oblatam Professoris Theologi spartam accepit, quam hucusque cum Rectoratu academico & Decanatu Theologico, quoties ordo eum tetigit, pro viribus ornauit. *Vocatio Coburg. & Ienam.*

Scripta ab eo edita sunt seqq.

Dissertatio historica, de symbolis eucharisticis. Witteb. 1687.

Dissertatio Philologica de Theodotione. ib. 1688.

Dissertat. prior, de ritibus Ecclesiae Latinae iudaicis. ib. 1688. posterior, de iisdem ritibus. ib. 1689.

Exercitatio philosophica, de instrumento morali. ib. eod. anno.

Dissert. Philolog. de Allegoriis Origenis. ib. eod. an.

Digitized by Google

Dissert. historica de Ludouico Bauaro Imp. Rom. Ien. 1689.

Dissert. Philol. de ruina murorum Hierichuntorum. ib. 1690.

Dissert. historico-politica, de artibus tyrannicis Hieronymi Sauanorolae. ib. 1690.

Dissert. Philosoph. de paradoxo Platonicorum, Deum nec intelligere nec intelligi. Θεῖον ἐπιχειρὸν, seu illud, quod in oratione diuinum est, ad illustrandam Sect. XXXI. Dionysii Longini. ib. an. eod.

Dissert. hist. de peregrinationibus Pythagorae. ib. 1692.

De origine Cardinalitiae dignitatis, schediasma historicum. ib. an. eod.

φιλόσοφος φιλόμυθος, i. e. Philosophus fabularum amator, dissertatione historico-Philologica delineatus.

Prudentiae ciuilis Rabbinicae specimen, s. R. Isaaci Aberbenalis dissertatio de principatu Abimelechi, obseruationibus illustrata. 12. Coburgi, 1693.

De eo, quod abominabile Deo est, ceu charactere legis moralis. Halae, 1694.

De iure Zelotarum in gente Ebraea. ib. an. eod.

Dissertatio politica de expeditionibus cruciatis. ibid. an. eod.

Obseruationum politicarum in C. Cornelii Taciti Annal. lib. 1. Diss. I. ib. an. eod.

Ob-

Obſeruationum politic. in C. Cornel. Tac. Annal. lib. 1. Diſſ. II. ib. an. eod.

Diſſertatio inauguralis, de capitibus quibusdam fidei, de quibus clariſimi viri Petrus Chauuinus, Vrigniusque inter ſe contendunt, Praeſide B. Io. Guilielmo Baiero, SS. Theol. Doct. Prof. P. Conſiliario Brandenburgico &c. ibid. 1695.

Obſeruationum politicarum in C. Cornelii Tac. Annal. l. 1. Diſſ. III. ib. an. eod.

Obſeruat. polit. in C. Cornel. Taciti Ann. l. 1. Diſſ. IV. & vltima. ib. an. eod.

Programma hiſce diſſertationibus, de C. Corn. Tacito praemiſſum. ib. an. eod.

Hiſtoria Iuris naturae, item Synopſis Iuris Naturae & Gentium iuxta diſciplinam Ebraeorum, prodierunt vna cum Philippi Reinhardi Vitriarii Inſtit. Iuris Naturae & Gent. 8. Hal. 1695.

Dialogus de moribus Philoſophorum. 12. Ien. an. eod.

Diſſert. moralis de ſucceſſibus Primogenitorum. Hal. an. eod.

Diſſert. moralis de pietate ſeu religione naturali. ib. an. eod.

De Iure belli circa res ſacras. ib. a. e.

Diſp. politica, de Principe legibus humanis, ſed non diuinis ſoluto. ib. a. e.

De praecipuis Stoicorum in Philoſophia morali erroribus, Diſſ. I. ib. a. e.

De meritis Serenissimae Gentis Brandenburgicae in Philosophiam literasque humaniores, oratio. ib. 1696.

De praecipuis Stoicorum in Philosophia morali erroribus, Diss. II. ib. a. e.

De praecipuis Stoicorum in Philosophia morali erroribus, Diss. III. ib. a. e.

De praecipuis Stoicorum in Philos. mor. erroribus, Diss 4 & vltima. ib. a. e.

De habitu animae eiusque facultatum ad actiones morales. ib. a. e.

Dissert. politica de ratione status circa foedera. a. e.

Elementa philosophiae practicae, in quibus continentur 1. Ethica. 2. Iurisprudentia naturalis. 3. Iurisprudentia gentium. 4. Politica generalis. 5. Politica specialis. ibid. 1697.

De amore felicitatis suae ordinato, ceu primo iuris naturae principio. ib. a. e.

Oratio funebris in obitum perillustris ac generosissimi Domini, Domini Sigismundi, Lib. Baronis de Bibran & Madlau, Domini in Reisick &c. XIII. Cal. Maii anno MDCXCVII. habita, & cum aliis monumentis funebribus in fol. Goerlitiae impressa. ib. a. e.

Theses Philosophicae, de naeuis Ethicae Aristotelicae. ib. 1698.

Dissert. Philosophica de Scepticismo morali. ib. a. e.

An

An naturali homines polleant vaticinandi facultate. ib. a. c.
Ethica Thaletis Milesii. ib. 1699.
Ethica Pittaci Mitylenaei. ib. a. c.
Ethica Biantis Prienei. ib. a. c.
Ethica Solonis Salaminii. ib. a. c.
Legum Solonis & Mosaicarum *collatio. ib.* a. c.
Ethica Cleobuli Lindii. ibid. a. c.
Ethica Periandri Corinthii. ib. a. c.
Ethica Chilonis Lacedaemonii. ib. a. c. quae Dissertationes coniunctim sunt editae sub hoc titulo:
Sapientia Veterum, hoc est, dicta illustriora septem Graeciae Sapientum, dissertationibus aliquot academicis explicata, vna cum Programmate: de vero & genuino Philosophiae moralis apud Christianos vsu. ibid. a. c.
Dissert. moralis, de cultura ingenii. ib. a. c.
Dissert. politico-moralis, de officio imperantium circa conscribendum militem, ibid. 1700.
Der Weg der Vollkommenheit in dem frühzeitigen Tode des Gerechten/ in einer Trauer-Rede/ als die Hoch-Edle/Hoch-Ehr-und Tugendbegabte Frau/ Frau Maria Catharina Stryckin/ gebohrne Alexandrin ꝛc. zu ihrer Ruhestätte bey Volckreicher Versammlung d. 29. Nou an. 1700. gebracht wurde/ vorgestellt.

ſtellt. Impreſſa eſt haec oratio cum aliis monumentis huc ſpectantibus. ibid. a. e.

Concordia religionis chriſtianae, ſtatusque ciuilis. ib. 1701.

De Teſtamentis ſummorum Imperantium, ſpeciatim Caroli II. Hiſpaniae Regis. ib. a. e.

Diſſert. Iuris gentium, de contrauentionibus foederum. ib. a. e.

Diſſert. hiſtorico-moralis de eo, quod decet circa ſolennia Principum. a. e.

Diſſert. hiſtorico-moralis de ſuperſtitioſo mortuorum apud Chinenſes cultu. ibid. a. e.

Diſſert. hiſtorico-moralis de καθάρσει Pythagoraeo-Platonica. ib. a. e.

Diſſert. hiſtorico-moralis de ἀσκήσει Philoſophica.

Vlterior diſquiſitio de Iure gentis Auſtriacae in regnum Hiſpanicum, in qua reſpondetur ad ea, quae in Commentariis hiſtoriae literariae inſeruientibus, qui in Gallia iuſſu & auſpiciis Serenisſimi Ducis Cenomanenſis publicae luci exponuntur, diſſertationi de teſtamentis ſummorum Imperantium, ſpeciatim Caroli II. Hiſpaniae Regis obiiciuntur, & excerpta quoque hiſtorico-Iuridica, de natura ſucceſsionis in monarchiam Hiſpaniae, accuratius ſub examen reuocantur. Hal. 1702.

Quae-

Digitized by Google

Quaestio politica; An Alchimistae sint in republica tolerandi? ib. a. e.

De instauranda disciplina ecclesiastica, praefatio, praemissa Io. Amosi Comenii historiae Fratrum Bohemorum. 4. Hal. 1702.

Vorrede von dem rechten Gebrauch der Schrifften Lutheri über einen neuen Theil seiner in denen Altenburgl. Tomis bißher ungedruckten Teutschen Schrifften. fol. Halae, 1702.

Introductio ad historiam Philosophiae Ebraeorum, & dissertatio de haeresi Valentiniana. 8. ib. eod.

Praefatio in Io. Fr. Pici Mirandulae libros duos, de studio diuinae & humanae Philosophiae. 12. ibid. a. e.

De aucta insigniter per recentissimas quasdam epistolarum collectiones re literaria & ecclesiastica dissertatio praeliminaris, supplemento Epistolarum Lutheri praemissa. 4. ib. a. e.

Parerga historico-theologica, quae recusas exhibent varias dissertationes antea separatim editas. 8. ib. e. a.

Dissertatio Iuris naturae de comparatione obligationum, quae ex diuersis hominum statibus oriuntur. ib. 1703.

Elementa Philosophiae instrumentalis, seu Institutionum Philosophiae eclecticae Tomus I. 2. & 3. 8. ib.

Praefatio de fatis ſtudii Logici nouae editioni artis cogitandi praemiſſa. 8. ib.

Selecta Iuris naturae & gentium. 8. ibid. 1704.

Hiſtoria doctrinae de temperamentis hominum. ib. 1704.

Programmata, quibus ad praelectiones publicas valedictorias, in decem praecipua moralis ciuilisque prudentiae capita, totidem horis abſoluenda, harum literarum cultores in academia Hallenſi inuitabantur. ib. 1705.

Theſes Philoſophicae, de rationum moralium & ciuilium ad alias diſciplinas translatione caute inſtituenda, quibus praemiſſa eſt inuitatio ad orationem valedictoriam. ib. a. e.

Diſſertatio praeliminaris περὶ τῆς γνώσεως ψευδωνύμου ex 1. Tim. VI, 2. Ienae, anno eod.

Oratio de veritatis & pietatis nexu neceſſario, ad auſpicandum rite munus docendi Theologiam. ib. a. e.

Diſſertatio hiſtorico-Theologica, qua probatur, Clementem Romanum atque Irenaeum non fauere Miſſae Pontificiae. ibid. a. e.

Quae coniunctim ſub titulo primitiarum Ienenſium edita, eodem anno alibi furtim recuſa ſunt.

De

Digitized by Google

De Praerogatiuis fidelium Noui Teſtamenti, prae fidelibus Veteris Teſtamenti. ibid. 1705.

De origine & poteſtate Epiſcoporum contra Henricum Dodwellum. ib. a. e.

Praefatio Io. Conradi Schvvarzii libro de plagio literario praemiſſa. ib. a. e.

Infans Doctor, ſeu Programma in feſtum Natiuitatis Chriſti. ib. an. eod.

Proluſio academica, de Theologiae Polemicae ſtudio recte inſtituendo. ib. 1706.

Exercitatio Theologica de peccatis typicis. ib. a. e.

Ἀγγελοι ἐπιθυμοῦντες παρακύψαι 1. Petr. I, 12. ſeu Programma in feſtum Natiuitatis Chriſti. ib. a. e.

Analecta hiſtoriae philoſophicae ſeu diſſertationum philoſophicarum Tom. III. 8. anno eod.

Diſſertatio praeliminaris, Diodori Tuldeni Libris V. de cognitione ſui praemiſſa. Ienae, eod. anno.

De augmento ſtudii Theologici praefatio, praemiſſa B. Bechmanni Inſtitutionibus Theol. Ien. a. e.

De origine & autoritate Catechiſmi praefatio, praemiſſa B. Bechmanni Annotationibus in Io. Conradi Dieterici Inſtitutiones Catecheticas. 8. ib. a. e.

Meditatio Theologica, de Seruatoris Noſtri exaltatione dolorosa eiusque effectu, ex Ioh. XII, 32. ibid. 1707.

Temperamentum laetitiae & triſtitiae contra Fridericum van Leenhoff/ ſeu Programma in feſtum Pentecoſtes. ib. an. eod.

Obſeruationes Theologicae de Paedobaptiſmo, oppoſitae clariſſimo viro Antonio van Dalen. ib. an. eod.

Hamartigenia ex Rom. V, 12. 13. 14. demonſtrata. ib. an. eod.

Epiſtola Conſolatoria ad Samuelem Stryckium, obitum Coniugis ſuae lugentem.

Diſquiſitio Theologica de moderamine inculpatae tutelae in certaminibus Theologorum, cum obſeruationibus apologeticis. 8. ib. 1708.

Cenſura & approbatio Theologiae δι' ἐλίγων Hannouerae ſumptibus Nicolai Foerſteri editae, praemiſſa. 8. an. eod.

Praefatio Dauidis Peiferi epiſtolis a M. Gotth. Gottero editis praemiſſa. ib. a. e.

Philoſophiſcher Diſcurs von der Welt- und Schul-Gelahrheit/ welcher dem erſten Tomo des Lichts der Weißheit/ welches M. Martin Muſig verfertiget hat/ praemittiret iſt. 8. an. 1709.

In obſeruationum ſelectarum *tomo primo* praeter praefationem, obſeruatio 1. 15. 16. & 21. in *tomo ſecundo* obſeruatio 10. *in tomo tertio* obſeruatio 12. 13. 14. in *tomo quarto* obſeruatio 12. & 21. in *tomo quinto* obſeruatio 9. & 11. *in tomo ſexto* obſeruatio 25. & 29. *in tomo ſeptimo* obſeruatio 18.

Auf-

Aufrichtige Nachricht auf des S. T. Herrn D. Valent. Erneſti Loeſcheri, hochberühmten Superintendenten in Dreßden unrichtige Nachricht wegen ſeiner bißanhero geführten Controverſien/nebſt beygefügten Urſachen/warum man ſich mit demſelben in keine weitere Streit-Schrifften einlaſſen werde. 8. Ienae, 1710.

Programma, quo ad lectiones curſorias, quas vocant, & Diſputationem inauguralem maxime Reuerendi, Amplisſimi atque Excellentisſimi Viri, Io. Andreae Danzii, SS. Theologiae in hac (Ienenſi) Academia extraordinarii & linguarum orientalium ordinarii Profeſſoris &c. Theologiae bonarumque artium Patronos atque cultores inuitat. ib. eod. anno.

XLIX.

IO. ANDREAS DANZIVS

Danzius

VItae theatrum ingreſſus eſt A. O. R. MDCLIV. Kalendis Februarii, *Sundhuſae*, qui agri Gothani pagus eſt. Parentes diuino munere illi obtigere honeſtate viraeque probitate commendabiles: Pater quidem SEBASTIANVS DANZ, liberi fundi,

naſcitur.

eius parentes

di, qui ibidem est, vulgo der freye Siedelhoff/ cohaeres; mater ANNA MAGDALENA, IOANNIS GNüGENI, Pastoris Hörselgauiensis & Waltershusani Adiuncti, filia. Ingenium disciplinarum capax, & diuini Numinis consilio maioribus destinatum, in tenera iam se exerebat aetate, vnde Sereniss. Principis FRIDERICI, ERNESTI pii filii, autoritate litterarum se consecrare studiis iussus est, eodem Principe benignissimo sumptus necessarios liberaliter suppeditaturo. Ludo hinc literario, qui *Fridericirhodae* est, commissus, prima feliciter sub IO. MICHAELE SALZMANNO, dignissimo scholae istius Rectore, litterarum, quibus formari ad altiora tenera aetas solet, iecit fundamenta: exactisque ibidem tribus supra triennium, mensibus, dignus aestimatus fuit, qui in illustre, quod *Gothae* floret, Gymnasium transferretur. Huc anno MDCLXVIII. delatus ab ANDREA REYHERO, Rectore, de scholastica pube multis nominibus praeclare merito classi secundae adscriptus est, mox anno elapso ad primam classem promouendus, & hinc ex ea, quam selectam vocant, anno MDCLXXIII. dimittendus, vt quam feliciter coeperat, in academiis pertexeret studiorum telam. Placuit prae reliquis *Witteberga*, in qua magnus doctorum se ei obtulit numerus, quorum in omni scientiarum genere vteretur

Studiis consecratur.

Committitur Scholae Fridericirhod.

Gymnasio Gothano.

Wittebergam venit.

tur institutione. Siue enim philosophica, siue historica cuperet, aut ea, quae humaniorum litterarum ambitu comprehenduntur, praesto erant M. NICOLAVS PASCHA, philosophico adscriptus ordini, CHRISTIANVS DONATI. extraordinarius tum, deinde & ordinarius Logices & Metaphysices Professor, tum GEORGIVS CASPARVS KIRCHMAIERVS, & illud quondam Germaniae nostrae ornamentum, CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS. Nec defuerunt, qui sacrarum linguarum notitiam instillarent, ad quam tum naturae quodam impetu, tum & Serenissimi Ducis ERNESTI voluntate ac destinatione incitatus, magno ferebatur animi ardore. Clarissimorum itaque Virorum GEORGII FRIDERICI MAGNI atque IO. WILHELM. HILLIGERI diligenter frequentauit praelectiones: mox ANDREAM SENNERTVM & tandem THEODORVM DASSOVIVM, tunc extraordinarium, deinde ordinarium in eadem academia linguarum orientalium Professorem, tandem Theologum Kilonensem adiit, eique se adiunxit & per aliquot annos ab eius ore perpendit. Nec Theologiae, cui se consecrauerat, tractationem intermisit, Theologos enim summo cum applausu docentes, ABRAHAMVM CALOVIVM, IO. MEISNERVM, IO. ANDREAM QVENSTEDIVM & MICHAELEM WALTHERVM, diligenter

Praeceptores ipsius Witteb.

Linguis sacris operam dat.

Theologos audit.

ter audiuit. Horum omnium auide hauſit dogmata, ſiue theologiam poſitiuam acroamaticam ad ductum IO. KÖNIGII traderent, ſiue ſecundum ordinem ſyſtematis Quenſtediani, tum litteris nondum impreſſi, ſacram doctrinam explicarent, ſiue palaeſtram diſputatoriam inſtruerent & aperirent, in qua ipſe cum commilitonibus ingenii vires periclitaretur. Eodem tempore extra ordinem in eadem academia theologiam docebat SAMVEL POMARIVS, antiſtes mox eccleſiae Lubecenſis conſtituendus, & priuatim B. IO. HIMMELII explicabat ſyntagma theologicum, publicis autem praelectionibus Iudae apoſtoli epiſtolam interpretabatur plurimum inde quoque emolumenti capiente Noſtro.

In homileticis ſe exercet. Rationem faciendi ad populum verba in concionibus ſacris illi oſtendebant GEORGIVS GREENIVS atque SAMVEL BENEDICTVS CARPZOVIVS, exercitatiſſimi in hac arte viri. Cum vero in ſacra pariter ac profana eloquentia parum proficiant, qui praeceptis exercitationem non iungunt, nec in hac re ſibi defuit Noſter, vices ſuas lubentiſſime illi demandante M. SCHEERHAVERO, Wittebergenſis Eccleſiae Diacono. Anno MDCLXXVI. d. XII. Octobr. Magiſtri Philoſophiae titulo ac dignitate ornatus fuit. Quo etiam vt ſe dignum honore demonſtraret, aliis priuatiſſima, quam vocant, inſtitutione imperrire coepit, quae didicerat, mox tamen, anno inſequenti, in-

Magiſter creatur.

collegia aperit.

gen-

genti desiderio, in orientalium linguarum accuratiori notitia proficiendi, flagrans, relicta Witteberga *Hamburgum* petiit. Eo ESDRAE EZARDI, viri in hoc litterarum genere consummatissimi, singularique prorsus in iis tradendis ac propagandis dexteritate pollentis eum pertraxit fama: cuius etiam tantam expertus est humanitatem, solertiam, fidem, vt vltra biennium ad eius sedisse pedes, eum nunquam poenituerit. Cumque ne sic quidem insatiabilis discendi cupiditas expleri posset, opera simul vsus est DAVIDIS HIERONYMI, Iudaei, sed christianae religionis sacris imbuti, in libro cabbalistico longe difficillimo *Sohar*, explicando, itemque alterius Iudaei, ex Lusitania oriundi, IACOBI FIDANQVAI, cuius opera studioque Abarbenelis in Prophetas priores Commentarius, & SALOMONIS BEN MELECH, Michlal Iophi, in vniuersam scripturam veteris testamenti, iterum Amstelodami prodiit. Auctore deinceps laudato, ESDRA EZARDI, *Lipsiam* se contulit, aliis, quae summo studio collegerat, traditurus, beneuoleque ibidem a IO. BENEDICTO CARPZOVIO, linguarum Orientalium tum Professore, postea Theologo Lipsiensi, exceptus, mutato consilio, eo quod difficultates quaedam oborirentur, nec concederentur iura, quibus frui datum, qui Lipsiae honores in Philosophia summos capessunt, *Wittebergam* rediit. Binis ibi editis

Hamburgum petit.

Audit Esdram Ezardi & Iudaeos.

Lipsiam se confert.

Wittebergam redit.

Digitized by Google

& in publica panegyri maſcule propugnatis Diſſertationibus, quarum altera *Iudaeos proprio iugulabat gladio, in explicatione cap. LIII. Eſaiae, Abarbenelis contra Chriſtianos ex hocce Eſaiae capite exceptiones* profligabat, docendi munus auſpicatus, ab inſtituto iterum dimotus eſſet, ſacri quod Gothae eſt tribunalis autoritate Ienam abire iuſſus, niſi B. CALOVIVS interceſſiſſet, ſub cuius moderamine contra Socinianos cum aliis & Noſter in aciem academico more, producebatur. Superiorum tamen nutui refragari, cum religioni ſibi duceret, menſe Innio MDCLXXX. *Ienam* felicisſimis auſpiciis ingreſſus eſt, vbi Serenisſimi Ducis Saxo-Gothani, FRIDERICI commendatione concedebantur iura, quibus in hac academia Magiſtri Philoſophiae titulo condecorati fruuntur, & in numerum Philoſophorum ordini adſcriptorum cooptabatur. Theologiae, cui praecipue nomen dederat, non erat immemor, in qua ibidem quoque praeeuntes viamque ad faſtigium peruenientes monſtrantes inuenit B. FRIDEMANNVM BECHMANNVM, virum doctrinae vbertate ſoliditateque, pariter ac vitae integritate conſpicuum, & ſacrorum antiſtitem facundisſimum GEORGIVM GOEZIVM, illum in praelectionibus, quibus Auguſtanam explanauit Confeſſionem, hunc vero in ſcholis homileticis. Nec poterant DANZII virtutes deliteſcere diutius, quin fama illarum

Diſputat ſub Calovio.

Ienam venit.

Audit Theologos Ienenſes.

ad

ad plures dimanaret. Inter ſuperioris Hungariae vrbes inclytas principem facile locum tenet *Poſonium*, vrbs ſplendida, ad cuius eccleſiam regendam rite ſolenniterque vocatus eſt, iis quidem conditionibus, vt diu anceps dubiusque haereret, ſequereturne, quae ei ſe offerre videbantur fata, an certiora nutus diuini documenta expectaret. In diuerſas quoque ibant ſententias Gothanae aulae proceres: praeualentibus tandem illis, qui ex hiſce eum dimitti terris minime conſultum ducebant. Interea diſſertationibus nonnullis opinione illa, quam omnes de eo conceperant, ſe dignisſimum demonſtrat, cum theologicis rabbinica coniungit & in modo diſputandi Gemarico intimius pernoſcendo, opera Iudaei cuiusdam conuerſi, ERNESTI CHRISTIANI ZARVOSSI, vtitur. Flagrans etiam incredibili deſiderio Arabica perdiſcendi peregrinas luſtrare oras, ſecum conſtituit. Anno itaque MDCLXXXIII. Iena iterum digreſſus circa menſis Auguſti finem *Gieſſam* Haſſorum venit, virisque, quibus haec academia ſemper exſplenduit, eruditisſimis, praecipue DAVIDI CLODIO & KILIANO RVDRAVFFIO aliisque ex Theologorum ordine, innotuit. *Francofurtum* etiam ſalutabat, vt B. PHILIPPI IACOBI SPENERI inſtituta, ad excitandam fouendamque chriſtianae vitae praxin comparata videret. In

Poſonium vocatur.

Jenae retinetur.

Confert ſe Gieſſam.

Francofurtum.

In Belgium tendit. *Belgium* tendens *Coloniae Agrippinae* aliquantisper subſtitit, Pontificiorum Doctorum exploraturus placita: quamobrem eorum interfuit praelectionibus, quod, quo minus ex voto continuaret, tumultus plebis ſubito ea in ciuitate exortus effecit, quo conſopito abeundique facultate conceſſa, iter in Belgium

Salutat Coloniam Agrip.

Lugdunum. proſecutus eſt. *Lugdunum*, nobilisſimum illud bonarum artium emporium eum primum ad ſe allexit, vbi in ſummorum eius aetatis virorum FRIDERICI SPANHEMII, ANTONII HÜLSII, STEPHANI LE MOYNE, IACOBI GRONOVII notitiam venit. Horum cum aliis ſtudiorum generibus abunde illi ſatisfaceret eruditio, in orientalibus tamen linguis ampliora cupiens *Vltraiectum* ſe contulit & cum IO. LEVSDENIO, IO. GEORGIO GRAEVIO, HERMANNO WITSIO & MELCHIORE LEYDECKERO, quos vt ornamenta ſingularia haec academia oſtentabat, familiaritatem contraxit. Inde *Amſtaelodamum* adiit, poſtquam ab Eccleſiarum Praefectis rogatus aliquoties *Roterodami & Hagae Comitum*, ſemel etiam *Lugduni Batauorum* in ſacris concionibus verba ad populum felici ſucceſſu fecerat. *Amſtaelodami ANGELVM DE LA BROSSE*, gente Gallum, ordini Carmelitico quondam adſcriptum, qui Miſſionarii, quem vocant, apoſtolici munere perannos ſeptendecim in Perſia

Vltraiectum.

Amſtaelodamum.

Perſia functus fuerat, offendit, eamque aude ad Perſicam linguam hoc magiſtro addiſcendam arripuit occaſionem. Simul & ex Iudaeorum quorundam, eruditionis laude florentium, IOSEPHI ATHIAE & DAVIDIS DE PINA, quorum vterque ex Luſitania originem ducebat, aliorumque commercio & colloquiis proficere ſtudebat. Rogatus & hic ab eccleſiae Lutheranae presbyteris eſt, vt verba ad populum faceret, quod & lubenti in ſe ſuſcepiſſet animo, niſi ortis per quorundam, Germanis non bene cupientium, Paſtorum aemulationem diſſidiis impedimenta quaedam oblata eſſent, vt minime conſultum putaret iis, quibus ipſi volebant, legibus, votis illorum gratificari. In Belgio cum diu ſatis ſibi commoratus videretur, *Roterodamo*, vbi PETRVM IVRIAEVM, Reformatae eccleſiae Theologum, & IO. TEXELIVM ſalutauerat, die XVII. Martii anno MDCLXXXIV. ſoluit, in Angliam nauigaturus. *Londinum* feliciter delatus ſtatim *Oxoniam* digredi ſecum conſtituerat. Contigit autem praeter ſpem opinionemque, vt M. GERHARDVS MARTINI, qui eccleſiae Germanicae, quae Londini eſt, praeerat, fracto crure impediretur, quo minus officio ſuo fungi poſſet, ideoque ab Eccleſiae ſenioribus rogatus DANZIVS noſter, vt eius in ſe tantiſper ſuſciperet vices, cum illorum refragari precibus religio-

Perſicam linguam diſcit.

Londinum defertur.

ni sibi duceret, per integrum mensem ibi substitit. Die itaque decimo tandem Aprilis *Oxoniam* venit, statimque senem venerabilem & octoginta quatuor iam annos natum, EDVARTVM POCOCKIVM, accessit, eius ductu & auspiciis in Arabicae linguae notitia vlterius profecturus. Nec spes sua eum destituit, concesso ei quotidie horae, quo illum adiret, spatio. Vt vero Alcoranum sibi praelegeret, impetrare non potuit, obtendente POCOCKIO, librum esse obscurum, in quo sensum frustra quaeras. Proinde Greg. Abul Pharaiii historiam dynastiarum, in eius locum substituerunt. Quotidie etiam codices quosdam manuscriptos, quibus Pocockiana abundabat bibliotheca, perlustrarunt. Familiariter etiam ibi vtebatur doctissimo viro EDVARDO BERNHARDO, qui nouam Iosephi editionem B. IOH. ANDREAE BOSII subsidiis instructus, moliebatur, morte tamen praepeditus, quae inceperat, ad finem perducere non potuit. Honestabat eo tempore Oxonienſem academiam Protobibliothecarii munere fungens THOMAS HYDE, Persicae Arabicaeque linguae callentissimus, cuius frustra expetebat institutionem Nostet, postquam ille familiaritatem eius cum POCOCKIO, & quod tyrocinium in his linguis iam posuisset, intellexerat. Docebat ibidem Ebraica atque Rabbinica

Oxoniam venit.

Arabicae linguae dat operam.

Codices MScriptos perlustrat.

binica & integram Miſchnam in linguam latinam transtulerat ISAACVS ABENDANA, Iudaeus haud incelebris, qui ſaepius ad noſtrum accedebat, libenter, quae ſciebat, impertiturus. Illius interea in Anglia etiam inclareſcebat nomen, vt *Cantabrigam* euocaretur, iuuenum quorundam ſtudiis moderandis praeficiendus. Id quod lubenti accepit animo, *Cantabrigamque* ſe contulit, at euentu ob leges, quibus ſe adſtringere minime conſultum putabat, praeſcriptas, irrito. Dum *Cantabrigae* haeret, RADVLPHO CVDWORTHO, Theol. Doctori & linguae Ebraeae Profeſſori, HENRICO MORO, IO. SPENCERO, ISAACO NEWTONO, EDMVNDO CASTELLO, Arabicae linguae Profeſſori, Angliae illis luminibus innotuit, ſuumque ſimul ingenium, diligentiam, eruditionem iis probauit. Interea nunciabatur illi, Arabem quendam, Damaſci natum, Londini degere, ad quem properandum ſibi exiſtimauit, vt genuinam, linguam Arabicam pronunciandi, rationem eo magiſtro perdiſceret. Quod vt obtineret, Arabica cum eo legebat Biblia, cum alia ab homine, literarum ceteroquin rudi, poſcere haud poterat. Neue vllam proficiendi opportunitatem praetermitteret, Graecorum etiam, ſacra ſua Londini celebrantium, conuentibus quandoq; interfuit, vt ritus illorū ceremonias-

Iudaeum audit.

Cantabrigam venit.

Biblia Arabica legit.

Intereſt Graecorum ſacris.

que cognoſceret. Ex voto cum omnia ſibi peregiſſe in Anglia videretur, Kalendis Nouembris anni MDCLXXXIV. Londino ſoluens, traiecto mari, eiusdem menſis die ſexto *Lugdunum Batauorum* iterum ingreſſus eſt. Beneuole eum exceperunt ANTONIVS HVLSIVS ac FRIDERICVS SPANHEMIVS, autoresque fuerunt, vt rerum ſuarum ſedem ibi figeret docendoque aliis impertiret, quae tanta collegerat induſtria. Cum etiam interea IACOBO TRIGLANDIO, mox ad Cathedram Theologicam prouehendo, in Rabbinicis lucem praetuliſſet, ab ANTONIO HVLSIO profectuum dare ſpecimen, & tractatum quendam MOSIS MAIMONIDIS in linguam latinam intra triduum transferre iuſſus, ſpem eius & opinionem non impleuit modo, ſed ſuperauit. Dignus itaque viſus eſt, cui munus extra ordinem docendi linguas orientales in Lugdunenſi academia conferretur, imo deinceps adordinariam quorundam ſuffragiis deſtinatus eſt profeſſionem, euentu tamen ob quaedam, quae intercedebant, obſtacula non reſpondente, quod Salanae prouida Numinis eum reſeruaſſet cura. Exeunte hinc Martio menſe anni MDCLXXXV. *Lugdunum* reliquit reuerſurus in patriam, Friſicas tamen Groeningicasque antea luſtraturus academias. *Franecquerae* itaque IACOBVM RHENFERDIVM, CAMPEGI-

Lugdunum reuertitur.

Lugdunum relinquit.

Salutat Franeckeram.

GIVM VITRINGAM, IOAN VAN DER WAYEN, NICOLAVM I BLANCARDVM, IACOBVM PERIZONIVM vidit, vt eorum etiam mirifice ſibi conciliaret animos. *Groeningae* cum IO. BRAVNIO, Theologo & Philologo, IO. MARCKIO, IACOBO OISELIO aliisque, quorum per omnium ora fama volitat, colloeutus eſt. *Groeningam.* Continuato itinere *Bremae* aliquantisper atque *Hamburgi* ſubſtitit, tandemque *Helmſtadium* peruenit, viris eo tempore doctiſſimis & omniũ oculos in ſe conuertentib9, ſe efferentem, FRIDERICO VLRICO CALIXTO, GEBHARDO THEODORO MEIERO, IO. EBERHARDO BVSMANNO aliisque, quos non tantum ſalutauit Noſter, ſed praelectionibus quoque eorum, quamdiu licuit, interfuit. *Helmſtadium venit.* Dum *Hamburgum* tranſibat, ab ANTONIO REISERO rogatus, feria ſecunda Paſchatos verba ad populum fecit, eo cum ſucceſſu, vt ad δοκιμασικὴν concionem iterum inuitaretur, eligendus, ſi placeret, in Diaconum ad aedem D. Nicolai. *Ad concionem δοκιμασικὴν inuitatur.* Quod cum feſtinatio cupiditasque iter ſuum proſequendi non permitteret, *Ienam* iam delatus, denuo litteras accepit, quibus ne petitis illorum refragaretur, rogabatur. Intercedebat autem ampliſſimus in academia Ienenſi Philoſophorum ordo, facileque a SERENISSIMIS academiae *Ienae fit Prof. extraordin.*

miae NVTRITORIBVS impetrauit, vt profesſio extraordinaria linguarum orientalium anno MDCLXXXV. illi demandaretur, volente idem ac conſentiente venerabili ſene IO. FRISCHMVTHIO, qui & datis ad eum, cum in Anglia eſſet, litteris teſtatus eſt, ſe illum prae reliquis idoneum iudicare, qui litteras haſce in Salana tractaret, ſibique aliquando ſuccederet. Cum etiam paulo poſt optimus ille ſenex ad Beatorum ſedes migraret, DANZIVS anno MDCLXXXVI. ſucceſſor illi datus eſt. Munere hoc profeſſorio, Rectoratu academico & Decanatu, quoties ipſi demandati ſunt, prudentiſſime eſt functus, legendo & diſputando ſtudioſae iuuentutis commodis mirum in modum ſeruiit, quod merito & ego grato animo ac ore praedico, quoniam mihi quoque ad eius pedes gratis ſedere beneuole fuit conceſſum. Tandem anno MDCCX. viſum eſt Sereniſſimis academiae Ienenſis Nutritoribus munus docendi extra ordinem Theologiam eidem conferre, quare etiam publicis aliquot praelectionibus in 1. Cor. X, 2. abſolutis & ſolenni *pro antiquitate baptiſmi initiationis iudaici vindicanda diſputatione habita* nomine titulo-que Doctoris Theologi eſt condecoratus.

Prof. Linguarum Orient. Ordin.

Profeſſor Theolog. Extraord.

Doctor Theol.

Scri-

Scripta eius sunt seqq.

Contra Abarbenelem in Ies. LIII. Witteb. 1679.

Iudaei proprio gladio iugulati in explicatione eiusdem Esa. LIII, ib. 1679.

De Krischma Ebraeorum, parte prooemiali. 1680.

Pro versione Lutheri Gen. IV, 1. Ich habe den Mann den HErrn / contra Rauium.

Kain contra necem praemunitus in Gen. IV, 15.

De sacris Iudaeorum νομοφυλακτηρίοις bis quotidie recitari solitis, Disp. II. pro loco.

De Ritu excommunicandi inter Ebraeos. 1683.

De functione Pontificis M. in adyto anniuersaria, pro illustratione Ebr. IX, 7. 1683.

Vxor maritum repudians secundum leges Ebraeorum, contra Iosephum pro illustrandis verbis Christi Marc. X, 12. & Pauli 1. Cor. VII, 10. 11. 13.

Alkorani Caput I. & II. Arabice cum versione latina calci paginarum subiuncta, typis elegantissimis descripta.

Animalia esu interdicta, ex Act. X, 12. seqq. 1687.

De baptismo initiationis Ebraeos inter ac Gentiles, ad illustrandum eum, qui a Iohanne peractus. 1689.

Theses Philologicae XX. varii argumenti. 1689.

De Ebraeorum re militari, ad Deut. XX. & XXI. prior & posterior. 1690.

Christi curatio Sabbathica ex legibus Iudaicis vindicata contra Iudaicas calumnias. 1699.

Partus virginis miraculosus, ex Ies. VII, 14. 1700.

Origo talionis, ad mentem Gentilium, Iudaeorum & Christianorum examinata, ad Matth. V, 38. 39. 1700.

ura Nouilunii i n ìtiandi e Maimonide.

IPro Luthero ex acrimonia styli reprehenso. 1704.

De Κριωτραγία antidiluuianorum, pro explicandis locis Gen. I, 29. IX, 3.

De necessitate linguae Ebraeae cuiuis ecclesiae Doctori discendae, in praefatione Synopsi interpretis Ebraeo-Chaldaei praemissa. 1708.

Sciagraphia fundamentorum pro lectione Schemhamphoraſch per Iehouah, item de signi-

ſignificatione diuini אדני & Etymologia nominis proprii Saluatoris ישוע cum explicatione loci Ironaei lib. 2. cap. 41. de voce IESV, quem credidere inexplicabilem.

Eliae ad torrentem latentis dapiferi, ad coruos proprie dictos reſtricti, contra R. Ada f. Menioni, R. Ionam & inprimis R. Iudam, incolas *Orbo* vrbis fictitiae introducentem, eiusque defenſorem anonymum.

Dei cum Diuis de homine condendo deliberatio, ex Gen. III, 26.

Deus in Deitate plures numerans, Gen. III, 22.

Scriptura antiquorum indiſtincta, in ipſo ſacro codice hodienum deprehenſa.

De בת קול filia vocis, oraculo Iudaeis frequenti.

חמץ ומצה de expurgando Fermento & Coena Paſchali e Maim. ad explicandam vltimam Saluatoris coenam.

Comment. in Matthaeum, Epiſtolam Pauli ad Romanos, & priorem Petri, obſeruatis vbique Ebraeorum antiquitatibus.

Praelectiones publ. in Ieſaiae IX. Capita priora, in Hoſeam, Ioelem, Malachiam & priora capita Amoſi.

Animaduerſiones in Pfeifferi Criticam ſacram; nec non *Goodwins* antiquitates Ebraicas, Moſen & Aaron inſcriptas.

Ma-

Masora throno Θεοπνευσίας turbata.

De pulchritudine Christi hominis, pro illustratione Ies. LIII, 2. 3. Ps. XLV, 3.

Priuilegia Studiosorum, Ebraeorum Iure ipsis concessa.

Sepulcra Iudaeorum extra vrbes locanda, pro illustratione Luc. VII, 12.

Matrimonium cum fratris sororisque filia iuxta leges Ebraeorum licitum.

De TRYPHONE, Iustini Martyris collocutore, contra C. G. K. Theol. D.

Iosephus iustus iniuste vapulans in blasphemo vulgi dicterio, ein guter Mann/ ein Joseph: restitutus suo honori ex legitima interpretatione Matth. I, 19.

De Suffraganeo Pontificis V. T. סגן siue המעונה dicto.

De cothurnis mulierum Iudaicarum Ies. III, 16. 18. descriptis.

Transgressio Sabbathi inculpata.

Reuerentia Sabbathi culpabilis.

Sabbathum festo contiguum.

Sabbathi Parasceue, pro illustr. Luc. XIII, 54. Marc. XV, 42.

Sabbathum ieiunio dicatum.

Sabbathum Deuteroproton, ad illustr. Luc. VI, 1.

Sabbathici itineris iuxta leges Ebraeorum spatium.

טורקון siue Compendium Grammaticae Ebraeo-Chaldaicae, Edit. tertia. Ien. 1706.

Pa-

Digitized by Google

Paradigmata nominum ſimplicium, ac verborum integra, Edit. tertia. ibid. 1709.

תור גמן ſiue interpretis Ebraeo-Chaldaei ſynopſis, edit. 3. ibid. 1708.

Aditus Syriae recluſus. Editio ſecunda. 1700.

Rabbiniſmus enucleatus, quoad ea, quae Hebraeo-Chaldaeis vel prorſus non, vel minus vſitata ſunt, cum directione legendi ſcripturam abſque punctis, Edit. ſecunda. Ienae, 1699.

Litterator & Interpres Hebraeo-Chaldaeus plenior, Edit. ſecunda. Ien. 1710.

Antiquitas Baptiſmi initiationis Iſraelitarum vindicata, contra adſcribentes ipſi originem chriſtianam, pro illuſtrandis locis Exod. XIX, 10. & 1. Cor. X, 2. Diſſert. Inauguralis. 1710.

Iam in id incumbit, vt quã accuratisſime typis maioribus edat codicem veteris inſtrumenti Hebraeum, in quo omnia, quoad Keri & Cethibh quam ſancte quidem retinebit, cauſam tamen diſſenſionis vbique luculenter indicare non dedignabitur. Addita explicatione, quod Cethibh nunquam verum ſcripturae ſenſum immutet atque adeo perperam ſuis priuetur punctis, quae ad calcem cuiuslibet paginae reſtituet. Praeterea abundat libris manuſcriptis orientalibus rariſsimis, ex variis Europae angulis

gulis conquisitis, inter quos eminent sequentes Karraeorum codices auro pretiosiores :

I. Aaronis posterioris f. Eliae כתר תורה *Corona Legis* dicta: Commentarium complectens in Pentateuchum literalem, quo sensus a diuino scriptore intentus absque subsidio traditionum, sola Hermeneutica ope eruitur & Pharisaeis continuo contradicitur: spisso satis volumine, quod 395. integris foliis (non paginis) constat, in cuius limine dissensum recenset, quo Karraei Iudaei (qui Sadducaeorum creduntur progenies, nisi quod Spiritus & animae immortalitatem feruide propugnent) discrepant a Iudaeis Pharisaeis & Rabbanistis.

II. Eiusdem Aaronis posterioris f. Eliae ספר הצוות *Liber Praeceptorum*, qui vt Maimonidis *Iad Chasaka*, veluti systema comprehendit Theologiae Iudaicae, vna cum Corpore Iuris Ciuilis & Canonici.

III. His accedit R. Mardochai f. Elieser COMTINO Commentarius in integrum Pentateuchum foliis constans 150. volumine mediocri, qui perperam quibusdam creditus fuit Karraeus.

FINIS.

Digitized by Google

CLASSIS II.

VITAS IVRIS CONSVLTORVM IENENSIVM EXHIBENS.

Digitized by Google

CLASSIS II.

VITAS PROFESSORVM IVR. IENENSIVM EXHIBENS.

CLassem ICtorum, de Academia Salana bene meritorum, nunc auſpicaturus promiſſi omnino memor a fronte ſtatim eorum vitas & actiones paucis attingo, quorum conſilio atque inſtinctu IENA muſis, artium & literarum cupidis, ſedes eſt deſignata. Primus autem & præcipuus, vt *ſup. claſſ. 1. p. 2. & 3.* dixi, inter ICtos fuit

I. GREGORIVS PONTANVS, al. Heintze/ qui in mundi huius ſcenam in oppido Brück *Wittebergae* vicino anno Chriſti MCCCC LXXXVI. eſt productus. Pater ibidem diu præcipuum magiſtratum geſſit, poſtea vero *Wittebergae* habitare maluit, vt eſſet aſſiduus LVTHERI auditor. Artes liberales etiam præter pietatem adamauit, quare tribus filiis ſtudia ita diſtribuit, vt primum vellet operam dare ſtudio Theologico, alterum Iuridico, tertium Medico, ſed duobus extinctis, GREGO-

Greg. Pontanus naſcitur.

Ipſius parens.

Iurisprudentiae operam dat.

Digitized by Google

RIVS hicce, qui Iura didicit, superstes fuit.

Francofurti studet. Hic primum in Academia *Francofurdiana* D. PLANCKENBERGIVM, Eloquentiae Professorem audiuit. Inde fama D. HENNINGI GOEDENI, ICti motus *Wittembergam* venit, qui eum in familiaritatem admisit, & ita instruxit, vt ad erudita Principum iudicia saepe mitti potuerit. Praeter GOEDENIVM etiam HIERONYMVM SCHVRFFIVM audiuit, & tantum eruditionis collegit, vt a Principibus & ciuitatibus haud raro sit expetitus. Praecipue autem FRIDERICVS, Elector Saxoniae, qui cum Consiliariis suis PONTANVM aliquoties audiuerat, & ingenium, eruditionem, eloquentiam ac mores considerauerat, eum in aulam vocauit, & Cancellarii munus ei commendauit, quo etiam summa industria & aequitate est functus, quare & grauissimis admissus fuit negotiis. Interfuit enim *Coloniae Agrippinae* colloquio Ducis FRIDERICI & ERASMI ROTERODAMI A. C. MDXX. super causa LVTHERI habito. Eodem in conuentu & ALEXANDRO, Legato Pontificio PONTANVS respondit, petenti, vt Dux FRIDERICVS LVTHERVM traderet certis Episcopis, qui eum carceri includerent. Notatu etiam dignum est colloquium secretum inter PONTANVM & IOH. GLAPIONEM, qui Caesari a confessionibus erat, de LVTHERI negotio institutum, cuius argumentum adduxit in Hist. Luth. I. LXXXVIII. Add. II. d. SECKEND.

Wittembergam venit.

Cancellarii spartam adipiscitur.

Interest variis colloquiis.

Colonienſi,

CKEND. Anno MDXXX. ſequente conuentu Auguſtano iam Anno MDXXI. promiſſo res deliberandas, quæ tunc inciderunt, praecipuas ita rexit PONTANVS, ut ſapientiam eius, fidem & conſtantiam probauerint optimi Principes, Sereniſſimus IOHANNES, Elector Saxoniae, & caeteri in illa cauſa coniuncti. Ad ſingularem eius eruditionem acceſſit diuinitus ei donata non ſolum profluens ſermonis copia, ſed & ſplendor in verbis & figuris, vox grandis & virilis, quae etiam in magno exercitu exaudiri potuiſſet. Cuius inſignis eloquentiae ſpecimen edidit ante conuentus iam dicti exitum. Cum nimirum praeſente CAROLO nomine Pontificiorum orationem habuiſſet *Elector Brandenburg.* IOACHIMVS primus, atrociter minitantem Noſtris, quem coram audiebant Elector IOHANNES, GEORGIVS, *Marchio Brand.* ERNESTVS, *Dux Lüneburg.* & *WOLFGANGVS, Princeps Anhaltinus*; iuſſus eſt ab Electore Saxon. *PONTANVS* reſpondere, quod etiam ita fecit, vt veteribus Apologeticis *Iuſtini*, & aliorum piorum anteferri reſponſio poſſit. *Voluntas*, inquit, *Ducis Saxoniae erga clementiſſimum Imperatorem CAROLVM in electione conſpecta eſt, deinde omnium horum Principum in reprimendis Turcis & ſeditionibus, & conſtat nulla in re, defuiſſe eos paci publicae. Affirmant etiam ſemper, ſe memores fore diuini mandati*: Date DEO, quae Dei ſunt; & Caeſari, quae ſunt

Vt & Auguſtae Vindel.

Reſponſio ad Orationem Electoris Brand.

Digitized by Google

Caesaris: *Non priuata cupiditate vlla, non curiositate, non errore, non coeco impetu doctrinam, de qua Confessio exhibita est, amplexi sunt: sed cum eam diu audiuissent, & fontibus diligenter considerassent, & collatis testimoniis sinceræ antiquitatis, intellexissent, veram esse: non voluerunt agnitæ veritati aduersari, memores seuerissimæ comminationis diuinæ, in qua dicitur:* Blasphemiam non remitti. *Quare & propter gloriam DEI, & propter propriam salutem, & propter alios, qui studium habent pietatis, quorum multi sunt electi, Deo iuuante, hanc doctrinam, & profitebuntur ipsi; & in ecclesiis suis docere curabunt. Cumque manifesta sit impudentia Pontificiorum, qui nullos errores, & nulla vitia in suis opinionibus & moribus esse vociferantur: flagitant omnes pii veris gemitibus in tota Europa, vt in Synodo legitima instituatur emendatio: idem petunt & hi Principes, & sperant clementissimum Imperatorem, qui videt, necessariam esse emendationem Ecclesiæ, sine cognitione non esse arma sumturum, vt errores, libidines & alia vitia Pontificiorum stabiliat, & alienæ impietati, & sæuitiæ gratificetur, & veritatem, quæ gloriam filii DEI illustrat, & saluti animarum necessaria est, opprimat; præsertim cum spem de Synodo ostenderint. Reuerenter igitur Principes & vniuersam Ecclesiam, & sese Clementissimo Imperatori commendant, quem orant, vt etiam cogitet in hac delira mundi senecta generi humano maiores confusiones impendere,*

dere, quae caueri melius possunt lenitate & clementia, quam si maiores dissipationes armis fiant, sicut in Bellis Boëmicis accidit. Nec veritas opprimi poterit, etiamsi Princeps aut populi aliqui oppressi fuerint; EMERGET TAMEN VERITAS, NEC DELERI A PORTIS INFERORVM POTERIT! Haec cum pene ad verbum dixisset Pontanus, & aliqui frementes maius certamen moturi essent; Moguntinus ait: *Non esse mirum, atroci fratris orationi responsum esse durius; nec prodesse longiorem contentionem.* Interfatur ergo Caesar, & dicere iubet; *Se facturum, quod Christianum Imperatorem facere iustum sit*, atque ita senatum dimittit. Ex his quilibet colligere potest, quantam operam in religione Christiana a Pontificiorum corruptelis repurganda adhibuerit *PONTANVS.* In specie eam confirmant tot colloquia, queis feliciter interfuit, tot consilia Principibus fideliter data; tot legationes, quibus ex voto est functus, quae omnia, si prolixe exponere vellem, angustum huius curriculi vitae spatium non caperet, nam compendium saltem exhibeo. Qui autem de hoc PONTANO bene de Ecclesia & Republ. merito plura scire auet, B. Seckendorf. l. c. consulat. Ego scopi mei memor ad grata PONTANI in Academiam Ienensem merita, & tandem impetrata praemia me conuerto. Ad merita haec

Consilium de fundatione Gymnasii Ienens.

quod attinet, ex prima Classe notum est, quod Pontanus hic Principes Gymnasium Ienae fundantes & inaugurantes consilio suo prudenti iuuerit, id quod B. M. Adrianus Beierus in Nomencl. Prof. Iur. his lineis testatur:

Huius (Pontani) *consilio nostri fundamina ludi*
Absens Elector, IAN FRIDERICE, locas.

Praemia, quae optauit & consecutus, sunt nunquam non duratura. Vana enim & caduca pecunia se expugnari nunquam est passus; nec ambitiose vnquam in aulis aliis fauores aucupatus, ac saepe recitauit veterem versum:

Nemo potest dominis pariter seruire duobus.

Pro sua ergo pietate ad Deum confugit & aeterna anhelauit, quae etiam, postquam sese, ecclesiam & familiam quotidie ardentissimis precibus Filio Dei commendauerat, impetrauit. Ienae enim, quo vitae aulicae pertaesus se contulerat, anno MDLVII. d. xv. aliis xx. Febr. placide decessit, sepultus in templo oppidano & togatus lapidi sepulchrali incisus, in cuius circumferentia, pictura & scriptura hodie obliterata est. Filios reliquit duos, GREGORIVM nempe, qui fuit

fuit Senator Wittebergae, & *CHRISTIANVM*, Legum Doctorem.

Tanta fuere Pontani hi us negotia, vt vix aliquod literarum monumentum relinquere potuerit. Non tamen praeterire possum, quae Seckendorf. publici iuris fecit, nempe PONTANI Colloquium secretum cum IOH. GLAPIONE, Franciscano, qui Caesari a confessionibus erat, de negotio LVTHERI institutum, extat in Seckendorfii Hist. Luth. I. XXXVIII. Ad. II. e.

Oratiunculam sub discessum ex Comitiis Protestantium nomine habitam. vid. ib. II. LXXVIII. 2. 3.

Colloquium cum Veho. ibid. Ad. r.

Consilium de foedere Smalcaldico III. I. Ad. d.

Colloquium cum Georg. Carleuitio Lipsiae de Conciliatione religionis. ibid. LXXI. add. I. a. e.

Consilium de reformatione Misnica. ibid. LXXII. 7.

Secretum colloquium cum Montio Legato Regis Angl. ibid. LXXIII. Ad. II. e.

Responsum ad Comitem Schaumburg. in Austria de exercitio religionis. ib. CXVII. Ad. II. f. &c.

Digitized by Google

II.

PLEICARDVS SINDRINGERVS.

Sindringerus

GRegorio Pontano haud immerito adiungimus PLEICARDVM (al. Blicardum.) SINDRINGERVM, tanquam Musarum Ienensium fautorem ac promotorem. Natus autem est *Halae Sueuorum*, & deinde bene educatus ac ad altiora praeparatus, *Vittebergam* venit, cuius Academiae fuit Alumnus gratissimus, & in eadem Juris P.P. Christiani Beyers senioris, V. I. D. A. Chr. MDXXXV. d. XXI. Octobr. defuncti successor in Cancellariatu designatus, recusauit, visione serpentum, pedibus suis implicitorum in somnio admonitus, descripto a Ioh. Manlio in libello collectaneis annexo p. 761. Anno Christi MDXXXVII. d. I. Maii Rector Vniuersitatis Wittebergensis est proclamatus, tandemque in aula IOHANNIS FRIDERICI I. Electoris Sax. Consiliarius veteranus factus. Eodem vero A. MDXLVII. d. XXIV. April. in praelio ad Mülbergam capto, *Vinariam* migrauit, & exinde *Ienam*, vbi d. XIX. Mart. MDXLVIII. noui Gymnasii inauguration interfuit, illudque consilio suo iuuit. Quamuis autem aliquandiu ibi sit moratus; solennem tamen Academiae intro-

Nascitur

Wittebergae degit.

Consiliarius Elect. Saxon. fit.

Vinariam & Ienam migrat.

Gymnasii Ienens. introductioni interest.

troductionem anno Christi MDLVIII. d. II. Febr. peractam non vidit, quoniam d. VI. Mart. MDLI. vitae huius caducae pausam fecit, sepultus in aede S. Michaëlis Archangeli oppidana. Et sic in multis, praecipue quae ad vitae decrementum & finem attinent, PONTANI vestigia secutus est, id quod & B. M. ADR. BEIER his effert verbis: *Moritur.*

PLEICARDVS Themidis Doctor SINDRINGER, ab Aula
Dimissus, *Ienae limina* parua petit:
In qua PONTANI *vestigia* tuta secutus,
Et similis vitae tempora mitis agit.
Vidit vterque *scholae fundamina prima Salanae,*
At festos fato fungitur ante dies.
In templo amborum requiescunt corpora, sacro
Sancte Tibi *Michaël*, vt monumenta docent.

De legationibus ac negotiis, quae, dum vixit, in aula suscepit, conf. B. SECKEND. in Historia Lutheranismi.

III.

BASILIVS MONNERVS.

Monnerus

MONNERO huic lucis vsuram dedit *Vinaria* Thuring. hinc eruditis, imo sibi ipsi dictus scriptusue iam *Nascitur.*

BA-

BASILIVS VINARIENSIS, iam REGVLVS SELINVS (iuxta Seckend. SELENVS duriuscula ad cognomen alluſione in Gallia vocari voluit.) Primus Coenobio *Gothae* Auguſtiniano anno MDXXIV. reformato Rector datus. Cum A.C. MDXXXVIII. a Proteſtantibus in Galliam decerneretur legatio, inter alios etiam MONNERVS hicce electus eſt legatus, vid. *Seckend. Lutheran.* III. LXVI. Anno MDXXXIX. d. XVI. Ian. gradum Doctoris in Leucorea, vbi Praeceptoribus vſus eſt in Theologia LVTHERO & MELANCHTHONE, in Iurisprudentia vero HENNINGO GODENO & HIERONYMO SCHVRFFIO, impetrauit. Exinde in aula IOHANN. FRID. I. Electoris Saxon. Praeceptoris (vt *Seckend.* l. cit. §. 98. n. 3. refert) & Conſiliarii officio functus eſt vsque ad anni MDLIV. diem Mercurii poſt Michaelis, quo *Ienam* venit, *primus Iurium* in Salana privilegiata *Profeſſor*, Facultatisque ſuae *Decanus* & Pro-Cancellarius conſtitutus, vbi etiam anno Chriſti MDLXVI. d. VI. Ian. diem ſupremum obiit. Viduam reliquit CATHARINAM, ANDREAE WENDII, conſulis *Arnſtadienſis* filiam, quae nupſit D. IOHANNI SCHROETERO, primo Salanae Rectori, an. MDLXVII. eoque A. MDXCIII. d. XXXI. Mart. demortuo & ipſa denata eſt A.C MDXCIV. d. XVI. Martii. Quam conſtans veritatis Euangelicae confeſſor fuerit hic MONNERVS, ex ſequen-

Fit Rector Coenobii Gothani.

Legatus eligitur.

I. V. Doctor creatur.

Praeceptor filiorum Electoris.

Conſiliiarius. Ienae eſt primus Profeſſor Academiae.

Moritur. Viduam relinquit.

Et ipſa moritur.

Conſtans veritatis confeſſor.

Digitized by Google

quente SECKENDORFI relatione apparet: Recusauerant Iudices Camerae Imper. D. MONNERUM, praesentatum sibi mense Augusto anno MDXXXIX. in defuncti Assessoris Saxonici CASPARIS a SEIDEWIZ locum, neque rationem repulsae, desideranti id licet Electori, reddere voluerant. Nulla tamen alia erat, quam quod Augustanam Confessionem profiteretur, & interrogatus, an iuramento sese ad obseruandum Edictum comitiale anno MDXXX. publicatum Euangelicis summe noxium, ideoque suspensum, obligare vellet, respondisset: *se id salua conscientia facere non posse.* In pace igitur anno & die dicto obdormiuit. Typis exscribi curauit:

De Clandestinis conjugiis lib. Erphordiae, 8. 1594. & Ienae, 4. 1603.

Tr. matrimonialem, Francof. 1561. illustratum a Casp. Derelio. Lipsi. 4. 1629.

IV.

PETRVS BREME, eruditis PREMVS.

Breme.

EX academia *Heidelbergensi*, in qua Iurisprudentiam aliquandiu docuit, in Aulam *Saxo-Vinariensem* vocatus, consiliariorumque ordini adscriptus est. Hinc

Consiliarius Vinar.

pri-

Priuilegia Academiae Ienensis praelegit.

priuilegia Vniuersitatis Ienensis anno MDLVII. XV. Aug. Viennae data, FERDINANDO I. Rom. tunc Rege, postea Imperatore, in solenni Salanae inauguratione d. II. Feb. MDLVIII. in templo Michaëlitano praelegit. Primus

Primus ordinarius Ienae.

Facultatis Iuridicae & Scabinatus in Salana Ordinatius, officio Ordinariato, A. MDLXI. introducti per D. HENRICUM SCHNEIDEWINUM I. C. functus ad Ann. MDLXIX. quo *Vinaria Ienam* profectus est. Ibi etiam Rectoris Magnifici munus gessit a Calendis Ian. vsque ad Calendas Iulii anni MDLXX. & CXLI. studiosos inscripsit. Deinde ab anni eiusdem Calendis Iul. vsque ad A. MDLXXI. d. X. Ian. Illustrissimi Domini, Dn. SIGISMVNDI, Comitis a Gleichen / Domini in Thonna &c. fuit Pro-Rector, & in studiosorum numerum CIII. recepit. Demum anno MDLXXIII. d. XVI. Iunii a trium Electorum & Tutorum, FRIDERICI *Palatini*, AVGVSTI *Saxonici*, & IOH. GEORGII *Brandenburgici legatis*, vna cum aliis Lutheranismi Patronis & Philippismi antagonistis dimissus est. Edidit *Vinariae* Librum *de securitatis promissionibus & fide publica*, quem VIII. Apr. MDLV. WILHELMO, Duci Saxon, inscripsit. Prodiit iterum Lipsiae A. MDXCIII. & Halis Saxon. anno MDCXIII.

Ibidem fuit Rector.

Iena dimittitur.

HEIN-

V.

HEINRICVS Schneidewein

IN hanc lucem editus est circa annum MDXX. *Stolbergae*, oppido Comitatus illius a fodinis chalybis appellato, *sitoque* ad iuga *Hercyniae*, vbi haec Thuringiam a Saxonia disterminant. Pater ei fuit HEINRICVS, Praefectus aerario Comitum *Stolbergensium*, Vir integritate, fide atque virtute eximia. Fuisse parentem hunc ea etiam in parte felicitatis humanae diuinitus donatum apparet, quod & mediocriter numerosam sobolem & minime degenerem post se reliquerit. Inter filios duos, qui summos doctrinae titulos atque honores consecuti sunt, alter, IOHANNES, I. V. D. & in Leucorea P. P. fuit: alter, Patri cognominis, est hic, de quo in praesenti agimus.

Schneidewini patria.

Parens.

Frater.

SCHNEIDEVVINVS igitur noster postquam fundamenta primarum artium & pietatis posuit, in Academiam *Wittebergensem* est missus, vbi tantam literis adhibuit operam, vt deinde DEO & proximo ex voto inseruire potuerit. Anno enim MDXXXVIII. ex Vniuersitate iam dicta ab Electore, IOHANNE FRIDERICO I. in aulam *Torgensem*, exinde *Vinariensem* vocatus, Consilia-

Wittebergam mittitur.

Witteberga vocatur in aulas.

rii

rii munia annos XLII. obiit. Anno Christi MDXLIII. cum D. IOHANNE KEVDELIO Hassiaco *Spiram* ablegabatur, cum mandatis, vt Commissariis Caesaris, WOLFGANGO, Magistro ordinis Teutonici, PHILIPPO, Episcopo *Spirensi* aliisque rationes exponerent, propter quas sine praeiudicio causae suae visitatores mittere non possent (Euangelici,) paratos tamen ad id fore dicerent, si intelligerent, abdicandos esse omnes iudicii Praesides & Assessores. Deinde in *Salana* constitutus *primus* cum *Brabeuta & Promotor* L. MATTHAEVM WESENBECIVM A. Chr. MDLVIII. d. XXI. Febr. V. I. D. creauit: tum *Facultatis Iuridicae & Scabinatus* ab A. Chr. MDLXI. vsque ad annum MDLXIX. *Vice-Ordinarius*, nimirum D. PETRI PREMI primi Ordinarii Vicarius & locum tenens. Fuit etiam vnus *Assessorum primorum in Curia Prouinciali*, quae Ienae A. Chr. MDLXVI. die Lunae post Ægidii solenniter est inchoata. *E Salana Arnstadium* ad Cancellariatum euectus abiit, & in transitu redux *Ienae* defunctus d. VII. Maii, MDLXXX. sed ex voto *Arnstadii* sepultus est sexagenarius. Eius Contoralis fuit ANNA, filia WOLFGANGI REYSSENBVSCHII, V. I. D. Praetoris Liechtenbergensis, & Electoris Sax. in aula Torgensi Consiliarii. Ex priuatis reditibus aliquot adolescentibus animum ad Theologicum studium applica-

Spiram ablegatur.

Ienae est Iuris Professor.

Primus Brabeuta.

Vice. Ordinarius Facultatis & Scabinatus.

Assessor Curiae Prou.

Cancellarius Arnstad.

Moritur.

Eius contoralis.

tu

turis magna liberalitate dari *ſtipendia* quotannis ordinauit, quae etiamnum *Schneidevvinia* dicuntur, & a Senatu *Vinarienſi* ſoluuntur. Tandem non poſſum intermittere, quin ea, quae de huius relationis veritate animum meum aliquantum fecerunt dubium, exponam, & ſic B. Lectori etiam ſcrupulum eximam. Cum enim nuper his iam exaratis Ienae in Bibliotheca publica Virorum de Academia bene meritorum monumenta perluſtrarem, animaduertebam, effigiem IOHANNIS SCHNEIDEWINI conſtitutam loco HEINRICI, id quod mihi & aliis cogitationem iniiciebat, non hunc, ſed illum Ienae fuiſſe Profeſſorem, & proinde B. BEIERVM, FREHERVM aliosque de *Heinrico* affirmantes errare. Poſtquam vero rem paulo penitius conſideraui, ac alios, praecipue NICOLAVM REVSNERVM, qui Schneidevvinis *συγχρονος* erat, conſului, BEIERI ſententiae ſubſcribere ſum iuſſus. Ille enim (*Reusnerus*) *in Oratione ſua de praecipuis Luminibus Academiae Ienenſis, maxime in Iurisprudentia, HENRICVM SCHNEIDEVVINVM* & primum Vice-Ordinarium in Academia, & primum primi in eadem creati Doctoris, MATTH. WESENBECII, promotorem fuiſſe, prodit. *Stipendia Schneidewin.*

VI.

MATTHAEVS WESENBECIVS.

Wesenbecii Patria & parentes.

IN lucem editus est celeberrimus hic WESENBECIVS *Antuerpiae* A. Chr. MDXXXI. d. xxv. Octobr. Patrem habuit PETRVM WESENBECIVM, siue vt illis in locis vulgo appellarunt, a WESENBECKE, qui in Republ. *Antuerpiensi* summa cum pietatis, integritatis & iustitiae laude senatorio munere est perfunctus. Mater vero ei BARBARA CILIA fuit, ex qua Pater sustulit liberos tredecim, quibus suo quodam consilio duodecim Apostolorum nomina ordine imponere voluit, fuitque inter eos hic MATTHAEVS natu minimus, vno excepto, patrem praeter caeteros proxime exprimens, a quo ideo tenerrime est dilectus, & Iosephus per iocum nominatus.

Ratio denominationis.

Cum igitur parentes iam dicti dona ingenii insignia, nec non propensionem ad Iuris scientiam in filio hoc deprehenderent, eum mature, nempe sub annum aetatis decimum quartum, vna cum ANDREAE fratre quadriennium prope natu grandiore *Louanium* mittebant, vbi in disciplinam conuictumque *GABRIELIS MVDAEI*, ICti summi recipiebatur. Amborum hospitum adolescentum quam

Louanium mittitur.

quam grata acciderit tum ſeni MVDAEO conſuetudo, vel inde apparet, quod cum caeteros conuictores valetudinis ingraueſcentis & occupationum ſpecie miſſos feciſſet, ambobus locum, vsque eo dum diſcederent, vltro perhumaniter reliquit, nec poſtea quenquam in illam interiorem vitae conſuetudinem admiſit. In illius ICti conſuetudine priuata & inſtitutione publica eos fecit Iurisprudentiae progreſſus, vnaque cum fratre germano in publicis diſputationibus, quae ibi frequentiſsime habebuntur, ita ſe exercuit, vt ingenii acumine doctrinaeque ſubtilitate inter coaequales celebraretur, nec tantum modo reſpondentibus: verum ipſis etiam praeſidentibus negotium non odioſum faceſſeret. Poſtea vero quam in illa eruditionis vmbra ſatis multa profectus ſui documenta publice priuateque dediſſet: anno poſt natum Chriſtum MDL.d. XVIII. Iun. ad *Licentiae*, vt vocant, in vtroque Iure gradum cum fratre procesſit: eo quidem diſputationum & examinationum tam publicarum quam priuatarum euentu, vt in ore vulgi eſſet, neminem, ex quo ea academia ſtetiſſet, tam immatura aetate eo honoris peruenisſe: paucos maiore gratia & dexteritate auditoriis reſpondendo ſatisfeciſſe. Ac fuit tum eiusmodi a Praeceptoribus de duobus fratribus factum iudicium: *alterum ſtudio*, quod certe in maiore fuit flagrantiſsimum, *alterum indole* &

Mudaeo charus.

Fit Iuris Licentiatus.

Iudicium de duobus fratribus.

alacritate quadam animi alteri praestare, vtrumque loco illo iuxta dignum videri. Cum autem Noster ab impetrato studiorum illo commeatu nondum per aetatem publico videretur aptus; iussu parentum ad externas linguas ritusque forenses addiscendos peregrinatus est aliquot annos, non sine periculo. Nam cum orto inter CAROLVM *Caesarem* & HENRICVM, *Galliae* Regem bello omnia late arderent; infestaque ac infida hospitibus essent, nihil propius aliquando factum, quam vt illud, quo se receperat, propugnaculum, tempore nebuloso, strategemate hostium improuiso, ex insidiis caperetur. Quibus si res successisset, consilium omnes interficiendi puberes, vt post de captiuis cognitum fuerat coeptum. Sed Deo per arma circumsonantia, per caedes, incendia, praedationes iuuenem deducente, reuertit ad suos incolumis, vbi mox diuturni morbi matris & placidissimi eiusdem obitus, in magno luctu, spectator fuit. Paulo post contra multorum expectationem, quodam inde fato diuulsus, in *Germaniam superiorem*, per id tempus paulo tranquilliorem, suis quibusdam rationibus inductus concesit. Cum autem *Ienam* veniret, anno MDLVIII. d. XXI. Febr. primus, vt dixi, Iuris Doctor a D. *HEINRICO SCHNEIDEVVINO, primo* Rectore D. IOH. SCHROETERO; Ordinario D. PETRO PREMIO, Decano & Pro-Can-

Peregrinatur,

Nec sine periculo.

Redit ad suos.

Matri morienti adest.

Abit in super. German.

Ienae concedit.

Doctor. renunciatur.

Digitized by Google

Cancellario D. *BASILIO MONNERO* renunciabatur, quo tempore etiam nuptias celebrabat cum *CATHARINA*, *FRANCISCI BVRCHARDI*, *Vinaria-Thuringi* ICti, & in *IOHANN. FRIDERICI*, Electoris Sax. aula Cancellarii, filia. *Nuptias celebrat.* In Salana autem ab A. C. MCLVII. vsque ad MDLXIX. Iura est professus, tanta quidem cum assiduitate, vt etiam in concursu grauissimarum occupationum, quas aula cumulare consueuit, nunquam solitus fuerit, nisi extrema vrgente necessitate, docendi operas interrumpere. Magnifici Rectoris munere ibi bis est functus, primum ab August. MDLIX. vsque ad Cal. Ian. MDLX. quo tempore LIII. Musarum alumnos inscripsit. Deinde a Calend. Ian. MDLXVI. vsque ad Cal. Iunii eiusdem anni, quo semestri spatio albo studiosorum C. intulit. Iena A. C. MDLXIX, suffragante Principis *AVGVSTI* Electoris clementia a Senatu academiae *VVittembergensis*, ad scholam inibi Iurisprudentiae habendam, est accersitus, loco *D. IOH. SCHNEIDEVVINI.* Eo cum venisset, statim sub exitum Augusti amisit coniugem, matronam lectissimam *CATHARINAM BVRCHARDIAM.* Ipse autem perrexit in munere docendi ad annum vsque *octogesimum sextum*, cuius die V. Iun. placide spiritum Deo reddidit, cum in exilio terreno fuisset annis LV. Epitaphium sibi ipse ante obitum composuit tale:

Diligenter docet. Rectoratus eius.

Wittembergam vocatur.

Coniugem amittit.

Ipse obit.

Epitaphium.

MATTHAEVS placida ſopitus pace quieſco,
Iuſtitiae & Iuris praeco VVESENBECIVS.
Vita mihi ſtudium fuit, impenſique labores,
Et dolor & gemitus aſſiduaeque preces.
IOVA Pater miſerere mei, miſerere meorum!
Salus in Chriſti ſanguine noſtra ſalus.

In lapide, ad ſiniſtram ſuggeſti & caput IOHANNIS SCHYTZII ſepulchro Weſenbecii impoſito, fuſum eſt in lamina aenea inſigne ipſius, cubici fere magnitudine, adſcripti ad dextram illius latus his verbis: ORA ET LABORA; ad ſiniſtram vero: IN LABORE PRAEMIVM. Sub inſigni autem:

Haec MATTHAEE tenes tu VVESENBECE ſub vrna,
Sed laus doctrinae neſcit in orbe mori.

OBIT V. IVN. MDLXXXVI. AETATIS VERO LV.

Eiusdem laudes.

Caeterum non poſſum intermittere, quin MATTHAEI WESENBECII laudes eximias, quas ſummi viri depraedicant, adhuc breuiſſime attingam. Merito autem *Iurisperitorum Chriſtianiſſimus, & Chriſtianorum Iurisperitiſſimus* cenſetur, ſiquidem non minore ſtudio ſacros Bibliorum codices quam Iuris

Eruditio.

tractare ſolitus. Et quemadmodum de ve-

Digitized by Google

ra Iurisprudentia praeclare est meritus, fuitque *Theoreticus* instructissimus & *Practicus* excellentissimus, Graece ac Latine doctus; quin & rudimentis sanctae linguae aetate iam prouecta condiscendis serio deditus: ita pietatis & religionis orthodoxae ab ineunte aetate studiosus, quam adolescens diuina gratia ipsum ad ouile Christi vocante amplexus est. Ita autem est vocatus: Cum *Louanii*, vt dixi, operam Iurisprudentiae daret, nec dum Pontificiis liberatus tenebris, erat ibidem quidā sartor vtroque lumine orbus, qui inuisere solebat aegrotos, vt ex sacrae scripturae dictis, quae didicerat, consolationem ipsis adhiberet, quod officium homines pii caseis & pane remunerabantur. Is a Pontificiis haereseos, quam vocant, Lutheranae insimulatus in carcerem fuit compactus, in pomaerio vrbis extructum, ita, vt cuilibet ad illum pateret aditus. Hunc coecum in ergastulo Psalmos D. LVTHERI erecta & elata voce canentem WESENBECIVS, cum reliqui studiosi pila lusoria se in illo loco exercerent, non citra periculum attentissimo animo saepe audiuit. Hoc pietatis & constantiae exemplo tandem motus, coepit Biblia diligenter euoluere, adhibita lectione librorum a LVTHERO & aliis Orthodoxis editorum, quorum tum temporis copiam habere potuit. Accepta igitur solidiori verbi diuini intelligentia, summopere studium illud pietatis & reuerentiae erga

Pietas.

Quomodo conuersus sit Wesenbecius.

Deum coluit, fouit, auxit & confirmauit.

Precandi in eo ſtudium.

Orationi habendae ſingulis plerumque diebus *quinque horas*, *matutinam* nempe, quando cubitu ſurrexerat, *nonam*, prandium antecedentem, *quartam* pomeridianam, cum illa lectione vacabat, *& horas ambas* vsque ad *octauam*, coenam ſubſequentes, impendere conſueuerat.

Lectio Bibliorum &

Biblia ſacra ſtudio ſummo & religione euoluit, perlegit, ponderauit, vnde & interpretationes & annotationes margini paſſim adiecit. Excellentiſſimum illud *Pſalmorum* opus & *Noui Teſtamenti* libros prae reliquis vnice fuit exoſculatus, vti apparet variis ex elogiis, quae codici ſuo manu propria adſcripſit, vti ad Pſalmi illius precationem: *DEVS, docuiſti me a pueritia mea, & huc vsque indicaui mirabilia tua, quare etiam dum ſenex & canus ſum, ne derelinquas me!* Ipſe hoc diſtichon adſcripſit:

Qui me ſeruaſti puerum, iuuenemque virumque,
Nunc fer opem miſero, CHRISTE benigne, ſeni.

Patrum.

Adiunxit praeterea Patrum & aliorum praeſtantium in ſtudio Theologico autorum lectionem aſſiduam.

Praxis eius in Iure.

In praxi Iuris Ciuilis integre & iuſte verſatus eſt. Praefectus enim muneri Iudicis, Ius & Iuſtitiam vnicuique incorrupte tribuit, nec vnquam a veritate ſe dimoueri paſſus eſt, Conſultoribus reſponſa dedit veritati, iuſtitiae & aequitati conſo-

ſona; Cauſas & lites, quarum patrocinium ſuſceperat, ad votum Clientium plerumque expediuit: Negotia non temere magno litigatorum incommodo protraxit, ſed promouit diligentiſſime, ita tamen, vt nec praecipitanter feſtinaret, nec moroſe tardaret. Beneficia etiam, quae potuit, contulit in omnes, inprimis pauperum inopiam liberaliter ſubleuauit, ac domeſticis & liberis mandauit, ne mendicus quispiam absque ſtipe ab aedibus ſuis dimitteretur: vnde non raro, familia pauperum ante oſtium praeſtolantium clamores non ſtatim exaudiente, nummulos & aſſes de feneſtra ipſemet deiecit. *Liberalitas in egenos.*

Pium igitur illud vitae inſtitutum placida quoque mors inſecuta fuit. Dicta enim ſcripturae crebro in ore habuit: illud Paulinum ad Romanos VII, 24. Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος &c. Et eiusdem Apoſtoli iſtud 2. Cor. I, 22. ὁ καὶ σφραγισάμενος ἡμᾶς, καὶ δοὺς τὸν ἀρραβῶνα &c. & ex Pſalmis multa, inter quae hoc Pſalmi CXLV, 18. 19. Der HErr iſt nahe allen / die ihn anruffen ꝛc. it. Ach HErr / ſey mir gnädig / und vergieb mir meine Sünde. Aliquando etiam Chriſtiana παῤῥησία dixit: *Iam ſibi a Deo oſtenſum eſſe locum aeterni gaudii, in quem ſit propediem venturus, vnice ſe in votis habere, vt id quamprimum fiat.* Quin & voce defi- *Piae meditationes.* *Voces in agone.*

ciente & lingua titubante ad adſtantes, *ſe in foedere eſſe Domini noſtri IESV CHRISTI*, perſpicue profeſſus eſt. Scripta, quae publici Iuris fecit, ſunt:

Oratio de Mudaeo I. C.

Oeconomia Nouellarum & Codicis. Baſil. 4. 1564.

Subſcriptio ad conſilium D. Chriſt. Herdeſiani in cauſa Honoldina. Norib. 4. 1568.

Papinianus cum aliis Miſcellaneis. Witteb. 8. 1570.

Comment. in Pandectas & in Codicem. Baſil. f. 1582. 1629. Colon. 1606. 4. 1640. 4. 1599.

Exempla Iurisprudentiae. Lipſ. 8. 1584.

Tr. de Feudis. VVitteb. 8. 1584. 1616.

Prolegomena Iurisprudentiae de finibus & ratione ſtudiorum, librisque Iuris. Lipſ. 8. 1584. altera pars, 1585.

Tr. de I. Emphyteutico, cum not. Ioh. Coleri. Vrſell. 8. 1599.

Reſponſa. VVittemb. 1600. & Lipſ.

Modus legendi abbreuiaturas in Iure Ciuili & Canonico.

Commentarius de Actionibus & Interdictis. 1602.

Diſpoſitio Iuris Pontificii. Col. 8. 1607.

Oeconomia Iuris. Hanov. 12. 1615.

De Proceſſu executiuo in cauſis ciuilibus & pecuniariis ad practicam fori Saxonici. Ien. f. 1615.

Comment. in III. & IV. Libr. Cod. VVitteb. 4. 1616.

De

De Subſidiis neceſſitati publicae ferendis. Francof. 12. 1645.

Comm. Baſil. 4. 1629. & cum notis Bacchouii. Amſtelod. 4. 1665. 1668. Colon. 1659. Genev. 8. 1639. Antvv. 4. 1639. & cum notis Conr. Schleiffii. VVitteb. f. 1607.

Perioche feudalis. Louanii, 4. 1647.

Epiſtola ad Senatorem quendam Belgam, de eo, quod Deo magis obediendum, quam hominibus.

Theſes Iuridicae, ipſo Praeſide, *in 50. Pandectarum libros.*

VII.

MATTHIAS COLERVS

Colerus

IVris-Conſultus ſui ſeculi inter primos ſummus, alter Salanae *Papinianus*, aut *Vlpianus*, aut ſi quo alio nomine digniore eum appellare poſſumus, inquit NIC. REVSNERVS. Patriam habuit Altenburgum, celebrem Miſniae ciuitatem prope Pleiſſam. In illa natus eſt anno Salutis reſtauratae MDXXX. Patre eius ciuitatis Senatore, qui cum ingenium filii in literis addiſcendis elucere animaduerteret, ablegauit eum *VVittembergam*, quo in loco artium liberalium & Philoſophiae perceptis ſtudiis, quibus ad maiores diſciplinas ſibi viam praemuniuit; Medicinae primo ſtudium amplexus eſt, in qua tantum profecit ingenio & induſtria, vt

Naſcitur.

Eius parens.

Wittembergam mittitur.

Medicinae ſtu- det.

vt non modo praecepta eius cognita haberet; sed libros etiam Aeginetae aliquot eleganti carmine, quo plurimum valebat, in latinum sermonem conuerteret. Postea vero re diligentius examinata, Medicinae studio iterum valedixit, non tam voluntate impulsus sua, quam suasu & monitis summi illius Viri, PHILIPPI MELANCHTHONIS, qui solertissimus ac perspicacissimo ingeniorū aestimator indole ipsius plurimū delectatus fuit, vt quamuis ingenio ad omnia promto eum esse animaduerteret; praeauguratus tamen & quasi diuinans, animo iam tunc praenosceret ac praesagiret, qualis & quantus Vir aliquando esset futurus, si ad Iurisprudentiae studium se totum contulisset. Sic igitur in stadium prodire tunc ausus Iurisprudentiae ipsius, maximis breui tempore in eo factis spatiis, *Lipsiam* se contulit, ac PETRO LONIOTO, Gallo, Iuris ciuilis interpreti acutissimo, in disciplinam se penitus tradidit, in cuius vitae consuetudinem admissus interiorem, multum sane ab ipsius profecit ingenio: solidam Iuris intelligentiam tum ex Praelectionibus eius publicis, tum ex priuatis collationibus atque disputationibus assecutus. Quam tamen, cum fine praxi non multum sibi profuturam animaduerteret; eodem se tempore insinuauit penitus in familiaritatem nobilissimi ICti, MODESTINI PISTORIS, & eximii illius Iuris Saxonici Commentatoris, CHRI-

Medicinae studio valedicit.

Melanchthonis de Colero diuinatio.

Iurisprudentiae se consecrat.

Lipsiae studet.

In Pistoris &

Digitized by Google

CHRISTOPHORI ZOBELII, qui acumine ingenii & solertia ipsius perspecta non solum amare, sed colere; frequenterque suis eum disceptationibus forique controuersiis adhibere, & consuetudine exercitationeque forensi iudicium prudentiamque intelligendi acuere ceperunt. Anno MDL. in Vniuersitate Leucorea Doctor *Philosophiae* & anno MDLVIII. d. I. Decembr. *Iurium* promotus confestim sub auspicio Academiae Salanae in Professorum Iuris numerum est cooptatus. Rectoratu academico functus est primo ab A. C. MDLXII. Calendis Ianuarii vsque ad eiusdem anni mensem Iulium, quo semestri spatio CIV. studiosos inscripsit: Deinde a Calendis Ian. MDLXVIII. vsque ad Calendas Iunii eiusdem anni, ac CXXII. ciues recepit. Praefuit autem muneri huic vsque ad annum Christi MDLXIX. d. XXVII. Febr. quo, nescio quo fatali genio (vt ipse quidem de se alicubi scribit, *B. BEIERVS* autem Philippo-Strigeliano-Synergismo eum addictum fuisse dicit,) perturbatis aliquo modo academiae rationibus, *Lipsiam* secessit, vbi vitam negotiosam aliquot exegit annis: sub id tempus decidendis Appellationum causis a septemuirali curia Saxonica adhibitus, ac tandem a Principe *Anhaldino* ad Cancellarii dignitatem splendide vocatus: nihilo tamen secius in *Academiam Ienensem* Serenissima potestate reuocatus, cum amo-

Zobelii familiaritatem se insinuat.

Ienae fit Professor.

Rector Magnif.

Dimittitur, & Lipsiam secedit.

Ad Cancellariatum Anhald. vocatur.

Ienam redit.

amore patriae, tum ſcholae ipſius deſiderio, accepta conditione oblata, lubens ac volens rediit, & primariam illic Doctorum ſedem in Iurisprudentia tenuit, id quod factum eſt, anno MDLXXIII. d. XVI. Iun. Neque vero ſcholae Iuris duntaxat; ſed etiam Dicaſterio Salano, & Iudicio praeterea Prouinciali longo interfuit tempore, ac imo potius tanquam Princeps Collegii Iuridici Ordinarius praefuit, in quo munere miram ingenii prudentiam & iudicii dexteritatem oſtendit, quare factum, vt in cauſis maximis grauiſſimisque non tantum a popularibus, verum exteris etiam tam Principibus quam populis & ciuitatibus ac inprimis nobilibus familiis reſponſa ipſius pro oraculis fuerint requiſita, quos omnes ipſe, non minus ac Pythius ille Apollo, de quo eſt apud Ennium, ſuarum rerum incertos ope ſua ex incertis certos compotesque conſilii a ſe dimiſit. Fuit enim vere domus ipſius oraculum, non vnius alicuius ciuitatis, ſed regionum complurium, cuius ianua atque veſtibulum (vt de Q. Scaeuola L. Craſſus apud Tullium memorat) in infirmiſſima valetudine & affecta iam aetate, maxima ſemper frequentia hominum tam ſummorum quam infimorum, imo etiam Comitum & Principum ſplendore aſſidue celebraretur, vt laudatus *NICOLAVS REVSNERVS* ſcribit. Denuo quoque geſſit ſceptrum Academiae

Dicaſterio & Iudicio Prouinc. intereſt. Collegii Iurid. Ordinar.

A multis conſulitur.

Denuo ſit Rector.

a XVII.

a XVII. Iulii A. MDLXXV. vsque ad XXVII. Ian. MDLXXVI. quo temporis ſpatio CLV. ciues matriculae inſeruit. Tandem anno MDLXXXVII. d. XXII. Apr. rebus humanis eſt exemptus. Non autem docendo ſolum; verum etiam commentando & ſcribendo Iurisprudentiae ſtudia maxime illuſtrare & ad poſteros propagare ſtuduit, ſcripta enim ipſius adhuc hodie euoluuntur, inter quae ſunt ſeqq. *Rector.* *Moritur.*

Tractat. de Proceſſibus executiuis in cauſis ciuilibus & pecuniariis ad Practicam fori Saxonici applicatus. Ienae, f. 1562. Lipſ. 4. 1610. Francof. f. 1657.

In Tit. de Inſtit. de obligationibus & act. Francof. 8.

Oratio de Origine, Progreſſu, & Vtilitate Iuris Saxon. Ien. 1602.

Comm. de Exceptionibus & Praeſcript. Ienae, f. 1602.

Deciſiones Germaniae, quae Lipſiae prodierunt cum addit. Iacobi Schultes. 1606. poſtea Lipſ. 1614. 1619. & 1631.

Conſilia. f. Lipſ. 1612.

VIII.

BARTHOLOMAEVS BLARERVS.

BLARERVS (iuxta alios BLAVRERVS) nobili & patricia familia *Constan-* *Blareri familia.*

ſtantiae eſt natus, cuius egregiam doctrinam & fidem induſtriamque praeclaram plurimi in Academia Ienenſi ſunt experti. In hanc autem venit circa anno Orbis reſtaurati MDLVIII. & inter academicos aulicosque proceres ſtatim eſt cooptatus. Spirae tandem, vbi in ſupremo Imperii Romani iudicio locum inuenit honoratiſſimum, conſenuit. Ibidem in publicum propoſuit: *Commentarium ad L. diffamari*, A. MDLXIII. *Chriſtophoro*, Duci Würtenberg. inſcriptum, qui poſtea anno MDCXVI. vna cum *Caeſaris Contardi*, *Hieronymi Cagnoli & Ioannis Oldendorpii* ad eandem Legem repetitionibus, ex recognitione *Gualteri Gymnici*, Coloniae Agrippinae in octaua forma prodiit.

Officia Ienae.

Spirae.

IX.

IOHANNES HOFFERVS

Hofferus naſcitur.

VIr ſingulari & pietate & doctrina & prudentia praeſtans *Coburgi Francorum* VI. Iul. MDXXXIV. eſt natus. Magiſtri Philoſophiae titulo an. MDLIV. *VVittembergae* inſignitus, orationes Iſocratis publice in eadem anno MDLVI. explicuit. Pictauii I. V. D. renunciatus, redux ICtorum Ordini in Salana famigeratiſſimo anno MDLXI. d. V. Febr. adſcriptus & bre-

Fit Magiſter.

I. V. Doctor.

Ienae Profeſſ. Publ.

Digitized by Google

breui in aulam Grimmenſtein/ hodie Friedenſtein / vocatus, Conſiliarii munere functus eſt, vsque ad annum MDLXVII. XIII. Aug. quo *Arx Gothana* capta & deſolata, ac IOHANNES FRIDERICVS II. Dux Saxon. abductus in *Auſtriam*. In Cancellariatu *Brandenburgico-Onolzbachenſi* conſenuit, & tandem *Culmbaci* eſt defunctus A. C. MDLXXXIII, d. XXIV. Octobr.

Conſiliarius in Grimmenſtein.

Cancellarius Brandeb. meritur.

X.

NICOLAVS SCHELLERVS.

FVisſe SCHELLERVM Virum multae eruditionis laude cumulatum, quidam teſtantur; praeter ſequentia tamen, quae B. Beierus poſteritati de illo reliquit, pauca inuenio. Fuit autem *Schellerus* hicce HOFFERI Sympatriota, *Coburgo Francus*, veteranus *Academiae Wittembergenſis* alumnus, vt pote in qua anno Chr. MDLV. *Phyſicam & Dialecticam*; anno MDLVI. autem *Arithmeticam* praelegit. Ex Albana hac in Salanam profectus anno Chr. MDLXI, d. XIX. Martii inter Profeſſores Publ. Iuridicos relatus, atque inter tres primos Curiae Prouincialis Aduocatus intermedius conſtitutus, primusque Procurator pauperum, collegas habuit

Schelleri laus.

patria.

Witteb. Acad. alumnus fuit.

Iuridicae docet.

Curiae Prou. Aduocatus.

Primus procur. pauperum.

buit D. MATTH. COLERVM & L. GEORGIVM TASCH. Colloquio inter Theologos Lipſienſes, Wittembergenſes & Ienenſes de Iuſtificatione aliisque affinibus d. xx. Octobr. MDLXVIII. Altenburgi incepto & anno MDLXIX. ix. Mart. per Electorales interrupto interfuit, vna cum aliis quibusdam P. P. Philippiſmo infectis, dimiſſus *Iena Arnſtadium* abiit, & in Cancellariatu Schvvarzburgico obiit.

Colloquio Altenb. intereſt.

Cancellar. Schvvarzburg. moritur.

XI.

HENRICVS HVSANVS

Huſanus naſcitur.

OPtimus non modo *ICtus*, ſed etiam *Orator & Poëta*, primam vitae vſuram hauſit *Iſenaci Thuringorum* anno poſt recuperatam per Chriſtum ſalutem MDXXXVI. Patriam ſuam ipſe ita deſcribit:

Iſenaci deſcriptio.

--- --- --- Proxima fortibus Heſſis
Vrbs iacet, Iſi, tuae quam poſuere manus:
Quae mihi naſcenti vitales praebuit auras,
In qua ſaluus adhuc degit vterque parens.

Puer mercaturae addictus.

Puer in ludo literario primis elementis imbutus *Bergam Norvegiae* emporium miſſus eſt mercaturae mancipandus. Sed cum ibi, qui mercaturae initiari volunt, ſic e marina nudi extracti, verberibus excipiantur, vt multus

tus e viſceribus ſanguis exeat, nonnunquam etiam immatura mors ſubſequatur; ipſe a primo ſtatim experimento miſſa ad matrem interula, cruore tota perfuſa effecit, vt a Scythico illius diſciplinae luſu (ita enim appellant Waſſerſpiel) domum reuocatus, dulcique Muſarum conſortio redditus, feliciter ſtudiorum ſtadium decurrerit. Inter Praeceptores ſuos laudat BARTHOLOMAEVM ROSINVM; Commilitonem vero FRIDERICVM WIDEBRAMVM. Cum eodem Widebramo audiuit etiam IOHANNEM STIGELIVM & MELANCHTHONEM *Wittembergae* ſub anno MDLIII. Inde *Ingolſtadium* progreſſus, eruditionem mirifice auxit. E patria in *Galliam ad Bituriges* profectus, inter alios *DVARENO*, Iuris Profeſſori celeberrimo, adhaeſit. Hinc in *Italiam* digreſſus *Patauii* potiſſimum excellentiſſimis ea aetate ICtis ſtudium ſuum dedit. Ibi anno MDLIX. febri ardente lethaliter decubuit. quare Eleg. 7. Lib. 1. ita precatus legitur:

Waſſerſpiel. *Initiati mercatores.*

Literis operam dat.

Praeceptores eius.

Witteb. & Ingolſt.

Proficiſcitur in Galliam & Italiam.

Aegrotat.

O igitur mea lux, requies, ſpes vnica IESV!
Aſſer in articulo nunc mihi mortis opem.
Nunc apud offenſum pro me fac vota Parentem,
Patatumque tuo redde fauore mihi.
Sic mihi mors lucrum, ſic mundus cauſa triumphi,
Sic per te Satanas, gloria, victus erit.

Ecce patent coeli, vocor ex hoc carcere sursum,
O anima in requiem te mea verte tuam!
Rebus adhuc haeres etiam defixa caducis?
Quid tibi cum terra? sordida terra, vale!
Corpus humo linquens animam tibi, Christe, remitto,
Mors ades, & vitae nunc mihi pande fores.

Praxin Iuris exercet.

Agit in aula.

Legationes obit.

Ienae Prof. Iur.

Cancellarius Mecklenb.

Lunaeburgi Syndicus & Consiliarius.

Moritur.

Monumentum.

Redux inde *Spirae* aliquandiu substitit & praxin Iuris obseruauit. Postea in aulam pertractus, variis obrutus negotiis, egit modo *Suerini*, A. MDLXXII. modo *VVismariae*, modo alibi. Legationes etiam obiuit aliquoties, in *Galliam* praesertim & *Angliam*. E perlustratione *Germaniae*, *Galliae* & *Italiae* redux A. C. MDLXI. d. VI. Sept. in *Academia Ienensi* Professoris P. & postea in *aula Vinarienſi* & *Grimmensteinensi* Consiliarius audit vsque ad annum MDLXVII. quo a *IOHANNE ALBERTO*, Duce *Mecklenburgensi* ad Cancellariatum vocatus abiit, a cuius tamen officii curis innumeris postea se liberari optauit. Impetrata ergo dimissione ex periculosis & diuturnis aulicorum negotiorum fluctibus in portum appulit, atque Lunaeburgensi Reipubl. operam suam addixit, Syndici & Consiliarii munere susceptо. Lunaeburgi quoque obiit d. IX. Decembr. MDLXXXVII. ibidem tali cum monumento sepultus: HENRICO

RICO HVSANO, ISENACENSI THVRINGO, AB INEVNTE AETATE IN GERMANIA, ITALIA ET GALLIA BONIS LITTERIS ET LINGVIS EXCVLTO, ET MOX SVPER AETATEM EGREGIO ORATORI, POLITICO ET ICTO, SAXONIAE ET MVLTORVM PRINCIPVM CONSILIARIO ET LEGATO, CANCELLARIO MEGAPOLITANO, ET POST AVLICARVM IACTATIONVM TAEDIVM LVNEB. QVOQVE REIPVBL. SYNDICO, DEXTERITATE ET VSV RERVM CONSPICVO: ET IN CONSILIIS, TRANSACTIONIBVS ET PACIFICATIONIBVS MIRIFICE EXPEDITO PIEQVE HIC DEFVNCTO IN SPEM OPTATIS S. RESVRRECTIONIS VXOR ET LIBERI CVM LACRYM. P. P.

Circa idem Monumentum leguntur sequentia:

Coelum politeuma piorum est.
Christo vno duce carpe viam, sic itur ad astra:
Aurea pulvereis praestant, aeterna caducis.
Nulli sine marte triumphi,
Vita crescendo decrescit:
Mors lilia sentibus aequat.
Nil fragile a fracto differt: quod tu esse solebas,
Ipse fui: fies tu quoque, sum quod ego.

Extat etiam in eum *I. Fichardi* ICti Epigramma eiusmodi: *Epigramma in Husam.*

Quidam nugantur, Iureconsultos parum
Curare sacra relligionis dogmata:

Quidam negant illorum id esse partium,
Extra suae professionis limites
Quod egrediantur, & pariter tractent sacra,
Vtrosque tales noster HVSANVS sui
Erroris arguit, & suo exemplo docet:
Aetate nostra hac, iuris esse scientiam
Diuinorum atque humanorum notitiam.

Prodierunt typis excusi seqq.

Horarum succisiuarum siue imaginum Mosaicarum libri II.

Elegiarum Lib. II. &c.

XII.

CHRISTOPHORVS DüRFELDIVS.

Dürfeldi

Patria.

DüRFELDIVM huncce Virum fuisse solertissimum, merito existimamus. Postquam enim *Gothae Thuringorum* huius coeli spiritum hausit, & aetatis teneritudo est passa, literis ita incubuit, vt tantum virum decentia ex voto acquisiuerit. Non solum enim ob singularis eruditionis splendorem *Erfurti Philosophiae Magister*; sed etiam *Ienae Vtr. Iuris Doctor* An. Chr. MDLXII. est creatus. Probe igitur explorata ipsius eruditione variis muneribus grauissimis est praefectus, ab anni nimirum MDLIV. II. Febr. *Philosophiae*, ac deinde ab

Philos. & I. V. Doctor.

Digitized by Google

ab A. C. MDLX. *Iur. Profeſſor*, adhuc Iuris Licentiatus MDLXI. in Iuridicam Facultatem receptus. Et quamuis *Vinarienſis* Aulae Conſiliarius, ſed extraordinarius conſtitutus eſſet; attamen menſe Iulio A. MDLXIII. Vniuerſitatis Ienenſis Rector eſt electus & proclamatus, cuius ſceptra geſſit vsque ad Calendas Febr. anni ſequentis & LV. Muſarum alumnos inſcripſit. Inter *quatuor primos Curiae Prouincialis* (quae Ienae anno MDLXVI. prima vice celebrata die Lunae poſt *Aegidii* diem) Aſſeſſores ex ICtorum ordine electos vltimus fuit, Collegas habuit D. MELCHIOREM KLINGIVM, D. HENRICVM SCHNEIDEWINVM & D. MATTHAEVM WESENBECIVM. Abiit inde *Gotham*, vbi eſt commoratus vsque ad XXVII. Aprilis anni MDLXVIII. quo *Halam Saxon.* ad Syndicatum vocatus ſe recepit; Halaero *Spiram Nemetum* venit, vbi in Aſſeſſorum Camerae Imperialis ordinem cooptatus, hominem, imo hominis miſeriam exuit d. XXIII. Maii A. C. MDLXXXIII. Filium reliquit nominis, tituli, & officii *Spirae* haeredem.

Profeſſor Ienae

Conſiliarius Vinar.

Rector Magnificus.

Curiae Prouinc. Aſſeſſor.

Syndicus Halenſ.

Aſſeſſor Imperialis Camerae Spirae.

Moritur.

XIII.

LAZARVS COLERVS.

IN lucem editus eſt hic COLERVS *Oſchatzii Miſn.* & quia creſcente aetate ſedulo

Naſcitur.

excoluit ſtudia, in ſtadio Iuris ita profecit, vt d. XXIII. Octobr. anno Chriſti MDLXVII.

I.V. Doctor creatur. Wittembergae V. I. Doctor ſit renunciatus, D. VITO ORTELIO, *P. P. Brabenta. Wittemberga Ienam* profectus cooptatus, eſt inter

Aſſeſſor. Curiae Prou. Ienens. Et Facultatis Iur. Aſſeſſores tum Curiae Prouincialis anno MDLXVIII. XVI. Aug. tum Facultatis Iurid. MDLXIX. VIII. Iulii. Vtramque ſpartam ornauit vsque ad A. Chr. MDLXXII. quo *Iena*

Conſil. Vinar. *Vinariam* abiit conſtitutus Conſiliarius IOHANNIS GVILIELMI I. Ducis Saxoniae.

Syndicus Magdeburg. Quo mortuo *Magdeburgum* ſe contulit Reipublicae Syndicus vocatus, vbi vrbe miſerum in modum homicidio & incendio a TILLIO & PAPPENHEIMIO, Caeſareis Ducibus, deuaſtata, miſere periit, quod factum eſt A. MDCXXXI. menſe Maio.

Obit.

XIV.

VIRGILIVS PINGITZERVS.

Natalis Pingitzeri. BOno publico editus eſt PINGITZERVS hic A. O. R. MDXLI. d. IX. Octobr. *Halae*, (quae eſt oppidum Archi-Epiſcopatus Salisburgenſis, Salinis celebre) patre cognomini, eius oppidi Conſule, matre ANNA GREMSICHIA. Adoleſcens *Ienenſem* Academiam acceſſit ſuis in incunabulis tunc quaſi iacentem anno Chr. MD

MDLVIII. paulo ante inaugurationem publicam. Praeceptores nactus tum alios, tum M. IOHANNEM ROSAM, Philosophum & Theologum insignem, qui suum hunc alumnum omni pietate & eruditione excoluit, & elapso quadriennio abeuntem honorifico testimonio decorauit. Anno MDLXII. *Iena Ingolstadium* abiit, vbi biennii spatium moratus, totum se Iurisprudentiae addixit. Non multo post cum D. MATTHAEO WESENBECIO, ICto celeberrimo, peregrinatione diu quaesita, bonam inferioris Germaniae partem emetitus, *Lauanii* studiorum causa aliquantisper substitit. Tandem inuisit & *Galliam*, cuius cum praecipuas obiisset prouincias, *Aureliae* pedem quasi figens, gradum & insignia Doctoratus in vtroque Iure summa cum laude anno MDLXVII. petiit & impetrauit. *Ienam* exinde se recipiens & campum industriae suae liberiorem, in quo posset excurrere, circumspiciens, primo quidem Aduocatum Iudicii Prouincialis egit, deinde A. MDLXX. publicam ad Iuris Professionem vocatus, spartam sibi commissam ita ornare coepit, vt dubites, plusne a Iurisprudentia ipse ornamenti, an ab ipso Iurisprudentia acceperit. Tunc temporis cum in Lectura Iurium infima, tum in Procuratura pauperum gratuita successit D. NICOLAO SCHELLERO, primo pauperum Aduocato a prouidis Saxo-

Ienae discipulus Ioh. Rosae.

Ingolstadii & Louanii studet.

Peregrinatur.

Fit Aureliae Doctor Iuris.

Ienae Aduocatus Iudicii Prouinc.

Professor Iuris.

Procurat. pauperum.

niae Ducibus constituto. Cum Serenissimus Princeps Saxoniae, IOHANNES WILHELMVS, vita functus esset A. MDLXXIII. oborta tempestate quadam, quae tamen erat nubecula cito transitura, quasi declinans typhones hos, secessit in academiam *Iuliam*, quae *Helmstadii* est, in qua Ius & Leges pari successu interpretatus est, in eaque anno MDLXXVI. inaugurata primus in Iure Antecessor audiit. Inde reuocatus in aulam *Vinarienſem*, Serenissimo *Duci Saxon. IOHANNI* morum & studiorum Director datus est. A. MDLXXXVII. Principe iam adulto & peregrinationibus operam daturo, *Ienam* reuersus, stationem priorem recuperauit, quam & Professor Iuris Publicus & progressu temporis Collegii Iuridici Senior, ac tandem Ordinarius, tum vero Curiae Prouincialis Assessor & post obitum D. IOHANNIS STROMERI A. MDCVII. Consistorii Ecclesiastici Praeses ex omnium voto est tutatus. Eloquentiam suam saepe in Comitiis Prouincialibus & aliis Congressibus, vbi verba facienda, testatum fecit. Magistratum academicum aliquoties cum laude gesit, nempe a VII. Febr. anni MDXCIV. vsque ad eiusdem anni Calendas Aug. quo semestri spatio CXCV. studiosos recepit. Deinde a III. Febr. A. MDCIV. ad XIII. Iulii eiusdem anni CVIII. Musarum alumnos inscripsit. Tum a XXI. Febr. MDCXIV. ad

Iuris Profess. Helmstadii.

Ephorus Ducis Vinarienſis.

Ienam reuertitur.

Rector Magnificus.

XXXI.

xxxi. Aug. eiusdem anni, quo tempore Pro-Rector, (Rectore Magnificentisſimo, Sereniſſimo Principe, Dn. IOH. ERNESTO, Iun. Duce Saxon.) CCLVIII. nouos ciues albo academico inſeruit. *Pro-Rector.*

Statum PINGITZERI domeſticum quod attinet, *Ienam e Gallis* reuerſus A.MDLXVIII. vxorem duxit CATHARINAM, WOLFGANGI Druckſcherffs / *Conſulis Ienenſis* filiam, ex qua parens factus eſt V. filiorum, e quibus FRIDERICVS WILHELMVS, FRIDERICVS prior, & WOLFGANGVS mature obierunt: ſed VIRGILIVS alter & CAROLVS GVNTHERVS patri ſuperſtites literis operam dederunt. Filias ſuſcepit ex eadem ſeptem, e quibus ELISABETHA, MARIA & IVSTINA in annis adoleſcentiae viuere deſierunt: reliquas vero feliciter elocauit, CATHARINAM, D. TOBIAE HARNISCHIO, Cauſarum Actori, Senatori & Camerario Numburgenſi, ANNAM, D. DOMINICO ARVMAEO, I. V. D. Prof. P. Curiae Prouinc. & Dicaſterii Aſſeſſori; DOROTHEAM SVSANNAM, D. ANTONIO VARO, Medic. Profeſſori; Denique *Mariam Sophiam*, ſucceſſiue IOHANNI HARNISCHIO & GEORGIO STARCKIO, Ciuibus Numburgenſibus. Priorem coniugem, cum qua XXXVII. annos concorditer vixit, cum ad coeleſtem patriam praemiſiſſet, partim ingraueſcente aetate, par- *Coniugium prius.* *Filii.* *Filiae.*

partim rei familiaris cura prope coactus, anno MDCVII. altero matrimonio sibi iunxit virginem EVPHROSYNAM, D. MICHAELIS NEANDRI, Medici clarissimi, qui inter primos in Academia Ienensi docendi munere functus est, filiam natu minimam, quae tanta fide & vigilantia mariti senescentis curam egit, vt nemo dubitet, eius opera vitam ipsi per annos non paucos prorogatam fuisse. Senio tandem consumtus & aliquando prae lassitudine lecto affixus, obdormiscenti similis beatam exhalauit animam d. xx. Iulii A. Chr. MDCXIX. aetatis LXXVIII. Quae publici Iuris fecit, sunt seqq.

Coniugium posterius.

Moritur.

Disp. de Glande legenda. 1596.

Illustrium Quaestionum Saxonicarum Decades sex. Gerae, 4. 1607.

Disput. de (vtili) Legatorum & Fidei commissorum materia. Resp. Ioh. Christ. Merckel. 1615.

Consilia s. Resp. Iuris. Stutgard. 1684.

XV.

IOHANNES ADAMVS MORDERVS.

Morderus

EXimius ICtus, a NIC. REVSNERO merito vocatur *Morderus*, legendo enim

enim & ſcribendo indies ita profecit in ſtudio & ſtadio Iuris, vt propterea in Conſultum tam Iuris quam Iuſtitiae amantiſſimum euaſerit. In *Salanam* venit anno MDLXVIII. d. V. Octobr. matriculae Facultatis ſuae inſcriptus & X. eiusdem in Profeſſorum Publicorum Ordinem cooptatus. *Iuris Profeſſor Ienenſis.* Ex eadem A. MDLXXII. discesſit *Spiram Nemetum*, in ſupremo Imperii Romano-Germanici Areopago & Tribunali Aduocatus, *Aduocatus & Aſſeſſor Iudicii Imp. Spirae.* ac tandem Aſſeſſor legitime conſtitutus, Ibi fortaſſe etiam diem ſupremum obiit, de quo nihil inuenio, ſiquidem nec ipſe B. BEIERVS, alias talium rerum indagator diligentiſſimus, natiuitatis mortisue diem annotauit.

XVI.

IOSIAS MARCVS

HAnc in lucem prodiit *Torgae Miſn.* A. O. R. MDXXIV. natus patre IOHANNE MARCO, Medico peritiſſimo, IOSIAS, cum naturam haberet ὀργῶσαν πρὸς τὰ μαθήματα, teneris ab vnguiculis ad pietatem & bonas litteras animum applicuit, quarum fundamenta cum in ſcholis, quas triuiales nominant, praeclare ieciſſet, *Wittembergam* ſe contulit ad capeſ- *Wittembergam ſe conuertit.* ſen-

Marcus naſcitur.

Scholae dat operam suam.

Augustam Vind. abit.

Peregrinatur.

Creatur Doctor.

Ducit vxorem.

Cancellarius fit.

fendum vberiorem ingenii cultum, neque multo post in ludo literario Ienensi partem operarum scholasticarum in se recepit, & fortunae, quae tum nouerca potius erat, quam mater, haud inuitus obsecutus est. Cum autem D. ERHARDVS SCHNEPFIVS & D. IOH. STIGELIVS, qui censores ingeniorum erant acerrimi, facile perspicerent, ipsum ad longe maiora natum: autores ei fuere, vt *Augustam Vindelicorum* iret, qua in ciuitate, cum aura iam melior adspiraret, nobiles quosdam suae concreditos fidei erudiendos susceperit. Hanc itaque rei bene gerendae occasionem arripiens, studiorum causa peregrinari coepit, & quidem in *Gallia* per quadriennium; in *Italia* vero *Patauii & Ferrariae* per triennium subsistens, tandem summum honoris gradum in vtroque Iure apud *Ferrarienses* sub ICto celeberrimo, HIPPOLYTO RIMINALDO, cum laude anno MDLX. adeptus est. Domum ad suos reuersus quadriennio post vxorem duxit ANNAM, ANDREAE GENTZELII, Praefecti *Sachsenburgensis* filiam, e qua parens factus est trium filiarum & quinque filiorum. Vix annus abierat, cum *Arnstadium* vocaretur ad Illustrissimos Comites *Schwartzburgenses*, apud quos summa fide & industria Cancellarii munere per quadriennium functus est. Tum vero anno MDLXX. ad *Salanam* a Serenissimo Principe, IOH. WIL-

HEL-

HELMO, Duce Sax. &c. clementisſime redire iuſſus, non minore integritate & publici Profeſſoris & Ordinarii in Facultate Iuridica & Conſiliarii munus obiit ad funeſtum illud & luctuoſum vsque tempus, quo Deus religioſisſimum Principem ex hac vita calamitoſa euocauit. Cum autem variae tum & Eccleſias harum regionum & Rempublicam & ipſam Salanam mutationes exercerent, facile colligi poteſt, quantis cum difficultatibus & periculis conflictandum fuerit D. MARCO, qui eo tempore magiſtratum gerebat ſcholaſticum, & in prima conſtitutus acie, quoslibet inſultus excipere cogebatur. Hoc Rectoratu a Calendis Ian. vsque ad xvi. Iunii MDLXXIII. functus LXXX. ſtudioſos inſcripſit, a quo die vsque ad finem huius ſemeſtris MARCI vicem geſſit D. SAMVEL BROTHAGIVS, quia ille Wolfferbytum abiit, Vice-Cancellarii officio in aula IVLII, Ducis *Brunſuicenſis* & *Lunaeburg.* functus. Id quod B. Beierus hoc Epigrammate innuit:

Professor Ienenſ.

Rector Magnif.

Guelferbytum abit.

Accipit imperium Ioſias Marcus, in aulam
At Ducis optata ſorte vocatus abit. &c.
Interea Rector Samuel Brothagius audit,
Rectoremque colit gens ſtudioſa ſuum.
Aulae ſit Rector Ioſias Marcus --- &c.

Exacto autem triennio *in Holſatiam* migrans

Holſatiam migrat.

Digitized by Google

grans apud Serenisſimum Principem ADOLPHVM b. m. eidem officio pari cum laude per nouem annos praefuit, donec a Serenisſimis Principibus ac Dominis, D. FRIDERICO WILHELMO & D. IOHANNE, Fratribus Germanis, Ducibus Saxon. in patriam reuocatus, & loco non primarii tantum Conſiliarii; ſed etiam Praeſidis in Conſiſtorio Eccleſiaſtico dignisſimi habitus. Tandem vero continuis laboribus & curis fractus & inſuper aetate iam feſſus, cum a Serenisſimis Principibus, vt emeritus miles, ſaluo tamen annuo ſalario rude iam donatus eſſet, anno MDXCIII. ſe Ienam recepit, vt quicquid vitae reliquum eſſet, quiete traduceret. Ibi vero grauiter coepit decumbere, acceſſerunt dolores calculi, ita vt per integros quinque annos ad ipſam vsque mortem lectulo ſuo affixus iacuerit, quo morbi tempore nihil aliud quam Dei verbum amauit, deſiderauit, cogitauit, tandem quoque Coena Dominica, veluti quodam viatico ad felicem ex hac vita migrationem vſus, vitam mortalem clauſit, d. XXVIII. Apr. A. C. MDXCIX. aetat. LXXV.

In patriam reuocatur.

Rude donatus. Ienam redit.

Moritur.

SA-

XVII.

SAMVEL BROTHAGIVS

Brothagii Patria.

philosophiae & I. V. Doctor.

Spirae Aduocatus.

Professor Ienae.

Decanus.

Rector Magn.

G*Oeppinga*, aliis *Vlma* Sueuus, Philosophiae Magister promotus *Tubingae* anno, Christi MDXLVII Gradu etiam in vtroque Iure legitime impetrato, *Spirae Nemetum* Aduocatum egit, exinde *Ienam* profectus A. C. MDLXXII. XXII. Martii matriculae Facultatis Iuridicae nomen dedit sub Decano D. VIRGILIO PINGITZERO. Anno MDLXXIII. IOHANNE WILHELMO I. Duce Sax. defuncto, omnes Professores Iuridici, nominatim D. *PETRVS PREMVS*, *D. VIRGIL. PINGITZERVS*, *D. IOHANN. ADAMVS MORDERVS & D. IOSIAS MARCVS* sunt dimissi, solus *BROTHAGIVS* manere iussus, Decanatu succedaneo functus est. Anno dicto MDLXXIII. d. XVI. Iun. Rectori Magnifico, IOSIAE MARCO in aulam euocato, substitutus est Rector, vsque ad XXIV. Iulii, quo tempore XVI. ciues nouos inscripsit. Deinde ab anni MDLXXVII. XXIV. Iulii ad XXX. Ian. anni sequentis Academiam rexit, & LXXVI. studiosos recepit. Tandem a III. Febr. vsque ad IV. Aug. anni MDLXXXVI. XCII. inscripsit studiosos. Caeterum autoritate, grauitate, seueritate cum humanitate permixta polluisse fertur. Aliquando praelecturus, Auditorium ICtorum

vetus, hodie Medicis destinatum, ingressus *IACOBVM FLACHIVM*, Medic. Doctorem & Professorem P. praelegentem offendit, ac eundem non sine commotione statim ita allocutus est: *Cede maiori!* Flachius initio territus, mox animatus, mascule & apposite ex *Catone* respondit: *Parce minori!* subsecuta est mira animorum vnio & cathedrae communio. *Ienae* tandem ex recti cruris inter saltandum laesi, & ope Chirurgorum abscisi doloribus obiit XII. Iun. MDLXXXVII. Notatu dignum est Epitaphium sepulchro eius inscriptum:

Moritur.

Epitaphium.

Brothagii fatum genus & miserabile mortis,
Nil stabile humanis rebus inesse monet.
Ille epulas inter solennes atque Hymenaeos
Laetior vt paulo se exhilarabat ouans,
Ad cytharae numeros & dulcia plectra choraeas
Alterna ductans mobilitate pedem:
Imminet a tergo fatum: Crus frangit, & illo
Post quartum secto, mox obit ille diem.
Exequias celebrant pullata veste Camoenae,
Interitumque Viri moesta Salana dolet.

XIIX.

IOHANNES MONACHVS

Nascitur Monachus.

IN lucem editus est *Schneebergae Misn.* d. XV. Aug. A. C. MDXXXVI. *Doctoratum* adeptus

ptus cum *Philoſophicum Ienae* MDLX. III. Ian. tum *Iuridicum Baſileae*, *Decano BASILIO & Iuris. AMMERBACHIO & Brabeuta CASPARO HERVVAGIO.* Inter Iurisconſultos & P. P. in *Salana* receptus A. C. MDLXXIII. VIII. Iulii, e qua ad *Syndicatum Norimbergenſem* vocatus, abiit A. MDLXXIX. *Lipſiam* profectus A. MDLXXXVIII. in qua Iuris Anteceſſor, Facultatis Iuridicae Ordinarius, Scabinus, Conſul & Canonicus Martisburgenſis floruit ad A. C. MDXCIX. x. Aug. quo exſpirauit placide, ſepultus in templo Nicolai. In publicum emiſit ſeqq.

Doctor Philoſ.
Prof. Ien. Syndicus Norimb.
Lipſiam abit.
Moritur.

Defenſorium Iuris &c. Colon. 8. 1576.
Noua Commentaria in Iuris Pontificii Decretal. Spirae, 4. 1602.
Practica Iudiciaria. Magdeb. 4. 1606.
De Iurisdictione. ibid. 4. 1637.
De Deſertoribus Iuris.

XIX.

DANIEL EVLENBECIVS.

Barbya Saxon. vitam hanc exorſus eſt EVLENBECIVS An. Chr. MDXXXIX. Patrem habuit *PETRVM EVLENBECK.* haereditarium in *Barby*, Comitum Barbyenſium Cancellarium. (Cuius inſignia

Eulenbeeii patria, Natalis, parens.

& Gentilitia renouauit & auxit *MAXIMILIANVS I. Imper. Rom.* & vtrique sexui communiter vsurpanda concessit. Ea in matricula Rectorum Ienens. ita depicta sunt: In clypeo est noctua coronata, & super galeam apertam & coronatam habentur expansae alae coerulei & flaui coloris, addito Symbolo: *Agentem ratio ducat, non Fortuna.*)

Insignia.

Doctoratus. Doctoratu in vtroque Iure *Senis* in Italia legitime impetrato, & Consiliarii in *aula Comitum dictorum* sparta aliquandiu ornata, *Ienam* venit MDLXXIII. x. Dec. matriculae ICtorum insertus, aliquo tempore Facultatem

Professio Iur. Iuridicam solus, alter velut Atlas, sustinuit, nimirum *D. VICTORINO GRVNERO* A. MDLXXXVI. II. Nou. *D. MATTHAEO COLERO, Ordinario*, MDLXXXVII. d. XXII. April. D. SAMVEL BROTHAGIO XII. Iun. eiusdem anni beate defunctis, & *D. Petro VVesenbecio Iena VVittembergam* MDLXXXVII.

Rectoratus. d. XIX. Apr. euocato. Sceptra Academiae etiam illi sunt tradita, *prima vice* tanquam *Illustrissimi Dn. Dn. ERNESTI, Comitis Mansfeldensis*, Pro-Rectori, quae a IV. Aug. anni MDLXXIX. ad Cal. Febr. MDLXXX. gesit, & albo academico LXXV. inseruit ciues. *Altera*, tanquam Rectori, qui ab VIII. Febr. ad XXV. Iul. anni MDLXXXVIII. CXVII. inscripsit. Mi-

Mors. serae huius vitae pausam fecit d. XV. Dec. A. C. MDXCV. aetatis LVI.

IO-

XX.

IOHANNES VNWERTH,

COmmuniter Unwirth / ait B. M. *ADR. BEIERVS, καὶ ἀνθίφρασιν pretioſus & hoſpitalis.* Hoc de cognomine *D. MARTINVS LVTHER*, in Libello de aliquot Nominibus propriis Germanorum tit. 9. de nominibus in Werd/ p. 23. ita ſcribit: *Humbertus*, inquiens, id eſt, Unwerd/ non charus. *Vnwerthi nomen.*

Extat familia nobilis hoc nomine, & videtur humilitatis virtute hoc nomen eſſe quaeſitum, quaſi diceres: *Noli curare ſublimia, praeſtat humili loco contentum eſſe, quam Tragica gloria clarum fieri velle.* A. C. MDLXXIV. Ienam vocatus in ordinem cum I. C. Profeſſ. tum Aſſeſſorum in in Conſiſtorio Eccleſiaſtico & Curia Prouinciali receptus eſt. Iena Lipſiam ſpe melioris ſortis diſcesſit, vbi forte obiit. *Officium Ienae.* *Abitus.*

XXI.

PETRVS WESENBECIVS.

EX familia veteri & celebri Weſenbeciorum, ſeu vt illis locis peruulgatum, a *VVeſenbecke*, quod ſuperioribus *Weſenb. familia.*

Patria & natalis. Germanis Wieſenbach / Latinis torrentem pratorum ſignificat, natus eſt *Antwerpiae* V. Maii, A. C. MDXLVI. Pater ei fuit *PETRVS WESENBECIVS*, Senator ibidem, cuius cura fideli a teneris imbutus literis, in ſtudio Iuridico ita profecit, vt III. Febr. anni *Promotio & Profeſſor Iur. Ienae.* MDLXXIV. Ienae I. V. Doctor creatus XX. Febr. Profeſſor P. ſit vocatus. Anno Chriſti MDLXXVIII. d. XVIII. Iulii, cum Magnifico Rectore, M. *FRIDERICO PENSOLDO*, Phyſices Profeſſore P. *Ienae*, in qua peſtis gliſcebat, *Salfeld. concedit.* *Salfeldiam* conceſſit, vt de commoditatibus eius oppidi deſpiceret, quae non minus docentibus quam diſcentibus inſeruire poſſent. Luſtratae itaque & numeratae ſunt, Senatus oppidani indultu, ciuium habitationes: locus item conuictorio publico & auditoriis in coenobio Auguſtiniano, ſelectus, & ad mandatum illluſtriſſimi Regiminis Vinarienſis conceſſus fuit. Hinc Profeſſores multi cum familiis ſuis illuc loci conceſſerunt, quos ſtudioſi circiter CC. ſecuti ſunt, & redierunt poſtliminio anno Chr. MDLXXIX. IX. *Rector Ait. Ien.* Mart. Rector Magnificus Ienae conſtituebatur a XXXI. Aug. A. MDLXXXI. vsque ad XXX. Ian. MDLXXXII. intra quod tempus LIV. inſcripſit ſtudioſos. Deinde cum ſucceſſor ipſius, *D. ANDREAS ELLINGERVS* intra ſequens ſemeſtre, nempe A. C. MDLXXXII. XII. Mart. diem ſupremum obiret, ab hoc die ad IX. Calendas Aug. defuncti vices ſuſcepit WESEN-

BE-

BECIVS, & CXXIV. recepit ſtudioſos, d. XXIII. Apr. MDLXXXVII. *Iena* diſceſsit *VVittembergam*, & hac V. Octobr. MDXCII. relicta *Altdorfum* adiit, factus D. *HVGONIS DONELLI* Succeſſor, & *D. IOH. THOMAE FREIGII* Collega. Ibidemque faſcibus academiae A. MDXCV. bene adminiſtratis, *Coburgum ſeceſſit, aulae Senator, Curiae Prouincialis Aſſeſſor, Scabinatus Ordinarius* isque primus. Vita ibidem defunctus eſt XXVII. Aug. A. C. MDCIII. aet. LVII. Scripta, queis inclaruit, ſunt:

Docet Wittembergae, Altdorfi.

Coburgi Conſiliar. aulic. &c.

Moritur.

Tractatus & Reſponſa, quae vulgo Conſilia dicuntur. Baſil. f. 1572.
Pars II. ibid. f. 1577. Pars III. VVittemb. f. 1611. Pars IV. V. & VI. VVittemb. 1619.
Prompt. Iuris. Erf. 1625. opera Io. Flitneri.
Comment. in Tit. Digeſt. vltimum de Regul. Iur. Francof. 8. 1625.

XXII.

VICTORINVS GRVNERVS

Iena-Thuringus. In Academia patria I. V. D. II. Nou. anno MDLXXV. promotus, biennio poſt anno MDLXXVIII. ICtorum ordini additus, inque Profeſſorum P. numerum relatus d. VII. Septembr. & quidem

Gruneri patria.
Doctoratus.
Profeſſio.

Salfeldiae, in quam ad Salam ciuitatem ob peſtem *Ienae* graſſantem ſuis cum Muſis migrauerat. Rectoris Magnifici munus adminiſtrauit ab XI. Febr. vsque ad XXX. Iul. anni MDLXXXIV. & in album academicum XCIV. nomina retulit. In coniugio vixit cum *EVPHROSYNA, IOHANNIS FOERSTERI*, Saxo-Vinarienſis Conſiliarii, filia, & *ELIAE FOERSTERI*, V. I. D. & *Saxo-Altenb.* Cancellarii, ſorore, ex qua ſuſcepit filium cognominem, poſtmodum in aula Saxo-Altenburgenſi Secretarium. Pauſam huius vitae fecit *VICTORINVS Ienae II.* Nou. A. C. MDLXXXVI.

Rectoratus.

Coniugium.

Mors.

XXIII.

IOHANNES STROMERVS.

Stromeri Patria & natalis.

IOHANNEM STROMERVM dedit *Auerbachium*, Palatinatus ſuperioris oppidum, XXII. Iulii A. O. R. MDXXVI. Alias Nützel & olim Stromeyer a ſuis dictus eſt Maioribus, Patriciis *Norimbergenſibus*, quos HEINRICVS IV. Imperator Rom. Nobilitatis inſignibus dignatus eſt. A. C. MCXCVII. quo Ludus *Circenſis*, ſeu Martialis & Equeſtris *Norimbergae* fuit celebratus, teſte B. ADR. BEIERO in Nomencl. Pr. I. p. 569. Patrem habuit IOHANNEM STROMERVM, Senatorem *Auerbacenſem*, Pa-

Parentes.

Patruum HENRICVM STROMERVM, Medicinae Doct. & Prof. *Lipsiensem*: Matrem vero CATHARINAM, IOHANNIS KELNERI, ciuis honesti in patria, filiam. Ab his parentibus inter XIV. liberos Noster decimus fuit. A. MDXXXVI. *Norimbergam* & paulo post *Lipsiam* studiorum gratia missus, ibi tantos fecit progressus, vt MDXLIV. primam Philosophiae lauream a M. AMBROSIO LOBWASSERO obtinuerit. Interea A. MDXXXIX. cum post obitum GEORGII, *Ducis Sax.* Theologi *Wittembergenses* ad Ecclesiae reformationem *Lipsiae* conuenientes, hospitio D. HENRICI STROMERI, Medici essent vsi, hic IOH. STROMERVS cum fratre MICHAELE, duobusq; filiis HENRICI ante mensam ministrauit. Tum LVTHERVS singulis lustratis, IOHANNEM ad se vocatum, deque nomine suo interrogatum, porrecto ipsi vini poculo ita affatus est: *Iohannes, stude & bibe, nam e multis adhuc poculis auratis erit tibi bibendum.* Huic LVTHERI omini respondit euentus, nam ex quatuor Stromeris adolescentibus tunc adstantibus solus hic literis operam dedit. A. MDXLVI. exorto bello funesto inter Electorem Saxon. & Imperatorem CAROLVM V. cum absque periculo domum redire non posset, militiae cum pluribus aliis studiosis nomen dedit, & Ducis MAVRITII castra secutus per XIII. menses in armis

Baccalaureat.

Lutheri de eo vaticinium.

Militem agit.

mis manere, cum *Lipsia* graui premeretur obsidione, coactus est. A. C. MDXLVIII. militia relicta *VVittembergam* concessit, & domus ac mensae D. MARTINI LVTHERI viduae particeps factus, per quinquennium ibi substitit, & cum anno primo Theologiam, secundo Medicinam delibasset, tandem amicorum suasu Iurisprudentiae dedit operam, sedulus docentes audiens PAVLVM BENEDICTVM, IOHANNEM SCHNEIDEWINVM, LAVRENTIVM LINDEMANNVM & IOACHIMVM BEVSTIVM ICtos celebres. A. MDLIII. *Lipsiam* reuersus, Iuris studium sub Praeceptoribus PETRO LORIOTTO, BVRGVNDO, LVDOVICO FACHSIO, PAVLO LOBWASSERO &c. strenue pertexuit. Nam anno MDLIX. Iuris *Baccalaureus* & seq. MDLX. *Doctor* publice renunciatus est. Anno MDLXV. Electoris AVGVSTI autoritate *Lipsiae* munus Aduocati in summo iudicio Prouinciali nactus, vna Iuris Institutiones, nec multo post MDLXVIII. Codicem interpretatus est. A. MDLXXVIII. in aula *Ducum Saxo-Vinarienſium* Cancellarius designatus, munus id per integrum decennium cum laude gessit. A. MDLXXXVII. Ienae defuncto D. MATTHIA COLERO, Dicasterii summi Assessore, ex aula cum gratia dimissus, ipsi successor datus est, & totos xx. annos in eo munere vixit. In hac Academia Rectoris Ma-

Wittembergae studet.

Praeceptores ipsius.

Lipſ. reuertitur.

Iur. Bacc. & Doct.

Aduoc. & Prof. Lipſ.

Cancellarius Vinarienſis.

Ienae Dicasterii Assessor, Professor &c.

Rector.

Magnifici munere bis eſt functus. Primum a XXVII. Ian. vsque ad VI. Aug. MDXC. quo tempore CLXXXIII. inſcripſit ſtudioſos, ac deinde a XIX. Febr. ad Calendas Auguſti anni MDC. totidem, nempe CLXXXIII. nominibus matriculam auxit. Coniugium huius STROMERI quod attinet, tori ſociam habuit MARIAM, VOLCKMARI, ciuis *Lipſienſis* honeſti filiam, ibidem ſibi anno MDLV. d. XXVII. Aug. deſponſam, ex qua decem liberorum factus parens, filium tantum AVGVSTINVM & MARGARETHAM filiam, CHRISTIANI STEINACKERI, I. D. coniugem, reliquit ſuperſtites. Caeteri omnes ante patrem deceſſerunt. Mortua hac vxore alteram duxit A. MDLXXXII. CATHARINAM nempe, IOHANNIS BOERNERI, Cancellarii *Schwartzenburgici* filiam, & IOHANNIS BREITHEVPTII, ciuis *Cruceburgenſis* viduam, ex qua filium IOHANNEM FRIDERICVM, virtutum paternarum aemulum, & filiam ANNAM MARIAM ſuſcepit. Ipſe tandem parens ſenectute & catarrho ad pectus defluente confectus *Ienae* ſubito inter adſtantium preces in patriam coeleſtem euolauit d. XI. Octobr. A. C. MDCVII. aetat. LXXXII. *Coniugiũ eius.* *Moritur.*

Extat eius Disp. d. Reconuentionibus. Ien. 1601. Reſp. Ioh. Schwartz.

LI.

Digitized by Google

XXIV.

LIBERIVS HOFMANNVS

Hoffmanni patria. IN hanc lucem prodiit *Friderichrodae Thuring.* prope monaſterium *Reinhardsbronnenſe.* In Vniuerſitate *Wittembergenſi* I. V. Licentiatus IX. Febr. A. MDLXXXVII. a D. ANDREA RAVCHBARO, Prof. P. in *Salana* vero I. V. D. II. Sept. A. MDLXXXVIII. a D. VIRGILIO PINGITZERO fuit renunciatus, cum iam eſſet conſtitutus *Aduocatus Curialis*, & albo ICtorum inſcriptus, A. MDLXXXVII.

Promot.

Munus Rectorat. Magnifici faſces quoque accepit, anno MDXCVI. a cuius V. Febr. ad V. Aug. matriculae XXIII. inſeruit.

Vxor. Vxorem habuit *Sibyllam*, MARTINI MIRI, Theol. D. & in Salana Prof. Publici, filiam.

Mors. Defunctus eſt *Düſſeldorpii*, quo ſe valetudinis recuperandae cauſa contulerat V. Apr. A. C. MDXCIX. Typis exſcribi curauit

Semeſtres Dispp. Ien. 4. 1592.

XXV.

CHRISTIANVS Steinacker

Promotus Ienae. QVedlinburgo-*Saxo*, in *Salana* XIV. Nou. A. C. MDLXXXVII. promotus XXII. Sept. A. C. MDLXXXVIII. Pro-

Digitized by Google

Professoris Iur. Extraordinarii Spartam publice intimauit a Dn. FRIDERICO WILHELMO & Dn. Io. CASIMIRO Patruelibus, Ducibus Sax. gratiose impetratam. *Iena Magdeburgum* A. MDXC. se contulit. In eius toro vixit MARGARETHA, D. IOHANNIS STROMERI, in Salana I. C. &. Prof. P. filia, & VALENTINI ZIEGLERI, I. V. D. Ienae XXIV. Nou. A. MDLXXIX. promoti & ibid. in Curiae Prouincialis Aduocatura XVI. Ian. A. MDLXXXVI. defuncti, vidua.

Magdeburgum abit.

Eius Vxor.

XXVI.

NICOLAVS REVSNERVS.

Hic *NICOLAVS* erat *Salanae* matris ocellus,
Doctorum splendor, vatum laudabile sidus,
Quo vix nobilior variaque instructior arte
Iurisconsultus quisquam fuit, omnis in illo
Hospitium doctrina sibi delegerat aptum &c.

ITa de consummatissimo hoc ICto canit *IOANNES GRYPHIANDER* (in Parentatione Manibus B. *ELIAE REVSNERI*) quare nec me pigeat tanti Viri personam paulo

paulo fusius depingere. Paterna enim & materna familia clarus, ortum suum traxit ex *Silesiorum* vrbe *Leoberga* A.O. R.MDXLV. d. II. Febr. hora noctis duodecima. Etsi autem ipse genti Reusnerianae claram accendit faculam, & nominis magnitudine in varias orbis partes eam disseminauit: praestantiam tamen maiorum eius, haud humili loco habitorum, *Silesia* hodieque loquitur. Nam stirps patria viros antiqua virtute insignes iactat FRANCISCVM, huius patrem; NICOLAVM auum; IACOBVM proauum, & SIMONEM abauum, qui praeter virtutis honestum additamentum & opulentissima possederunt praedia *Sirckuitii*, *Rackuitii*, *Mosae*, *Gerscheifii* & passim in agro Leorino, & posteritati suae, ne inopia pressa igneam virtutis vim exercere impediretur, reliquerunt. Paternae genti & opibus & nominis celebritate nunquam cessura familia materna, clara est FRITSCHNERIS & WIRTHIIS, ex quorum progenie habuit matrem BARBARAM, virtutibus sexum hunc decentibus praeditam, Viri prudentissimi CHRISTOPHORI FRITSCHNERI, ex coniuge ANNA, Wirthanae familiae matrona, filiam. Sed cum *Maiorum praeclara facta & virtus excellens sit*, vt Cynicus ille dixit, *malitiae & ignauiae velamen*: FRANCISCVS, Nostri huius parens, ne vetera patriae iura possideret domus ignauus haeres: cum capiendis arti-

Reusneri patria & natalis.

Familia Reusneriana.

Praedia Reusnerorum.

Mater eius.

Educatio.

artibus & disciplinis accresceret aetas, filium iis imbuendum solicite tradidit, & quidem primum in patria, in qua iam tum tener animus spem haud fallacem futurae eruditionis & amplae messis ostendit. Nam cum artium bonarum & praesertim poëseos profectum fecit, vt vix vndecimum ingressus annum eruditi Carminis laudem consequeretur. Vt vero huius studii fruticem produceret longius, a suis *Goldbergam* anno quinquagesimo sexto ablegatus est, magistram Silesiae gentis scholam, in qua sub Doctoribus claris HENRICO PAXMANNO, MARTINO TABVRNO & aliis per biennium, ac post per totidem annos *Vratislauiae* in schola *Elisabethana* praeter Poësin & alias disciplinas ingenuas eam Graecae & Latinae linguae cognitionem adeptus est, vt dignus habitus suorum praeceptorum iudicio fuerit, qui ad academiam, scholis exemtus triuialibus amandaretur. Annum itaque ingressus decimum sextum ad celeberrimum Musarum domicilium, *Wittembergam* de suorum consilio sese contulit, non tam loci amore tractus, quam studio videndi Phoenicem illum Germanicum PHILIPPVM MELANCHTHONEM. Verum illius viri aspectum paulo ante mors praeripuerat. Qua in parte etsi infelix REVSNERVS, in ea tamen rursum felix, quod Virum in scriptis spirare & viuere perspiceret, quae iuueni tantum desiderium, amorem tantum

Puer xi. annorum Carmen scribit.

Goldbergam mittitur.

Inde Vratislau.

Et Wittemberg.

ac

ac tantos laudis ac gloriae ſtimulos excitarunt, vt ad imitationem eius nequaquam diſcendi ſitim atque ardorem vnius quantumuis excellentis ſtudii labor expleturus videretur; ſed vnus omnes ſcientias & arcem ſapientiae expugnaturus laetus alacerque ruebat, *Maronianum* illud praecinens:

--- Tentanda via eſt, qua me quoque poſſim
Tollere humo; victor Virum volitare per ora.

Iurispr. ſtudium aggreditur.

Philoſophiae itaque curſu abſoluto, quae verbis & rationibus bonos efficere conatur; ad eam artem, quae praemiis & poenis rempubl. ſartam tectam ſeruare ſtudet, animum adiecit. Quo in ſtudio cum Praeceptores quaereret idoneos, de conſilio GEORGII WIRTHI II. Medici, cognati ſui, *Lipſiam* contendit. Florebant ibi tunc MODESTINVS PISTORIVS, IACOBVS TOMINGIVS, PAVLVS LOBWASSERVS, LEONHARDVS Badenhorn / HENNINGVS HAMMELIVS, BALTHASAR SCHELHAMMER, magni nominis ICti. His Praeceptoribus eam auſcultando operam, induſtriam & aſſiduitatem probauit, vt diſcipulus eis eſſet charisſimus, & vix a ſe abire ipſum ſint paſſi, cum *VVittembergam* retraheret eum veteris hoſpitii memoria & virtus nota Virorum eximiorum IOACHIMI a BEVST, IO. SCHNEIDEWINI ac VALENTINI FORSTERI.

Lipſiam abit. ICti ibi celebres.

Wittembergam redit.

Sub

Sub id tempus prodierunt ex ipſius penu multa Graece & Latine ſcripta, quae famam ei pepererunt apud bonos & doctos felicem ac praeclaram, quam, vt ipſe aleret, omnibus eſt ingenii viribus anniſus. A. C. MDLXV. cum Comitia *Auguſtae* celebrarentur, eo profectus eſt. Sed cum ea in ſequentem annum reiecta eſſent, ne otioſus aut cum detrimento ſuo ibi deſideret, locus ei in ſchola, opera IOHANNIS HEINOELII & HIERONYMI WOLFFII conceſſus eſt, quem anno ſequenti ingruentibus Comitiis reſignauit. Poſtea cum vigerent Comitia frequentiſſima: ipſe id operam dedit, vt Carminibus & Epiſtolis in magnorum virorum notitiam & amicitiam peruenire. Scripſit tunc varii argumenti Elegias, inter quas *Germania ad Caeſarem, & Imperii Electores*. Huius lectio non ſolum Principum aliorumque magnorum Virorum; ſed ipſius etiam Caeſaris fauorem ei excitauit, qui clementia ſingulari per VLRICVM ZASIVM ei obtulit, vt ſumtibus Caeſareis ablegatus, exteras paſſim regiones perluſtraret, mores hominum cognoſceret, linguas varias diſceret, reuerſus in aula Auguſta eruditionem ſuam ac ſolertiam probaret. Verum hanc clementiſſimae voluntatis ſignificationem, incertum quae ſcaeua ei interuertit. Sub finem illorum Comitiorum a PETRO AGRICOLA, IC. & Conſiliario Principi ſuo WOLFFGANGO, Comiti *Palatino* Ducique *Bauariae* commenda-

Primitiae ſcriptorum Reuſn.

Abit Auguſtam.

Caeſaris gratia fruitur.

Digitized by Google

Lauingae fit Prof.

tus, *Lauingae* inter Profeſſores Scholae paulo ante a IOHANNE STVRMIO ad formam *Argentoratenſis* emendatae, eſt cooptatus, vbi quinquennium amplius Graecos Latinosque Autores explicauit, munere functus in Clasſibus, vt vocant, Doctoris primarii. Deinde non ſolum Iurisconſulti; ſed etiam MDLXXII. Rectoris praefectus officio, vndecim ei annis cum fidei & induſtriae laude praefuit. Anno MDLXXXII. Comitiis iterum Auguſtae coactis, adfuit & ſummis viris virtute ſua innotuit. Anno octogeſimo tertio ſupra ſesquimilleſimum *Baſileam* abiit, ſummum in Iure gradum potiturus, quem etiam poſt ſolennia experimenta merito eſt conſecutus. Ab hoc honore Dux *VVürtenbergicus LVDOVICVS*, *Marchiones Badenſes & Ordines Sueuici* cum duobus aliis ICtis Camerae Imperiali eum Aſſeſſorem repraeſentarunt, & mox a Senatu Argentoratenſi euocatus, ſua ibi dexteritate & fide in Iure explicando, deque eo reſpondendo ſatisfecit. Poſtea ſub annum octogeſimum octauum, cum in Academia Salana aliquot Iurisprudentiae Doctores deſiderarentur; ipſius opera aliquoties expetita, tandemque literis inprimis ipſorum Principum ad *Argentoratenſes*, qui aegre a ſe dimittebant, impetrata fuit. Venit ergo *Ienam* anni ſequ. LXXXIX. d. III. Febr. & ſuffectus D. SAM. BROTHAGIO functus eſt munere anteceſſoris

Iterum ad Comit. proficiſcitur.

Doctor Iur. renunc.

Aſſeſſor Camerae repraeſentatur.

Argentor. venit.

Ienam euocatur.

Munus ibidem.

Digitized by Google

ſoris, & quidem Senioris in ſchola & Aſſeſſoris in Scabinatu. Nec ſolum publice docendo, ſed & ſcribendo prodeſſe ſtuduit, vt monumenta eius varia teſtantur, de quibus paulo poſt. Supremum etiam in academia magiſtratum bis geſſit, & primum quidem tanquam *Sereniſſimi Principis ac Domini, D. MAGNI, Ducis Brunſuic. & Lunaeb.* Rectoris Magnificentiſſimi, Pro - Rector, cum quo a III. Febr. vsque ad x Aug. MDCXII. albo academico CCIV. ſtudioſos inſeruit. Deinde a IV. Febr. ad XII. Apr. MDCII. ſolus Rector morte ſublatus XXV. duntaxat inſcripſit. Occupationibus his releuatus, ſemper nouae acceſſerunt, praecipue ex legationibus ipſi commiſſis. Nam A. C. MDXCV. a Saxoniae Pro-Electore ad conuentum Regni ac Procerum *Poloniae* cum Conſiliariis ipſius *Imperatoris & Electoris Brandenburgici* fuit miſſus, vt ſocia aduerſus Turcam arma peteret. Eo antequam iret, a RVDOLPHO II. *Auguſto* in Comitiis *Ratisponenſibus* non ſolum laurea poëtica fuit ornatus; ſed & *Comes Palatinus* declaratus, & augmentum inſignium gentilitiorum conſecutus: quibus indultu Caeſarum & gratia multis ante annis familia *Reusneriana* fuerat vſa. Haec de plurimis, quae publice bene geſſit REVSNERVS, priuata quod attinet, id ſaltem attingo, quod vxorem duxerit MAGDALENAM WAIHEMAIERAM, cum qua ſine prole vixit. Caeterum pietati ſtuduit maxime,

Rectorat.

Legatio.

Comes Pal. creatur.

Coniug. eius.

Pietas.

Digitized by Google

hoc enim vnum iudicauit neceſſarium: *DEVM recte agnoſcere, & agnitum vita vere pia colere, fidem etiam operibus & factis ipſis teſtari.* Doluit etiam, hac tempeſtate eo deuentum eſſe, vt *ſimultates ſint immortales, amicitiae* contra plus quam *vitreae.* Tandem harum aerumnarum pertaeſum ex improuiſo nephritici dolores inuaſerunt grauiſſimi, qui neque nocturnae neque diurnae quietis partem conceſſerunt. Itaque febrili aeſtu corpus magis magisque inflammante opinione citius, caloris natiui ſubſecuta eſt oppreſſio atque ſuffocatio. Diſceſſit ergo ex hac vita ad meliorem in Rectoratu ſuo ſecundo, XII. Apr. A. Chr. MDCII. aetatis ſuae duodeſexageſimo. Quae literarum monumenta reliquit, ſunt ſeqq.

Morbus.

Et

Mors.

Diſp. III de Iure & Qualitate rerum diuinarum, i. e. ſacrarum, religioſarum & ſanctarum. Lauingae, 8. 1579.

De Inuentione, modo dominii naturali. Diſp. Lauing. 1581.

Conſultationum Iuridicarum Lib. I. in quo potiſſimum de cauſis matrimonialibus agitur. Baſil. 8. 1585.

Inſtit. ſ. Elementorum Iuris enucleatorum L. IV. Franc. 8. 1585.

Lib. II. de Italia. Argent. 8. 1585.

Μικροτέχνη ſ. Medulla Iurisprudentiae Iuſtinianae. Spirae, 8. 1588.

In-

Disp. de casibus fortuitis ex comm. ad L. contractus 23. disp. de Reg. Iure. Arg. 4. 1588.
De Arte Iuris. Spirae, 8. 1588.
Diarium Historicum. Franc. 4. 1590.
De Obligatione ex die vel ad diem contracta. Ien. 8. 1590.
Disp. de Occupatione. Ien. 1595.
Tract. de Iure Testament. Ien. 4. 1597.
Iurisprudentiae vniuersae corpus enucleatum. Francof. 8. 1598.
Decisiones iuris singulares. lib. 3. Francof. fol. 1599.
Consilia s. Responsa Iuris, V. I. II. Francof. f. 1601. Vol. III. Norimb. 1601.
Tractat. de Iure Codicill. Lipf. 4. 1601.
Comment. de 4. obligationum causis. Francof. 8. 1603.
Symbola Heroica. Ien. 1608.
Disp. de Fato.
Elegiarum Lib. 5.
Eleg. Graecanicarum lib. 1.
Heroicorum lib. 2.
Epodon totidem.
Philothesiorum lib. 3.
Syluarum lib. 1.
Epigrammatum libri 25.
Anagrammatum lib. 9.
Districha Euangelica & Epist. Graece.
Emblemata.
Orationum Panegyricarum Volumen I. continens sequentes orationes: 1. de salu-

tari in terris ortu Iesu Christi. 2. de Nomine Iesu. 3. de Diuinitate & humanitate Iesu. 4. de vita perfecta. 5. de militia Christiana. 6. de armatura Christiana. 7. de victoria christiana. 8. Γνῶθι σεαυτόν. 9. de Fine hominis. 10. Hercules Xenophonteus. 11. de beneficiis diuinis. 12. de agone Christi in horto cedreno. 13. de Iesu Christi glorioso in vitam reditu. 14. Neque salutem extra Ecclesiam, neque vitam extra academiam esse. 15. de vita & morte beata.

II. Complectens orationes 1. de Sapiente perfecto. 2. de Iurisconsulti officio. 3. de officiis magistratus ac subditorum in republica tam literaria quam ciuili. 4. de officio boni Consiliarii. 5. de Iustitiae & Iuris amplitudine. 6. de legis definitione Papinianea. 7. de Iurisprudentiae & Iurisprudentium honoribus. 8. de laudibus Iurisprudentiae. 9. de Iuris arte Iustinianea. 10. de Principiis Iurisprudentiae. 11. de Cynosura Iuris Iustinianea. 12. de recta docendae discendaeque Iurisprud. ratione. 13. de via ad gloriam veram compendiaria. 14. de academiis & scholis praesertim Iurisperitorum. 15. de praecipuis luminibus academiae Ienensis, maxime in Iurisprudentia.

Paradisus siue hortulus poëticus, Libris 7. distinctus.

Ele-

Elementa Dialectica & Rhetorica.
Monarchar. ſ. ſummorum Reg. lib. 7.
Principum Germaniae ſ. Electorum l. 3.
Principum & Caeſarum Auſtriacorum, itemque Palatinorum & Boiorum Principum, Principum item & Ducum Venetorum Syluula.
Hodaeporicorum lib. 7.
Elogia Illuſtrium Heroum Romanor.
Germaniae Vrbes Imperiales &c. 8. Erf.
Icones ſ. imagines virorum literis & armis illuſtrium.
Stemmatum ſ. armor. illuſtrium l. 3.
Aenigmatographia.
Orationum & Conſultationum de bello Turcico variorum autorum, volumen.
Aureolorum dogmatum de Principe & Principis officio ſylloge &c.
Ethica Philoſophica & Chriſtiana.
Fo χύλοχ⊙ totius Iuris ciuilis. Erf. 4. 1585.
Progymnaſmatum Lib. 2.
Partitio ſ. oeconomia Iuris Ciuilis & canonici breuibus tabellis comprehenſa.

XXVII.

LEOPOLDVS HACKELMANNVS

Hackelmannus naſcitur.

NAtus eſt *Stadae*, Archiepiſcopatus *Bremenſis* oppido A. O. R. MDLXIII. Patrem habuit *IOHANNEM*, ciuem

Digitized by Google

& mercatorem eius loci primarium: Matrem GERTRVDIM, ex familia Patriciorum STADENSIVM, qui SCHENEN vocantur, oriundam. Ab ineunte aetate ad pietatis, virtutis & honestatis culturam assuefactus, & iactatis in schola patria fundamentis christianae doctrinae, literarum & artium missus est *Lunaeburgum*, vt sub cura & institutione *LVCAE LOSSII* artium & literarum studia magis excoleret. Anno aetatis suae XXI. *Helmstadium* concesit. Inde vero *Lipsiam* abiit & *Ienam*, vt in vtraque Academia studium Iuris, cui totum se dederat, audiendo, legendo disputandoque absolueret, in eademque facultate publicum applausum mereretur. Quod factum est A. MDXXI. d. XXIII. Sept. vbi peractis solennibus ab amplissimo ICtorum *Ienensium* Ordine dignus iudicatus fuit, cui insignia Doctoralia omnium calculo conferrentur. Eodem tempore, & quidem eo ipso promotionis die sociam vitae sibi deuinxit MARGARETHAM, D. HENRICI SCHNEIDEWINI p. m. relictam viduam, filiam vero D. FRIDERICI PENSOLDI, qua cum annos ad XXII. tempus coniugii protraxit, pater factus liberorum sex, e quibus vnicus filius IOHANNES HENRICVS & binae filiae post obitum eius superfuere. Post impetratum autem a Collegio Iuridico Ienensi publicum doctrinae testimonium, mox in numerum *Professorum* extra ordinem receptus,

Bene educatur.

Lunaeb. mittitur.

Helmst. Lipsiam & Ienam abit.

I. V. Doct. creatur.

Vxorem ducit.

Ienae Iuris Prof. Extraordin.

Digitized by Google

ptus, & *Pandectarum* Collegio publico praefectus fuit A. MDXCIV. in quo ipse Praelectionibus publicis aliisque exercitiis non solum Ius Ciuile; sed etiam Pontificium & Feudale disputando & docendo illustrauit. Post mortem vero D. DANIELIS EVLENBECII A. MDXCVI. ibid. in collegium Iuridicum assumtus, Profeſſor Ordinarius, ac simul Dicasterii, Iudicii Prouincialis & Scabinatus Assessor constitutus est. Decanatum in collegio ICtorum aliquoties, Rectoris vero dignitatem semel, a IX. Febr. ad III. Aug. anni MDXCVIII. magna autoritate & moderatione gessit, ac CCXXXV. ciues nouos recepit. Post depositam vero academici apud *Ienenses* magistratus personam, ad aulica officia euocatus A. MDXCIX. inter Consiliarios Archi-Episcopatus *Magdeburgensis* numeratus fuit, in qua statione per annos XV. subsistens non tam affuit, quam praefuit. Praeterea Archi-Episcopatus Causae arduae & Processus Camerales in supremo Romani Imperii Dicasterio pendentes, illius demandatae fidei, ea dexteritate confectae fuerunt, vt non solum Ecclesiae *Magdeburgensis Capitulo*; sed etiam *Archi-Episcopo Magdeburgensi*, Principi CHRISTIANO WILHELMO fidem & diligentiam suam sufficienter probauerit. Eodem anno defuncto PETRO HEIGIO, Consiliario Electorali, sub administratione Electoratus *Saxoni-*

Ordinar.

Decanus & Rector Magnif.

Consiliar. Magdeb.

Dresdam vocatus.

xonici in aulam *Dresdenſem* vocatus fuit, verum Capitulum *Magdeburgenſe* cauſas ſui diſſenſus exponens, in dimiſſionem conſentire non potuit. Sed cum poſtea A. MDCXII. eidem poſt obitum D. MICH. WIRTHII, Pro-

Lipſ. Iur. Prof.

feſſoris Ordin. munus in academia *Lipſienſi* offerretur, Sereniſſimo Electore *Sax.* illum non ſolum clementer vocante; ſed etiam interceſſionibus ſuis apud Archi-Epiſcopum Magdeburg. impetrante dimiſſionem, aulicae vitae academicam praeferens, in academiam Lipſienſem cum ſuis commigrauit, vbi ſtatim profeſſionem accepit, & locum

Curiae Prou. Aſſeſſor.

in Curia Prouinciali debitum obtinuit, quibus in functionibus fidem ſuam legendo, diſputando, conſultando, quantum fieri potuit, adimpleuit. Cum autem A. MDCXIII. Duci *Altenburgico*, IOHANNI PHILIPPO, ſceptra academica fuiſſent delata, eique vnus ex Profeſſoribus autoritate & prudentia pollens, adiungendus eſſet, ii, penes quos tum temporis ius eligendi erat, ex omnibus HACKELMANNVM nominarunt, qui etiam in gratiam

Pro-Rector Lipſ.

Academiae libens id oneris in ſe ſuſcepit. Eodem anni tempore curas adminiſtrationis ſuſceptae plurimum turbauit obitus inſperatus Vxoris chariſſimae. Anno tamen ſeq. MDCXIV. ad ſecunda vota tranſiens, fidem coniugalem dedit ELISABETHAE, GEORGII

Alteram vxorem ducit.

FEIGII, Medic. Doctoris & Profeſſoris relictae viduae, qua cum ſuauiter, ſine liberis

ta-

tamen, ad vitae finem vixit. A. MDCXVIII. academia Lipſienſis ſuperioribus beneficiis, quibus eum bene meritum affecit, duo alia inſigniora adiecit, vbi XVII. Iunii in publico IV. Nationum conuentu *Canonicus Martisburgenſis* & *Decemuir* Academiae ſalutatus fuit. Hoc ipſo *Praepoſitus* factus trium pagorum veterum academicorum, omnia, quae e re fuerunt, diligenter effecit. Sed circa initium anni ſeq. in quartanam incidit, vires proſternentem. V. Nou. factus eſt hemiplecticus in dextro latere, cum paralyſi linguae & muſculorum dextri brachii ac pedis reſolutione, quo malo nullis praeſidiis cedente, fuit extinctus XI. Nou. A. Chr. MDCXIX. aetatis LVI. Concio D. HACKELMANNO fuit habita lugubris *Lipſiae* ex Apoc. VII, 13. 17. a POLYC. LYSERO, D. Paſtore & Profeſſore. Scripta ab eo relicta ſunt ſeqq.

Canonicus Mersb. Decemuir Academ.

Obit.

Diſp. ſelectiſſimae ex Canonico. Francof. ib. 4. 1602.

Qq. illuſtres ex Iure Ciu. Pontif. Feudali & Saxon. Franc. 4. 1602.

Diſputationes in libr. Pandectarum & Feudales. 4.

Diſputationes quoque habuit in Ius vniuerſum: de Pactis, de Banno.

De Teſtamenti acceſſoriis. Ien. 1614. Reſp. Franciſco a Trotta.

De

De Succesſione legitima. Lipſ. 1615. Reſp. Albert. a Schulenburg.

De Subſtitutionibus. Lipſ. 1616. Reſp. Chriſtoph. Pincker.

Semicent. Quaeſtionum controuerſ. Vtr. Iur. Lipſ. 1616. Reſp. Ioh. Chriſtoph. Bruno a Peſua.

De Subſtitutione pupillari. Lipſ. 1617. Reſp. Simon. Ihon.

De reciproca & militari. Lipſ. 1617. Reſp. Samuel Theuring.

De --- fidei commiſſaria. Lipſ. 1617. Reſp. Bernhard. Planer.

De Concurſu Actionum. Lipſ. 1618. Reſp. Nicol. Gebhar. a Miltiz.

Decad. duae quaeſt. iuridic. Lipſ. 1619. Reſp. Michaël Biſchof.

XXIIX.

ARNOLDVS DE REYGER

Naſcitur. Doctor creatur. Profeſſor Iur. Ienae.

NObilis *Belga*, haereditarius in *Gladbeck*, natus A. O. R. MDLIX. d. XVII. Ian. Promotus I. V. Doctor *Ienae* MDXCIII. II. Ian. Eandem ſpartam profeſſoriam eodem tempore & loco acceptam cum praedicto D. LEOPOLDO HACKELMANNO nactus eſt, & ornauit ad

A.

Digitized by Google

A. C. MDXCVI. quo *Iena Halam* Sax. profectus, *Conſiliariis* in aula Archi-Epiſcopali aſſcriptus intimis. Ex hac *Berolinum* abiit, & in aula *Dn. IOACHIMI FRIDERICI* & *D. IOHANNIS SIGISMVNDI*, Electorum Brandenburgicorum *Conſiliarius & Vice-Cancellarius*, nec non in inferiori Luſatia ac veteri *Marchia Aſſeſſor Regius* conſenuit. Extant eius *Abit Hal.* *Berolin.*

Diſp. ex 1. lib. Inſtitut. Ien. 4. 1592.
Proceſſus Iudiciarius. Ien. 4. 1596. Halae Sax. 4. 1598.
Conſuetudines Feudales, Ienae diſputatae. Magd. 4. 1602.
Theſaurus locupletisſimus & copioſ. Iuris. Magdeb. f. 1616.
Diatribarum Lib. IV.
Obſeruationum Centuriae.
Edidit etiam Mynſingeri Comment. in Inſtitutiones Iuſtiniani Imper.
De Arte Notariatus.

XXIX.

ORTHOLPHVS FOMANNVS, Sen.

HAnc in lucem prodiit *Siluſii* ſiue *Schleuſingae*, in Comitatu Hennebergico XXIII. Ian. A. C. MDLX. *Fom ann. naſcitur.*

Pa-

Eius parentes & fratres.

Patrem habuit *M. IACOBVM FOMANNVM*, Siluſianum Paſtorem, Decanum & Gymnaſii Inſpectorem ſuperiorem; *Matrem* vero MARGARETHAM, M. SEBASTIANI STEVDENI, Eccleſiaſtae *Magdeburgi* & *Erfurti* ordine, filiam. *Fratres ERNESTVM FOMANNVM*, IC. Conſiliarium *Saxo-Coburgicum* ſecretiorem, & Conſiſtorii Praeſidem, & *M. IACOBVM FOMANNVM*, Paſtorem in *Mehna*. Cum in Gymnaſio patrio Noſter fundamenta piae eruditionis feliciter ieciſſet, vberioris iſtius comparandae gratia anno MDLXXX. academiam *Ienenſem* miſſus, tando ardore ſtudia ſua vrſit, vt non ſolum altero anno poſt, XXIII. Ian. MDLXXXII. gradu & honore *Magiſterii* cum laude ornatus; ſed etiam MDLXXXVIII. in Facultatis *Philoſophicae Aſſeſſorum* ſeu Adiunctorum, & anno ſeq *Profeſſorum* ordinem cooptatus, eiusque fidei vna ſtipendiatorum Ducalium Inſpectio commendata fuerit. Philoſophico ergo in Lyceo publice docuit, ea inprimis, quae literaturae ſunt politioris: priuata vero induſtria Iuris ſtudium, cui animum applicauerat, ita pertexuit, vt anno MDXCV. XX. Octobr. Lauream *Doctoralem* in vtroque Iure reportarit, primus in aede Collegii ſacra (nam in templo oppidano antehac promotiones haberi ſuperiorum Facultatum ſolebant,) Doctor renunciatus. Poſthac XXI. Maii MDXCIX.

Ienae ſtudet.

Fit Magiſter.

Adiunct. & Profeſſor Phil. Stipendiatorum Ducal. Inſpector.

Doctor Iuris.

ex

ex Philosophica translatus in *Iuridicam Facultatem*, & Iura docere iussus, paulo post ad Curiae Prouincialis & Dicasterii publici seu Scabinatus, qui *Ienae* est, Assessoratum allectus fuit. Progressu temporis Senioris in Facultate sua anno MDCVII. tandemque xxv. Aug. Ordinarii locum & officium, *VIRGILII PINGITZERI* successor, obtinuit. Assessorem praeterea id temporis Consistorii Ecclesiastici Saxonici egit, multas Legationes obiuit, Decani munere in Facultate Philosophica tertia vice, in Iuridica plurima, Rectoratu Academico quarta functus fuit. Et hoc quidem *prima vice* ab VIII. Febr. vsque ad VII. Aug. MDXCV. quo semestri spatio CLII. studiosos inscripsit. *Secunda* a VI. Febr. ad VII. Aug. MDCVI. studiosis CXX. receptis. *Tertia* a IX. Febr. ad VIII. Aug. MDCXVI. matriculam CCXXXII. & *quarta*, a IX. Febr. ad X. Aug. MDCXVI. CLVIII. nominibus auxit. Insuper Illustrissimi *Comites Schwartzenburgici* ad annos XV. & *Ruthenici* ad XIV. consiliario fuere ipso vsi. Vir vero tantae eruditionis & autoritatis cum esset, nullo ambitionis aestu feruidus, alios prae se habuit contemptui, vel offendere vnquam voluit, humanitatis, concordiae, pacis & tranquillitatis studiosissimus, erga omnes pares & inferiores officiosissimus. In coniugio vixit gemino vtroque, tranquillo & fertili. Prior vxor fuit NICOLAI SCHOBE-

Professor Iur.
Curiae Prou. & Scabinat. Assessor.
Senior.
Ordinar.
Assessor Consistor.
Decanus.
Rector. Magn.
Consiliar. Schwartzenburg.
Coniug. duplex.

BERI, Praefecturae Ienenſis Quaeſtoris filia,
Generi eius. CHRISTINA, quam duxit XXVIII. Aug anno Chriſti MDLXXXVII. ex qua pater factus filiarum duarum, quarum prior, CHRISTINA, MDLXXXIX. nata, D. IOHANNI SVEVIO, Conſiliario Saxonico & Anteceſſori Salanae A. MDCIX. elocata, anno MDCXXV. e viuis exceſſit: poſterior, MARGARETHA, STEPHANO GRüNPECKEN, *Graezia-Styro*, qui propter religionem exul primum Ienae, poſt in pago Geſchwitz ſedem fixit, anno MDCVIII. nuptui data, vndecies hunc auum, & ex filia honeſte elocata bis
Altera coniux. proauum reddidit. Altera coniux, quam priori anno MDXCIV. denata, x. Octobr. A. MDXCV. quo tempore eidem Doctoralis infula collata, in tori ſociam aſſumſit, fuit D. GEORGII MYLII, Theologi olim & Superintendentis Ienenſis filia, BARBARA, quae parentem ipſum fecit filiae vnius ac filiorum trium. Illa MDXCVI. nata, poſt PETRO LEIPOLDO, I. V. D. Conſiliario *Saxo-Coburgico* A. MDCXV. matrimonio iuncta, ſexies auum eum fecit & A. MDCXXXIII. huic mundo valedixit. Ex filiis natu maxi-
Filius Ortolph. mus ORTOLPHVS FOMANNVS, Iur. Doctor Hiſtor. & Poëſ. in patriae fuit Prof. Publ. Curiaeque Prouincialis Aſſeſſor extra-
Georg. ordinarius. Secundus natu fuit GEORGIVS A. MDCXXIV. hac ex vita, filiolo IOHANNE GEORGIO relicto, ereptus. Ter-

tius

tius IACOBVS, I. V. D. Ex liberis itaque ſuis nepotes pronepotesque XXVII. ſuperſtites vidit. Cum tandem ex lapſu coſtam ſpuriam in ſiniſtro hypochondrio fregiſſet, vt dolores inde ſentiret acutos; medicamenta quidem non neglexit, quibus coſta fracta coaluit firmiter, doloresque mitigati ſunt: viribus vero ſenſim concidentibus inter adſtantium coniugis, filiorum, & generi vnius preces obdormiſcenti ſimilis placide exſpirauit XIX. Maii, A. C. MDCXXXIV. aetatis LXXV. *Morbus.* *Mors.*

Tandem addo Epicedium ANDREAE OESTERREICHERI, *Coburgenſis:*

ORTOLPHVS FOMAN. Senior, Iur. vtr. Doct. Conſiliarius Saxonicus, Ordinarius, Curiae Prouincialis & Scabinatus Ienenſis Aſſeſſor, Profeſſor Publ. pie denatus, *Epiced.*

Per Anagramma Tetraſtich.

Non Pax, Lis cunctis (inuiſum) ne inſonat oris,
Vnde ortos caſus iudicat ipſe fauor.
Dira lues ſparſa, ac vis lethi ſubrepit orbi,
In coelis verſans ſoſpes honore fruor.

Scripta, quae edidit, ſunt:

Centuria illuſtrium controuerſ. 1601. Reſp. Ioh. Weidemüller.

Semicentur quaeſtionum miſcellanearum. Diſp. inaug. Ienae, 1601. Reſp. M. Samuel Frideric. Fiſcher.

Decades duae controuerſiarum de Succeſſio-

nibus. Ienae, 1603. Resp. Constant. Caselman.

Synopsis Iuris Iustinianaei. Ien. 4. 1610.

Centur. Themat. legal. de Legibus Iuliis publicorum iudiciorum. Ien. 1612. Resp. Iulius Marcus.

Collegia Disputationum super Institutiones Imperatorias, Digesta & Consuetudines feudales.

Disp. de Iure & Priuilegiis Scholarium. Ien. 4. 1614.

Disp. de Guaranda. Resp. I. Freystein.

XXXVI. Dispp. Ienae, 4. 1618.

Disp. de Aestimationibus. 1618. Resp. Christoph. Pincker.

Disp. de Comitum Palatinorum Caesareorum Priuilegiis. 1620. Resp. Sagittario.

Disp. de Foro competente. Ien. 1620. Resp. Ioh. Capell.

Disp. de Iure Emphyteutico. 1624.

Disp. Inaug. de Principum imperii iure. Ienae, Resp. Georg. Stephan. Schelhase.

XXX.

IACOBVS SCHROETERVS

Schroeteri patria. Parentes.

NAtus est *Vinariae Thuring.* Patrem habuit IACOBVM SCHROETERVM, Reipublicae *Vinarienſis* con-

su-

ſularem Virum; Auum PETRVM SCHROETERVM, ibid., per multos annos Conſulem: *Matrem* vero *Barbaram*, CHRISTIANI PONTANI, IC. in aula *Saxo-Gothana* Grimmenſtein / hodie Friedenſtein Cancellarii filiam. A. C. MDXCIX. XXVI. Febr. I. V. D. creatus *Ienae*, & *Profeſſor Publ. Extraordinarius* ibidem anno MDCI. eſt conſtitutus. Titulum Pandectarum extremum, qui eſt de diuerſis Regulis Iuris Antiq. publice interpretari exorſus eſt. E Salana vocatus *Meinungam*, Comitatus *Hennebergici*, Principali dignitate conſpicui, metropolim abiit anno MDCIV. vbi initio Conſiliarii, deinde Cancellarii ſpartam ornauit, inque ea obiit A. C. MDCXLV. menſe Iunio. Contoralis ordine eidem fuit gemina, prima SARA WOLFFGANGI SPELTENI, ICti & Saxo-Vinarienſis Cancellarii filia, nata MDLXXXI. & A. MDXCIX. nupta, anno MDCXVI. d. IV. Dec. denata. Secunda ANASTASIA, HEINRICI ZOELNERI, Praefecti *Smalcaldenſis* filia, defuncta XXV. Sept. A. MDCXLIV. Suſcepit ex illa RVDOLPHVM, ex hac IACOBVM, vtrumque I. V. D. *Ienae* promotum; illum A. C. MDCXXXVII. XXX. Nou. hunc A. C. MDCXLV. XXVI. Aug.

Doctorat. Profeſſio.

Cancellar. Mors. Matrim.

Liberi.

Digitized by Google

XXXI.

DOMINICVS ARVMAEVS

Arumaeus nascitur.

INgressus hanc est vitam A. C. MDLXXIX. exeunte, *Leowardiae*, *Frisiae Occidentalis* metropoli, familia nobili, Herr von Arum. In ipsa pueritia, parentum a gremio auulsus, siue istis per mortem orbatus, studiorumque in stadio positus, tam feliciter cursum istum decucurrit, & in humanioribus & in Iuris scientia in academiis inprimis Oxonienſi & Rostochienſi tantos progressus fecit,

Studet

vt non solum eruditionis vltra aetatis annos eximiae & inusitatae laudem a veris censoribus reportarit; sed etiam aetatis anno nondum expleto xx. supremam in Iure lauream ambire non dubitarit. Anno enim MDXCIX.

Rostochii.

Rostochio cum Dn. *DANIELIS BVSMANNI*, Reip. Stadensis consulis filio, HENRICO BVSMANNO, cui studiorum & vitae datus erat

Ienae.

Ephorus, *Ienam* appulsus est. Ibi anni eiusdem mense Nouembri ineunte nomen suum apud Facultatem Iuridicam professus, & in Candidatorum Iuris vtriusque numerum receptus, non solum XIV. mensis eiusdem cursoriam, vt vocant, Lectionem ipsisque Calendis Decembris Disputationem inauguralem pro Doctoralibus honoribus atque insignibus conse-

Disputat & Doctor. creatur.

quen-

quendis cum singulari auditorum ἐπιστημασία & applausu habuit: verum etiam seq. anno MDC. mensis Martii die vltimo insula *Doctorea* suo ex merito fuit mactatus & ornatus. Eo ipso die Excellentissimi D. *VIRGILII PINGITZERI*, P.P. filia, virgo tum lectissima, ANNA, nuptui ipsi est elocata, quod matrimonium fuit tranquillum & decem liberorum, DOROTHEAE SVSANNAE *prioris*, ANNAE MARIAE, IOHANNIS THEODORICI, DOMINICI, DOROTHEAE SVSANNAE *posterioris*, ERNESTI FRIDERICI, CATHARINAE, IVSTINAE, FRIDERICI, VIRGILII, ferax. Adeptus autem *Arumaeus* summos in scientia legali honores & docendi iura, docere statim coepit legendo, disputando. Ad Institutionum Iustinianaearum libros IV. Disputationes XX. instituit publice, publicis quoq; typis tum exscriptas. A. seq. MDCI. permissu ac iussu *Serenissimorum Principum* Pandectarum Collegium publicum gratis aperuit. Post mense Augusto anni MDCII. extraordinaria Professione ipsi demandata, de *Mora* Tractatum praelegit. Tandem anno MDCV. mense Febr. *Ordinariorum Professorum* numero adscriptus, & Collegii Iuridici, Scabinatusque membrum factus, summo studio suam spartam ornauit. Successu temporis Assessoratus quoque in Curia Prouinciali Saxonica & tandem anno MDCXIX. Senioratus in Collegio suo ac anno MDCXXXIV. Ordinariatus honos & onus accessit.

Vxorem ducit Liberi eius.

Collegia aperit. Disputat.

Publice legit.

Fit Professo Iur. Ord. Scabinus.

Assessor Curiae Prou. Senior & Ordinar.

sit. Decanatus sua in Facultate & Promotoris in actibus Doctoralibus officio saepius
Rector Magn. fuit functus, Rectorali vero academici magistratus munere quater, & quidem primum ab VIII. Febr. vsque ad x. Aug. anni MDCVIII. studiosos CXLIX. inscripsit. Deinde a XVII. Martii ad XIII. Aug. MDCXVIII. tanquam Illustrissimi Domini, Dn. *CHRISTIANI* Schenckens/ L.B. in Tautenburg &c. Pro-Rector CCIII. post a VII. Febr. ad VII. Aug. MDCXXVIII. solus Rector CXXXI. Denique ab XI. Febr. ad x. Aug. MDCXXXVI. CXVIII. Musarum alumnos in album academicum retulit. Praeter has dignitates varias quoque Legationes *Serenissimorum Principum* nomine obiuit, variasque ad deliberationes in aulam saepius est vocatus. Finem & functionum & vitae quod attinet, mense Februario anno MDCXXXVII. de doloribus hypochondriorum & vrinae difficultate conquestus est, qui ita creuerunt, vt in vanum administratis auxiliis
Obitus. omnibus d. XXIV. Febr. anni eiusdem viuendi finem fecerit, Bibliotheca Vniuersitati Ienensi ex Testamento legata.

Sepulchro eius *Ienae* hoc *Epitaphium* inscriptum legitur:

Epitaph. *Iuris eram Graecique potens sermonis amator,*
Cui radicalis cognita lingua fuit.
Causas tractaui, subsellia prima subiui,
Causidicaeque fui lumen honorque togae.

Iur-

Digitized by Google

Iuridica ſubito ſenſus in ſede reliqui,
Nec breue mors breuis eſt dicere paſſa-vale.
Quam dicas aliena prius tua diſcito Iudex,
Vicinum capiti dicere cura Iouem.

Scripta, quibus aeternitati famam ſuam inſeruit, ſunt:

Diſp. Iuris controuerſi quaeſtiones de Emtione, Venditione. Ien. 1600. Reſp. Frider. Gottfrid. Kesler.

Diſp. de praeſcriptis verbis & in factum actionibus. 1601. Reſp. Ioh. Hagemeiſter.

Exercitationes Iuſtinianeae ad Inſtit. Iur. Ien. 4. 1604.

Animaduerſiones Iuris Ciu. feud. & Canon. Ienae, 1606. Reſp. Ioh. Freudeman.

Diſp. de vero ſenſu L. non omnium. XX. D. D. legib. Ien. 1606. Reſp. Frider. Hortleder. Recuſa ibid. 1636.

Deciſiones. Ien. 1608.

Comment. de Mora. Ien. 12. 1608.

Commentatio ad L. 2. Cod. de Reſcind. Vend.

Diſputationes Pandectarum & Codicis. Ien. 4. 1613. 1620.

Diſcurſus academicus ad. A. B. Ien. 4. 1617. 1660.

Digitized by Google

De Succesſione legitima ciuili & feudali. Ien. 1617. Reſp. Anton. Günther Neuhans.

Diſp. Inaug. de Saluo Conductu. Ien. 1617. Reſp. M. Frider. Gleſer.

Diſp. de Concurſu Creditorum. Reſp. Georg. Daſen.

Diſſertationes Iuris Publ. Vol. IV. Ien. 4. 1621.

De Sesſionis praerogatiua. Gieſſae, 4. 1621.

Faſcic. vtiliſimarum quaeſtionum de Contractibus. Ien. 1635. Reſp. Ioh. Chriſtoph. Mengroem.

Diſp. Inaug. de Domus Sax. Priuilegio de non euocando & non appellando. Ien. 1636. Reſp. Balthaſ. Kauxdorff.

Commentarius de Comitiis Romano-German. Ien. 4. 1660.

Exercitationes in Pandectas &c. Ien. 4. 1665.

XXXII.

Sueui

IOHANNES SVEVVS, vulgo Schwabe/

Patria & natalis.

IN hoc mundi theatrum productus eſt A. O. R. MDLXIV. *Annaebergae*, Miſniae oppidoparentibus non admodum quidem lau-

lautae fortunae, famae tamen honestae & bonae. Patrem habuit SEBASTIANVM Schwaben/ciuem eius loci & negotiatorem; matrem CATHARINAM, Wolff Zapffen/ itidem ciuis ibidem & Pandochei filiam, a quibus pie educatus, & in eius loci scholam publicam missus, cui tum temporis M. WOLFGANGVS STOLBERGIVS & M. PAVLVS IENISIVS, qui posterior Electorali in aula Dresdensi Ecclesiastes & supremi Consistorii Assessor post fuit, praefuerunt, praeter pietatis & linguarum fundamenta, Arithmeticae etiam cognitionem haut vulgarem sibi comparauit, & elegantiorem ad scripturam manus adsuefecit. Inde in illustrem ad Albim scholam *Misnensem* translatus, sexennium illud, quod alumnis praefixum, ita transegit, vt sua pietate, probitate, alacritate, industria, obsequio, Praeceptorum amorem & fauorem sibi conciliarit. *Lipsiam* post profectus & Alumnorum Electoralium Saxonicorum numero adscriptus, studia sua calide habuit, a Philosophicis, in quibus vtramque *lauream Baccalaureatus* illam alteram, alteram *Magisterii* suo ex merito reportauit, ad Iuridica progressus. *Lipsia Wittembergam* abiit, vbi tamen vltra semestre non substitit, *Dresdam* inde ad Virum quendam primarium, cognatum suum digressus, cui ad triennium qua Scribae officium sua opera inseruiit. Post *Lipsiam* reuersus, studia sua Iuridica summa

Parentes.

Praeceptores.

Studia.

In schola Misnensi.

Lipsiae.

Baccal. Magister.

Wittemb. abit. Dresd.

Lipsiam redit.

sedulitate continuauit, honorumque in iis gradum postquam ambiuit, consentiente totius Ordinis Iure-Consultorum ibidem suffragio impetrauit: *Licentiatus* quidem vtroque in Iure anno MDCIV. d. XVI. Aug. *Doctor* vero d. XXIV. Octobr. solenni actu & ritu renunciatus. Ienae ad Professionem Iuridicam legitime vocatus anno M D C V. mense Iulio fuit, quam mense post Nou. adiit. Anno MDCXVI. aula *Saxo-Altenburgensis Consiliarium* sibi & vna *Consistorii Ecclesiastici Praesidem* eum legit & constituit, quam vtramque prouinciam pridie Calendarum Iul. eius anni suscepit, & fide integra administrauit. At quia valetudini ipsius minus commodus loci istius aër fuit, anno MDCXXIII. cum locus Iuridica in Facultate vacaret, dimissione impetrata, ex aula ad Ienenses rediit, pristinoque loco suo in ICtorum ordine fuit restitutus. Praeter *Decanatus* & Promotoris publicis in actibus honores, Magistratus Academici officium bis gesit, primum a XXI. Febr. ad XIV. Aug. MDCX. tanquam Serenissimi Principis ac Domini, Dn. IOHANNIS ERNESTI, Iun. Ducis Sax. Pro-Rectoris, nouos ciues CLXXXVII. recepit; deinde anno MDCXXX. a. V. Feb. ad XII. Aug. CXLIV. inscripsit. Matrimonium iniit A. C. MDCIX. d. XXIV. Aprilis, cum lectissima tum virgine CHRISTINA, incomparabilis quondam ICti, ORTOLPHI FO-

Creatur V. I. Lic. Doctor.

Ienae fit Prof. Iur.

Altenb. Consiliar. & Praeses Consist.

Ienam redit Prof. Rector Magnif.

Matrimon. init.

FOMANNI ſenioris, filia, quod ſterile fuit. Poſtquam vero hæc e vitis III. Sept. anni MDCXXV. excesſit, in viduitate reliquum vitae tempus exegit. Inter alia pietatis eius ſpecimina etiam fuit, quod S. Miniſterio eccleſiaſtico & ſcholaſtico apud *Ienenſes* obuio annuos cenſus anno MDCXVII. Iubilaeo Lutheranorum primo legauerit, quos Quaeſturae Roslauienſis Praefectus ex mandato Aulae Saxo-Altenburgenſis praeſcripto, quotannis circa Feſtum Michaëlis ſoluere tenetur. *Beneficia eius in Eccleſiae Scholaeq; Min.*

Circa vltimum vitae tempus valetudine vſus fuit dubia, & variis cum ſymptomatibus partim apoplecticis & vertiginoſis, partim Melancholico-hypochondriacis conflictatus, quae tandem in maraſmum abeuntia lecto affixum eum detinuerunt, & lenta morte confecerunt. *Aegrotat.*

Placidiſſime ergo in vera *CHRISTI* agnitione huic mundo d. XIII. Decembr. anno Chriſti MDCXXXIV. valedixit. *Obit.*

Scripta ab eo edita ſunt ſeqq.

L. III. de Iure Accret. Ien. 12. 1609.

De Obligationibus diuiduis & indiuiduis. Ien. 1613. Reſp. Theodor. Sizman.

Decades tres Concluſionum methodicarum Iurisdictionis. Ien. 1616. Reſp. Ioh. Erneſt. Zorn. ad Tit. de Verbor. ſignific. Ienae, 8. 1621.

Tr. de Inſpectione Vulnerum lethalium. 8. 1629.

SA-

Digitized by Google

XXXIII.

SAMVEL GOECHVSIVS,

Goechusii patria.

HAereditarius in Buttelſtedt / Altendeck & Gottmanshauſen / Nobilis Saxo, WILHELMI Filius, IOHANNIS nepos, natus Stadae in Archi-Epiſcopatu *Bremenſi* A. C. MDLXXVIII. promotus *Ienae* anno MDCIII. d XXI. Nou. inque ea *Profeſſor Iuris Extraordinarius* poſtmodum dictus, Collegium Pandectarum publicum anno MDCVI. inſtituit & abſoluit. *Salana* anno MDCVII. d. XII. Sept. relicta *Vinariam* abiit, vocatus ad *Conſiliariatum* & A. C. MDCXXV. XVII. Febr. ad *Cancellariatum*, Conſiſtoriique Eccleſiaſtici Praeſidentiam euectus. Defunctus tandem eſt ἄπαις *Buttelſtadii* in praedio d. IV. Febr. A. C. MDCLVIII. aet. LXXX. Symbolo vſus eſt ſequente: *Neſcit vox miſſa reuerti;* adiectis hiſce ſex literis: T. A. N. D. E. M.

Promotio & Prof.

Munus in aula.

Mors.

Symbol.

XXXIV.

PETRVS THEODORICVS

Theodor. patria.

NAtus eſt IX. Aug. A. O. R. MDLXXX. *Groſſenae*, Vico ſub Epiſcopatu *Numburgo-Cizenſi*, vbi tum temporis

poris Paſtorem egit ipſius parens, Vir admodum Reuerendus, STEPHANVS THEODORICVS, ex coniuge pientisſima MARGARETHA, MARTINI Königs / ciuis apud Islebienſes primarii, filia eum ſuſcipiens. Pietatis ac literarum prima iecit fundamenta apud parentes, a quibus poſtea *Cizam* miſſus eam adiecit eruditionis ſtruem, vt academica dignus luce *Ienam* ablegaretur, vbi poſtquam Iuris in ſtudio quinquennium totum conſumſerat, *Lipſiam* concesſit, inibique triennio abſoluto & prima honorum academicorum *laurea*, a Lauri baccis cui nomen, in Iure vtroque reportata, *Ienam* reuerſus eſt, & anno MDCVI. menſe Iunio exeunte poſt vſitata eruditionis ſolertiaeque edita ſpecimina ac δοκιμασίας ſummum in vtroque Iure gradum, quem *Doctoratum* appellitant, non ſine ſui laude reportauit. Anno MDCVIII. menſe Martio in *Profeſſorum* Iuris & Scabinorum ordinem; inde MDCXVI. Cal. Septembris in Curiae Prouincialis Aſſeſſorum numerum eſt receptus. Anno poſt MDCXXXV. menſe Martio ineunte Facultatis ſuae Senioratus ad eum eſt deuolutus, tandemque anno MDCXXXVII. menſe Septembr. Ordinarii honos ac munus accesſit. Multoties & *Decani* & Promotoris in Doctoralibus ſua in Facultate actibus, quarta vero vice *Rectoris* academici officio eſt functus; *prima*, tanquam Serenisſimi Prin-

Parentes.

Studia.

Abitus Cizam, Ienam.

Lipſiam.

Baccal.

Doctorat.

Profeſſio & reliqua munera.

Rectoratus.

Digitized by Google

Principis ac Domini, Dn. IOH. ERNESTI, iunioris, Ducis Sax. Pro-Rector, ab anni MDCXI. IX. Aug. vsque ad seq. anni XXI. Feb. sub quibus XXXIII. studiosi sunt inscripti. *Secunda* a X. Feb. ad XXXI. Aug. MDCXX. CXIX. *Tertia* a IX. Feb. ad XVI. Aug. anni MDCXXXII. CXCIII. *vltima* ab VIII. Febr. ad IX. Aug. anni MDCXXXVIII. CXXV. in studiosorum numerum recepit. In coniugio vi-

Matrimonium. xit tergemino. *Primum* iniit cum matrona honoratissima, tum virgine CHRISTINA, Viri olim Excellentissimi, Dn. ZACHARIAE SCHILTERI, S. S. Theol. Doct. & in Academia Lipsiensi P. P. Consistorii Ecclesiastici ibidem Assessoris primarii & Episcopatus Misnensis Canonici, filia, anno Chr. MDCVIII. mense Aprili, quae denata in primo mariti Rectoratu, nempe anno

Init secundum coniug. MDCXI. mense Augusto exeunte. *Alterum* cum MARGARETHA, Dn. OSWALDI HILLIGERI, Reipubl. *Freibergensis* Senatoris, Praetoris ac Scholarchae, filia; magni illius ICti & Prof. in Salana, OSWALDI HILLIGERI, sorore Germana, anno MDCXII. mense Octobri, quae vita functa est anno MDCXXXIII. mense Octobri ineunte. *Ter-*

Tertiū coniug. *tium* cum VRSVLA, IEREMIAE HVSANI, I. V. Lic. Haereditarii in Kniebsdorff & Praefecti in Ilmenau/ relicta vidua, ELIAE FORSTERI, ICti, Comitis Palat. Caesarei & Cancellarii Saxo-Altenburgici, filia,

Digitized by Google

filia. Nullum vero vel amoris mutui coniugalis vel prolis plane vacuum fuit. Nam primum filios dedit duos, PETRVM SAMVELEM & PETRVM ERHARDVM: Alterum liberos vndecim, ANNAM MARGARETHAM, PETRVM CHRISTIANVM, PETRVM RVDOLPHVM, CHRISTINAM, ANNAM ELISAB. PETRVM FRIDER. ELEONORAM, MARGARETHAM, PETRVM OSWALDVM, PETRVM HEINRICVM, CATHARINAM MARIAM. Tertium vero filiam vnicam, eam vero ἀνάνυμον, denatam prius quam natam. A. C. MDCXL. parens hic pessime habere coepit, & quidem febri hectica seu marasmo cum febre ardente, quem morbum etiam IX. Maii anni dicti, post horam VIII. vespertinam mors est secuta. Viuens symbolo vsus est trilingui: ἀνέχου καὶ ἀπέχου, *sustine & abstine*, leid und meid. Inter scripta, queis inclaruit, sunt:

Liberi.

Morbus.

Discessus. Symbol.

Conclusiones ex vniuerso Iure. Disp. Inaug. 1611. Resp. Casp. Vnzer.

Disp. ad difficiliores Pand. leges. 1613.

Disp. inaug. Quaestiones Semicent. de Autstragis S. R. I. Ien. 1615. Resp. Caspar. Leopoldi.

Collegium Criminale, Disp. XI. Ien. 4. 1618. & 1671.

In-

Diſp. Inaug. de amiſsione & deuolutione feudi. Ien. 1622. Reſp. Ioh. Caſp. Güttich.

De Renunciationibus. Ien. 1625.

Diſp. de Supplicationibus. Ienae, 1625. Reſp. Ioh. Ernſt Schœnleben.

Synopſis Proceſſus, ſecundum ſtylum Camerae, in C. propoſitiones digeſta. Ien. 12. 1634.

Diſp. Inaug. de Iure Mercatorum ſingulari. Ien. 1636. Reſp. Ioh. Marquart.

Centuria Aſſertionum ex vtroque Iure, Diſp. Inaug. 1637. Reſp. Georg. Laurent. Parzmeyer.

Diſp. Inaug. de Succeſſionibus Principum, Imperatorum & Electorum. Ien. 1637. Reſp. Iuſtin. Schelhaſe.

Dubia iuridica. Diſp. Inaug. 1638. Reſp. Rudolph. Wilhelm. Krauſſ.

De pactis ſucceſſoriis. Ien. 4. 1671.

XXXV.

OSWALDVS HILLIGER

Naſcitur.

LVcem hanc primum adſpexit *Freibergae Miſnic.* xx. Octobr. A. O. R. MDLXXXIII. ex peruetuſta ac patricia familia.

Parentes & Maiores eius.

Patrem habuit OSWALDVM, patriae Senatorem ac Praetorem: Ma-

Digitized by Google

Matrem ANNAM, MICHAELIS SCHOENLEBII, quondam vſtrinarum metallicarum Praefecti Electoralis filiam, FRIDER. SCHOENLEBII, *Freibergae* Conſulis ſororem; Auum paternum WOLFGANGVM, Conſulem, MAVRITIO & AVGVSTO Electoribus Saxon. propter multa ſpectatae fidei documenta charum: Propatruum SEBASTIANVM HILLIGERVM, I. V. D. Electori AVGVSTO a conſiliis & Dicaſterii *Lipſienſis* Aſſeſſorem.

De voluntate parentum, cum puer in ſchola patria Linguarum Latinae & Graecae ſub ſolertiſſimis Praeceptoribus fundamenta iecisſet, & lucem academiarum ferre iam poſſet, anno MDCI. *Lipſiam* ſe contulit ad capeſſendum vberiorem ingenii cultum, & cum ibi ſpatium vnius ſaltem exegiſſet anni, *Wittembergam* abiit, qua in academia per integrum quadriennium haeſit, praeter ſtudium Philoſophicum Philologico & Hiſtorico deditus, propter morum honeſtatem & in ſtudiis diligentiam omnibus gratus, nemini moleſtus. Anno MDCVI. *Ienam* venit, & Iurisprudentiae, cuius poſt emetita Philoſophiae ſpatia *Wittembergae* initium fecerat, ſe totum addixit aſſiduus in audiendarum lectionum publicarum conſtantia, in frequentia Diſputationum neceſſariarum, in diurna ſimul & nocturna lectionis & ſcriptionis pertinacia. Eodem anno ibidem ſummum honoris gradum

Lipſiam ſe confert.

Witteb. ſtudet.

Ienam abit.

I. V. Doct. in *vtroque Iure* modeſte petiit, glorioſe obtinuit & egregie tutatus eſt. Anno MDCX.

Edit Donellum enucl. priorem *Donelli* enucleati partem; ſed poſteriorem triennio poſt cum non vulgari nominis ſui commendatione & ſtudioſorum Iuris vtilitate in lucem edi paſſus eſt.

Fit Prof. publ. Dicaſt. Sax. Aſſeſſor. Anno MDCXVI. in numerum Anteceſſorum Iuris publicorum receptus & Dicaſterii Saxonici Aſſeſſoribus annumeratus eſt. An-

Vxorem ducit. no MDCXIV. vxorem duxit MARGARETHAM, NICOLAI HORNII ſenioris, ciuis & Senatoris Freibergenſis, filiam, cum qua tranquille vixit, factus ex ea parens duorum filiorum, ex quibus tamen natu maior ante parentem vita functus eſt, & vnius fi-

Liberi eius. liolae, BARBARAE, nuptae ordine tum NICOLAO HELFFRICH, I. V. D. tum BVRCARDO BERLICHIO, IC. Haereditario in Wegefart & Waltersdorff/ Sereniſſ. Electori Saxoniae IOHANNI GEORGIO I. a conſiliis & ſecretis. Anno MDCXVII. Iubilaeo Lutherano annuos ex

Cenſus legat. ducentis florenis Miſnicis cenſus duobus Eccleſiae Ienenſis Diaconis legauit in perpetuum; alios itidem florenos cc. pauperibus diſtribuendos. Menſibus quinque vitae ſuae

Morbus eius. poſtremis hypochondriaco morbo laborauit, literatis familiari, ex hepate male conſtituto, vnde fluxus hepaticus ſecutus eſt, quem cum poſtremo octiduo febris ex putredine humorum excepiſſet, vires ita collapſae ſunt,

vt

vt curationi locus plane nullus relinqueretur. Inter ardentes itaque preces & consolationes e sacris scripturis petitas, quas partim conquisiuit ipse, partim ab ecclesiae ministro adstante cupide audiuit, placido correptus fuit somno & sine vllius significatione doloris exspirauit xxv. Mart. anno MDCXIX. aetat. xxxvi. Concio in eius exequiis habita & publicata est a D. IOH. MAIORE, S. S. Theol. D. P. P. & Superintendente Ienensi ex Sap. IV, 7. 14. Inter Scripta, quae edidit, eminet: *Obitus.*

Donellus enucleatus, quem 522. interpretibus adhibitis elaborauit. f. 1642.

Disp. de Conditionibus. Ien. 1618. Resp. Philipp. Lochman.

Pro gradu Doct. conscripsit Positiones Iuris singulares. 1609.

XXXVI.

WOLFGANG. VVERTHER Mühlpfort

Mühlpfortii patria.

NAtus est II. Nou. A. C. MDLXXV. *Rhodae* Thuring. ex antiquissima MüHLPFORTIORVM *Zwickauiensium* familia, quae quondam Cygneae Consulatum continua serie per CL. annos prudenter gessit. Patrem habuit IOHANNEM FRIDER. MüHLPFORTIVM, qui Praefectu- *Natalis.* *Parentes.*

fecturam *Ichtershusanam* & *Wachseburgensem* summa fide moderatus est. Auus ipsi fuit Vir strenuus, Dn. PAVLVS MüHLPFORTIVS, qui sub Sereniſſimo Principe, IOHANNE FRIDERICO, quondam Electore & Duce Sax. Ductor fuit satellitum, & vnius signi copiarum pedestrium, qui & ipse *Ichtershusii* & *Wachsenburgi* Praeses olim, anno MDLVIII. rebus humanis exemptus in aede sacra illius monasterii cum vxore secunda, MAGDALENA GüNTHERODIA, foemina nobiliſſima quieſcit. Matrem habuit GERTRVDIM, AEGIDII CORNERI, Quaestoris *Rhodenſis*, filiam. Domi cum apud parentes omnem ad pietatem & modestiam educatus esset, & prima literarum elementa feliciter imbibisset, ad capiendum vberiorem cultum, *Halae* & *Magdeburgi* coeptam studiorum telam pertexuit. Deinde operam pietati, virtuti ac bonis literis, & primo quidem Philoſophiae, tum & Iurisprudentiae dedit *Marpurgi*, *Helmstadii*, *Ienae*, *Coloniae*, *Heidelbergae*, *Argentorati* & *Friburgi Brisgoiae* ac tandem *Basileae*, vbi etiam XXI. Octobr. MDCII. *summum honoris gradum* in Iurisprudentia petiit, & singulari cum approbatione Collegii Iuridici glorioſe obtinuit. Tum vero *Spiram* abiit, vt in Imperii Camera & in Areopago totius Germaniae nobiliſſimo coram ea spectaret, quae ad praxin artis suae & Iudiciorum ad

Proficiscitur Halam & Magd.

Marpurgum &c.

Doctor fit. Abit Spiram.

or-

ordinem legitimum pertinerent. Hinc *Lipſiam* ſe contulit, deinceps in cauſis forenſibus agendis vires periclitaturus ſuas. Hoc in oppido, cum annum trigeſimū attigiſſet, vxorem duxit virginem ANNAM ELISABETHAM, Dn. ANDREAE CRAPPII, ciuis & ſenatoris *Torgenſis* filiam, quam mature patre orbatam, Dn. DANIEL LEICHERVS, qui proximus agnatus, Curiae Electoralis & Prouincialis, quae eſt Lipſiae, Aſſeſſor & Aedilis vrbis, vt Mardocheus quidam Eſtherem recepit, & aliquot per annos pupillae loco habuit. Nuptiis iam celebratis mature *Ienam* rediit & cum vxore vixit coniunctiſſime ad finem vsque vitae, parens factus ſex filiorum & filiarum trium. Anno MDCXI. in numerum Aduocatorum Iudicii Prouincialis adſcitus eſt; Anno decimo quarto Illuſtriſſimis Comitibus *Hohenloiis CRATONI* ſeu *CRAFFIO*, *& PHILIPPO ERNESTO* fratribus Germanis a conſiliis eſſe coepit, & maxime quidem illis in ſeu negotiis ſeu controuerſiis, quae Praefecturam *Crannichfeldenſem* attinerent. Decimo nono Collegio *Profeſſorum Iuris* adſcriptus; vicesimo Aſſeſſor Curiae paulo ante dictae delectus, quos per honorum gradus cum feliciter ad ſumma quaeque adſcendiſſet, non tantum animo non elatus fuit; ſed etiam ſingulari moderatione ſemper id curae ſibi habuit, vt bene doceret & inculpate viueret. Anno MDCXXII. *Rectoratum* academicum ſum-

Lipſiam.

Vxorem ducit.

Ienam redit.

Conſtituitur Aduocatus Iud. Prou.

Conſil. Hohenl.

Profeſſor Iur.

Aſſeſſor Cur. Prou.

Rector Magnif.

Digitized by Google

ma cum laude omnium bonorum iudicio gessit, ac a XIV. Febr. ad XXIX. vsque Aug. CXCVII. ſtudioſos inſcripſit. Diſceſſum quod attinet, ſub anni Chr. MDCXXII. finem in morbum incidit, qui erat obſtructio hepatis, meſaraici & lienis vna cum imbecillitate ventriculi tympanitem minitante, ad quae mala acceſſit icterus cum flauus tum niger & excretiones alui variae cum torminibus ac tandem copioſa ſanguinis concreti, & nigricantis eiectio, vna cum calore hectico, quorum dolores omnes pietate ſuſtinuit, & precibus leuauit. Sacra coena etiam non tantum eſt vſus; ſed & Miniſtros Eccleſiae ſemper ſecum habuit, inprimis ea nocte, qua ſibi moriendum ſentiebat. Inter preces illud crebris vſurpare ſermonibus ſolebat: HErr Chriſte/ dir lebe ich/ HErr Chriſte/ dir ſterbe ich/ dein bin ich todt und lebendig. Et illud Pauli Rom. 14. *Nemo noſtrum ſibi viuit* &c. Tandem pie placideque eum tertia vice haec repetiiſſet verba: Ach GOtt! ach GOtt! ach GOtt! deceſſit d. VI. Maii A. C. MDCXXIII. aet. XLVIII. Typis exſcribi curauit:

Morbus eius.

Obitus.

Theſes de legitima defenſione. 1612.

XXXVII.

VALENTINVS RIEMERVS.

Riemerus natus ſcitur.

ORtum RIEMERO dedit *Sileſia*, in ciuitate *Hirſchberga*, vbi parens, ei cogno-

gnominis, Reipublicae Syndicum egit. Ex eo natus fuit, ſed poſthumus, menſe Februario A. O. R. MDLXXXII. Indoles cum bona & ad ſtudia apta cito ſeſe exſereret, tam domi quam publica in ſchola Praeceptoribus doctis & fideliſſimis imbuendus traditus fuit, ſub quibus prima eruditionis rudimenta feliciſſime iecit. Hinc *Vratislauiam*, *Sileſiae* metropolim miſſus, in ſchola, quae a D. *Magdalena* nomen habet, ſub M. IOH. ab HOECKELSHOVEM, Rectore, tantos in Philoſophicis progreſſus fecit, vt inde *Lipſiam* anno MDCIII. profectus nondum impleto iſthic biennio non prima tantum laurea, ſed & gradu in Philoſophia ſummo, *Magiſterii* nimirum dignitate & honore, fuerit ornatus. Iuris poſt ſtudio ſeſe addixit, & *Lipſia* abiens *Marpurgum* ſe anno MDCV. contulit, praeſtantiſſimorumque eius loci ICtorum in Iure addiſcendo opera eſt vſus. Anno ſequente *Gieſſam* abiit, vbi per biennium publice priuatimque Iurisprudentiae in ſtudio ſe exercuit, tandemque Iuris ſcientia bene tinctus, *Lipſiam*, quam alteram quaſi patriam duxit, reuerſus idem Themidos ſtudium calide habuit, nihilque reliqui fecit, quo eum ſe probaret, qui aliquando ſpem de ſe conceptam abunde impleret. Neque vero honeſtis & praeclaris conatibus defuit fortuna, & euentus optatus. Nam A. C. MDCXIV. ſummos in Iure vtroque honores *Ienae* a Collegio Iuridico cum

Informatur.

Mittitur Vratislau.

Lipſiam.

Magiſter Creatur.

Proficiſcitur Marpurg.

Gieſſam.

Lipſiam redit.

peteret, glorioſe etiam reportauit, **d. v. Apr.** eius anni *V. I. Doctor* publice renunciatus ac proclamatus. Anno eodem matrimonium contraxit cum virgine SVSANNA ELISABETHA, Excellentiſſimi Viri, IOHANNIS WEXII, ICti, & Sereniſſimi Principis ac Domini, Dn. IOHANNIS, Ducis Sax. &c. beatisſimae memoriae, Cancellarii filia, parens factus filiorum trium & filiarum quatuor. Fortunarum ſuarum ſedem *Ienae* tum vixit & Collegiis priuatis in omni Iuris genere & materia eius tyrones & aſſeclas erudiit & exercuit. Tandem cum IOHANNES GRYPHIANDER, I. V. D. & in Salana Poëſeos & Hiſt. Prof. P. a Profeſſione ſua A. C. MDCXVIII. abiret, ipſa ea fuit demandata. Poſt anno MDCXIX. Iuridicum in Collegium fuit cooptatus & *Iura* publice docere iuſſus, inque Scabinatum adſcitus. Collegia diſputatoria tam priuata quam publica frequenter in commodum Iuris ſtudioſorum habuit. Curiae Prouinciali Saxonicae, quae Ienae eſt, Aſſeſſor extraordinarius fuit datus anno MDCXXXIII. ordinariorum vero Aſſeſſorum albo adſcriptus eiusdem anni menſe Martio. *Decanatus* in Facultate Iuridica vt & Doctoralibus in actibus Promotoris officio aliquoties fuit functus, *Rectoratus* academici bis, primum a VI. Febr. ad XXVII. vsque Aug. anni MDCXXIV. quo ſemeſtri ſpatio ſtudioſorum nomina CXCI. ac deinde

I. V. Doct. renunciatur.

Matrimonium contrahit.

Ienae Collegia aperit.

Conſtituitur Prof. Poëſ. & Hiſt.

Iuris.

Diſputat.

Aſſeſſor Cur. Prouinc.

Decanus, Brabeuta & Rector.

Digitized by Google

matriculae inſeruit. Cum tandem vitae finis immineret, aliquot per ſeptimanas dolo- *Aegrotat.*
ribus podagricis ſeu arthriticis artus ſucceſſiue inuadentibus lecto affixus haeſit. His cum liber aliquo modo ſibi videretur, accidit, vt filius natu maximus & primogenitus morbo hodie epidemico, febri maligna, laboraret & ex eadem moreretur. Conſternatus ipſe in eundem incidit, & quia vires ex priori morbo proſtratae fuerant, ſimiliter *Moritur.*
eodem extinctus eſt, licet enim omnis generis remedia eximia huic morbo contraria a Collegio Medico praeſcriberentur, atque adhiberentur; malum tamen omni arte & remedio plus valuit & mortem attulit, XXI. Apr. anno MDCXXXV. aet. LIII. Inter ſcripta, quae publici Iuris fecit, ſunt:

Deciſiones Iurium controuerſorum. Ien. 1615. Reſp. Iuſtus Linden.

Concluſ. ex Materia Poſſeſſionis. Ien. 1616. Reſp. Ioh. Suſterman.

Diſp. de Hiſtoriarum vtilitate. Ien. 1618.

Diſp. de Iure accreſcendi. ib. 1619.

Diſp. de Locat. conduct. 1620. Reſp. Ioh. Bergman.

De Seruitutibus realibus. 1625. Reſp. Gregor. Pirck.

De Mutuo. 1625. Reſp. Ioh. Küsling.

Diſp. de Foro competente. Erf. 1630.

Diſp. de Legitima. Ien. 1631.

XXXIIX.

ORTOLPHVS FOMANNVS, iunior

Fomann. iun. nascitur.

Eius parentes.

HAnc in mortalium lucem est editus *Ienae*, d. III. Iun. A. O. R. MDXCVIII. Parens ipsi fuit ICtus celeberrimus, D. ORTOLPHVS FOMANNVS, Decretalium in Salana Professor Publicus, Facultatis Iuridicae Ordinarius, Consiliarius Saxonicus, Curiae Prouincialis Saxon. & Scabinatus Ienae Assessor primarius: Mater autem BARBARA, Magni illius Theologi, D. GEORGII MYLII, filia. Parentes laudati, vt nihil in votis habuerunt magis, quam vt filius bene educaretur; ita omni in id cura incubuerunt, vt a teneris tum vera pietate, tum humanioribus literis, tum morum elegantia & modestia per praeceptores doctos, tam domesticos quam scholae oppidanae publicos probe imbueretur. Iactis igitur litteraturae melioris fundamentis, in Gymnasium *Silusianum* eundem ablegarunt, vbi postquam annos aliquot commoratus solidius ea firmasset, *Ienam* reuersus Philosophicis disciplinis non neglectis, sed praelibatis, totum se tandem Iurisprudentiae deuouit. D. OSWALDI HILLIGERI & D. HELFRICI VLRICI HVNNII in academia olim *Giessena*, quo missus aliquandiu substitit, P. P. ductu *Donellum* & *Treutlerum* priuatos intra parietes feliciter per-

Siluſiam mittitur.

Ienam redit.

Giessena studet.

peruolutauit ſuumque in vſum vertit. Publicae etiam arenae ſiſtere ſe non dubitauit, & primo quidem, antequam Gieſſam abiret, ſub D. CHRISTIANI RADEWALDI, poſt *Regiomontana* in academia Profeſſoris Publ. praeſidio de *variis Iuris controuerſiis*, inde poſt ſuam Gieſſena ex academia reuerſionem ſub D. VALENTINI RIEMERI moderamine Diſputationem de *Mora* habuit. Parentis de voluntate ſummam *in Iure lauream* anno MDCXX. modeſte ambiuit, quam & honorifice XI. Sept. eiusdem anni reportauit, quo ipſo die nuptias quoque celebrauit cum MARGARETHA, a praelaudato D. OSWALDO HILLIGERO, P. P. ſesqui anno ante viduata, quae eum vnius filiolae, matri cognominis patrem faciebat, & V. Iunii anno MDCXXII. a latere ipſius auellebatur. Secunda ad vota tranſiit anno MDCXXIII. Excellentiſſimi ICti, DOMINICI ARVMAEI, haereditarii in Lobdau & Gieſchwitz/ tum temporis Facultatis Iuridicae Senioris, poſt Ordinarii, Conſiliarii Sax. & Curiae Prouincialis Sax. Scabinatusque Aſſeſſoris, filia, tum virgine lectiſſima DOROTHEA SVSANNA, XX. Octobr. domum ducta, ex qua liberorum audiit octo parens, nempe DOROTHEAE SVSANNAE, ORTOLPHI, ANNAE BARBARAE, MARIAE, IVSTINAE, DOMINICI, CATHARINAE & IACOBI. Vt autem ad publica munia, quae obiit,

Diſputat.

I.V.D. creatur.

Vxorem ducit.

Eandem amittit.

Ad ſecunda vota tranſit.

Digitized by Google

obiit, veniamus, notatu digna iudico ſequen-
Fit Prof. Hiſtor. & Poëſ. Ien. tia. Anno MDCXXV. *Profeſſio Hiſtoriarum* & *Poëſ.* demandata ipſi fuit, anno MDCXXIX.
Rector. Magn. ſemeſtri *Rectoratus* academici munere fungens a XII. Febr. vsque ad XI. Aug. CCIV. ſtudioſos inſcripſit. Anno MDCXXXIII. d. VI.
Aſſeſſor Cur. Prou. extraord. Maii in album Aſſeſſorum Curiae Prouincialis extraordin. anno tandem MDCXXXV.
Ordinar. Prof. Iur. menſe Iulio in *Profeſſorum Iuris*, Aſſeſſorum Curiae Prouinc. Saxon. Ordinariorum &
Decanus. Scabinatus allectus eſt. *Decanatus* praeterea ſua in Facultate non vna vice, at ſemel
Promot. *Promotoris* in actu Doctorali officio functus
Eius pietas. fuit. Caeterum pietas eius vix ſatis praedicari poteſt. Quotiescunque enim ſacra ſynaxi fuit vſus, Pſalmum quendam euchariſticum compoſuit: quoties nouum annum ingreſſus, hymnis & preculis a ſe confectis pro beneficiis, praecedenti anno in ſe collatis, Deo Trinuni gratias deuotisſimas egit: quoties dies ipſius Natalis recurrit, certum vitae inpoſterum traducendae normam ſibi praeſcripſit, qualem & in ipſo morbo, quo fuit abreptus, ſi vitam ipſi Deus ſit prolongaturus,
Vitae norma. ſequendam his conſignauit verbis: *In poſterum omnes actiones meas annuente Spiritus S. gratia primum examinabo ſecundum Lydium lapidem verbi diuini. Deinde haec mihi regula & norma erit: Malo in hac vita odium & contemtum, & poſt obitum praeconium & mei deſiderium, quam hic laudem & fauorem,*

poſt

Digitized by Google

post mortem autem reprehenſionem & maledictionem.

Hinfort in allen Sachen mein
Soll GOttes. Wort mein Richtſchnur ſeyn.
Ein Chriſt hier mehr trag Haß und Schimpff/
Und nach dem Todte Lob und Glimpff/
Als in dem Leben Lieb und Danck/
Und in der Gruben böſen Nachklang.

Sed vitam, quam longorem optabant multi, mors inuidit. Nam XVII. Maii MDCXL. veſperi capitis dolorem ſentire coepit, qui poſtero & ſequente die adeo acerbatus fuit, *Morbus.* vt tandem optima quoque medicamenta fruſtra fuerint adhibita, quare diuinae tutelae ſe commendabat, & hiſce dictis ſe erigebat: HERR/ wenn ich nur dich habe ꝛc. Und ob es währt bis in die Nacht. Tandem VI. Iunii eiusdem anni inter preces & ſuſpiria deuote exſpirauit, annis aetatis exactis XLII. cum diebus duobus. *Obitus.* Typis exſcribi curauit varia, inter quae ſunt:

Concluſiones de Vſucapionibus. Ien. 1601. Reſp. Iacob. Kramero.

Diſp. de acquirend. & amittenda poſſeſſ. 1625. Reſp. Henning. Vito.

ZA-

XXXIX.

ZACHARIAS Prüschencke

Prüschenckii patria.

A Lindenhove / nobilis Palatinus natiuitate, Austriacus ortu, natus est *Sulzbachi* XIX. Ian. A. C. MDCX.

Parentes.

Patrem habuit Dn. SEBASTIANVM Prüschenck / a Lindenhove / Sereniſſimi Dn. AVGVSTI, Comitis Palatini Rhen. &c. Conſiliarium ac teloniarium reddituum Praefectum ſummum: Matrem vero matronam lectiſſimam CATHARINAM, STEPHANI Pöders / a Pöderſtein / reddituum ptouincialium *Ambergae* per Electoralem ſuperiorem Palatinatum Praefecti filiam. Hi parentes optimi,

Ingenium.

cum aduerterent filioli ſui ad ſtudia liberalia procliue & habile ingenium, a prima ſtatim pueritia eo ipſum deuotum voluerunt, ut non modo pietatis capitibus imbutus & inſtructus; ſed & humanioribus literis & linguis ad ſtudia neceſſaria tinctus ex illuſtri Gymnaſio *Sulzbacenſi*, adiutus peculiarium inſuper informatorum domeſticorum ope & opera, emigrare poſſet. Prima enim vice conſilio & ſuaſu ſuorum tam parentum quam Praeceptorum fidelium *Altdorffum*, in vicinam patriae concesſit academiam, vbi ſe totum mancipans Iuris ſtudio, Profeſſorum ibidem celebriorum & exercitationum ductu uſus inter alios D. ANDREAE DINNERI, ICti in praefixo ſibi ſtadio manu quaſi ductus eſt. Col-

Studia.

Abit Altdorffū.

Praeceptores.

le-

legiis, quae tum aperiebantur a conſultiſſimo Dn. WILHELMO LVDWELIO, lectoriis & diſputatoriis interfuit ſedulo, vt ex his tandem publicis ſe commiſſurus periculis, Diſputationem, *de Donatione inter Virum & Vxorem*, a ſe conſcriptam, ſub Praeſidio laudati ſui manuductoris, D. DINNERI habere conſtituerit. Cum vero ille corporis aduerſa valetudine correptus huic rei ſupereſſe non poſſet, haec *Dinneriana D. ERASMO VNGEPAVERO*, Profeſſori P. in academia illa delegata eſt prouincia, & exercitium id publice MDCXXX. habitum, quo ipſo ſuis Altdorfinis vale quaſi dixit, & de voluntate parentum *Salanam* ſalutauit, vbi in introitus vicem ſub Praeſidio D. ORTOLPHI FOMANNI, iun. Materiam *de Crimine laeſae Maieſtatis* publicae disquiſitioni ſubmiſit & maſcule tutatus eſt. Ibidem Iuris vtriusque Doctor anno MDCXXXV. eſt promotus & *Profeſſor* ſtatim d. XII. Maii receptus. *Rector* Magnificus electus a III. Febr. ad XI. Aug. anni MDCXLII. ſtudioſos LXV. inſcripſit. Anno MDCXLV. Iena *Iſenacum* abiit *Pro-Princeps* & *locum tenens*. A Sereniſſimo ſuo Principe WILHELMO *IV. Duce Sax. Vinaria Koethenam* ad Sereniſſ. LVDOVICVM, Principem *Anhaldinum* MDCXLIV. ablegatus d. X. Octobr. in *ſocietatem*, vt vocant, *frugiferam*, die Fruchtbringende Geſellſchafft/ inceptam A. MDCXVII. ab eodem cooptatus in

Diſputat.

Ienam ſe confert.

Promot.

Rectorat.

Sparta aulica.

Koethen. legatus.

In ſocietate frugiferam cooptatur.

in ordine CCCCXVIII. accepit nomen *Promotoris*, fructum *Indiani piperis*, verbum *comeſtionis ſeu digeſtionis*. Huius ſocietatis pictura eſt *Nux Indiana* ſeu palma, ſymbolum ſeu verbum: Alles zu Nutzen. Nomine ſui Principis & Abbatiae *Quedlinburgenſis* interfuit Comitiis *Ratisponae*, anno MDCLII. indictis a FERDINANDO III. Imperatore Rom. in quibus huius Filius FERDINANDVS FRANCISCVS ibidem A. MDCLIII. menſe Iunio in Regem Romanum electus, & Auguſtae Vindelicorum coronatus eſt. Obiit A.C. MDCLIV. menſe Iulio. Symbolo vſus eſt, tum ex Pſalm. XXV, 21. *Integritas & rectitudo cuſtodiant me!* tum ex *Bonauentura: Tota Religionis perfectio in voluntatis propriae abdicatione conſiſtit.* Eius contoralis fuit *prima* GERTRVDIS, WILHELMI ROMANI a Muckershauſen / Electoris & Ducum Sax. Medici, filia, quae ſterilis obiit anno MDCXXXV. *Secunda* ANNA CATHARINA, FRIDERICI HORTLEDERI, ICti & Hiſtorici famigeratiſſimi Ienae MDCXL. defuncti, filia. Scripta ab eo edita ſunt ſeqq.

Comitiis Ratiſpon. intereſt.

Matrimonium.

Scripta.

Diſp. de modo ac vſu Computationis graduum. Ien. 1628. Reſp. Carol. Frider. Fleck.

Diſp. Inaug. de Maieſtate. Ien. 1636. Reſp. Ioh. Erneſt. Steinmez.

Diſp. de Iuramentis. Ien. 1637. Reſp. Ioh. Titius.

De

-- de Succesſione ab inteſtato. Ien. 1637. Reſp. Ioh. Freiesleben.
Diſp. de Appellationibus. 1637. Reſp. Frider. von Alefeld.
- - - de Reconuentione. Ien. 1637. Reſp. Rudolph. Schroeter.
Diſp. de Iure Retractus. Ien. 1638. Reſp. Chriſtian Günther von Schlotheim.
Diſp. de Condictione furtiua. 1638. Reſp. Carol. Günth. Förſter.
- - de Furtis. Ien. 1638. Reſp. Martin. Roeuer.
- Inaug. Concluſiones ex latisſima contenta materia. Ien. 1638. Reſp. Chriſtian. Periſch.
Quaeſt. controuerſ. Ien. 1638. Reſp. Ioh. Philipp. Eckhardi.
- de purgatione canonica & vulgari. Ien. 1638. Reſp. Petrus Schaeffer.

XL.

ERASMVS VNGEPAVR

Vngepaur nascitur.

LVcem primitus adſpexit *Numburgi Miſniae* II. Febr. A. O. R. MDLXXXII. Patrem habuit MATTHAEVM VNGEPAVR, ciuem ibid. & lanium; matrem vero WALBVRGIM ZIMMERMANNIAM. Patre infantulus nec dum ſemeſtris orbatus, poſtquam in ſchola patria linguarum Latinae ac Graece artiumque humanio-

Parentes eius.

rum fundamenta posuisset, anno aetatis XVI.
Proficisc. Ienam, Wittemb. in academiam *Ienensem* & biennio post *Wittembergensem* indeque triennio exacto rursus *Ienam* commigrauit. Studia vero sua, sola matre, absque stipendii alicuius auxilio, sumtus praebente, adeo vrsit alacriter, vt
Doctor renunc. summa cum laude honores *Doctorales* in vtroque Iure XVII. Febr. anni MDCXII. D. *DOMINICO ARVMAEO* Decano, & Promotore *D. VIRGILIO PINGITZERO reportauerit.* Mense Octobr. A. MDCXIV. ipsi, a IV. Scholarchis Reipublicae *Norimbergensis* vocato, cum Professio Iuris Feudalis in academia *Altdorfina* commendata fuisset, *Altdorffium* cum suis mense Decembri,
Altdorfi fit Professor. cum prius *Ienae* Disputationem valedictoriam habuisset, se mouit & Professoris laborem alacriter aggressus est. Post biennium A. C. MDCXVI. cum defuncto *D. SCIPIONI GENTILI*, Professori Codicis, *D. ANDR. DINNERVS* succesor daretur, *D. VNGEPAVR* huic, etsi vltimus in ICtorum ordine esset, praeterito Institutionum Professore in Professione Pandectarum subrogatus, &
Consiliar. Norimberg. paulo post in *Consiliariorum* quoque ordinem ab inclyto Senatu *Norico*, salario constituto, adscitus est. Vtrique huic muneri cum laude ad annos XVIII. praefuit, quos inter *Rectoratum* academicum per annum gessit, *Decanatus* etiam officio aliquoties functus est. Postea XXIV. Nou. MDCXXXIII.

ex

ex hac vita erepto *D. ANDREA DINNERO*, VII. Maii anni sequentis Codicis Professio ipsi fuit commissa. Cum vero tunc belli funesti flamma in Imperio Romano ferueret, & cumprimis *Noricum* districtum annonae caritas premeret, atque in *Salana* A. O. R. MDCXXXV. per *D. VALENTINI RIEMERI* excessum in Facultate Iuridica locus vacaret, praeuia humili officiorum oblatione a Serenissimis Sax. Ducibus vtriusque Lineae istum tum quoad *Professionem* Iur. tum quoad Assessuram in Curia Prouinciali *Saxonica*, & in Scabinatu impetrauit. Inde a Senatu *Norimbergensi* petita, &, quamuis aegre, obtenta dimissione ab eodemque praeclaro donatus viatico XXIII. Nou. MDCXXXV. academiam *Ienensem* profectus XXVI. sequ. in Professorum Iuridicorum numerum receptus, XII. Dec. Disputationem *de Iure naturali* pro loco habuit. D. XXI. Dec. in Facultatem Iuridicam & Scabinatum & XXII. Martii anni seq. MDCXXXVI. in Curiae Prouincialis Assessorum ordinem, loco ipsi post Facultatis Seniorem *D. PETRVM THEODORICVM* tributo, receptus est. Succesſu temporis, postquam *D. DOMINICO ARVMAEO* anno MDCXXXVII. extincto in Ordinariatu *D. PETRVS THEODORICVS* succederet, ipse huic in Senioratu, huicque eidem post eius obitum in Ordinariatu suffectus XXV. Iunii anni MDCXLI. solenniter & vna

Iur. Prof. Ienae & Curiae Prouinc. Assessor.

Disp. pro loco.

Digitized by Google

Professor atque Assessor primarius introductus est. Bina vice interea *Rectoratu* academico, (nempe a XIII. Febr. ad VI. Aug. anni MDCXL. quo semestri spatio XLIX. studiosorum albo inseruit, ac a XVII. Febr. vsque ad XII. Aug. MDCLII. quo CCCVII. ciues recepit,) *Decanatu* vero plurima functus est. In coniugio vixit gemino. Prior coniux fuit *GERTRVDIS*, *ADAMI LISTEMANNI*, IC. Facultatis Iuridicae & Scabinatus Ienensis Actuarii filia, quam virginem anno MDCXII. eo ipso die, quo Doctoris honoribus ornabatur, copulandam sibi curauit. Cum hac in tranquillo & mutui amoris pleno coniugio ad annum vsque MDCXL. cuius IV. Dec. ab eius latere mortis violentia fuit abrepta, vixit, parens ex ipsa factus XIV. liberorum, quatuor quidem filiorum, qui omnes ipsius obitum anticiparunt, decem vero filiarum, quarum quinque innuptae, & vna, HELENA BLANDINA, D. ERNESTO FRIDERICO SCHROETERO, Iuris Professori & Consiliario Sax. elocata, parentem ad beatae vitae tabernacula praeiuerunt, quatuor vero Patri superstites fuerunt, quarum vna, CLARA, in D. IOHANNIS STRAVCHII, *Iur. Professoris & Consiliarii Sax.* vna, MARGARETHA CATHARINA, in IOHANNIS LVCAE GRVBERI, Poligrammatei *Stollbergensis* & vna in PHILIPPI HIRSCHII, iudicii Senatorii Actuarii, coniugio vixerunt.

Coniugium duplex

& Liberi.

Al-

Altera ipſius vxor fuit ANNA SOPHIA, IOH. CHRISTOPHORI CVMMERII, academiae Secretarii, & Scabinatus Facultatisque Iuridicae Actuarii, xxv. Iulii anni MDCXLI. defuncti, vidua, M. GEORGII MYLII, *Hertzbergenſis* Reipublicae Syndici, filia, & magni illius Theologi, D. GEORGII MYLII ex filio neptis, quam poſt viduatum ſexennem II. Nou. anni MDCXLVI. ſibi nuptam domum duxit. Ex hac itidem duos ſuſcepit filios, quorum poſterior CHRISTIANVS VII. tantum ſeptimanarum infans xvii. Nou. MDCLII. denatus, prior CHRISTOPH. ERASMVS patri ſuperſtes manſit. Licet vero ſenex per virium imbecillitatem per aliquot annos in publicum prodire prohiberetur; domi tamen lectiones ſuas ordinarias aſſidue continuauit, vsque tum per menſem vitae vltimum lecto cogeretur decumbere. Tunc domui ſuae diſpoſuit, & cura terrenarum rerum abiecta cum Theologis eum ſaepius inuiſentibus, M. ADRIANO BEIERO, *Diacono*, & D. CHRISTIANO CHEMNITIO, Superintendente, non niſi de Chriſto, ſuo Redemtore, & vita aeterna, quam anhelabat, contulit. Tandem inter ſuorum preces placide obdormiſcens, ſenex & ſatur dierum *Ienae* mortuus eſt die xxiii. Apr. A. C. MDCLIX. aetat. Lxxviii.

Ad ſecunda vota tranſit.

Senex domi legit.

Aegrotat.

Moritur.

Scripta, quae poſteritati elucubrauit, ſunt haec:

Diſp. de Iuſtiniano M. Imper. 1613.
Ad Inſtituta. Ien. 4. & Norib. 1625.
Deciſiones Iuris controu. Ien. 1636. Reſp. Ioh. Frider. Stromer.
Diſp. Inaug. de Scabinatibus. Ien. 1636. Reſp. Chriſtoph. Bernh. Seuberlich.
Collegium feudale public. IX. Diſp. exhibitum. Ien. 1636.
Diſp. Inaug. de perſonis ad feudi concesſionem habilibus. Ien. 1636. Reſp. Ioh. Gebhard.
De Concordia discordantis Iuris Iuſtinianei Diſp. aliquot. Ien. 1636.
Diſp. de Conſuetudine. Ien. 1636. Reſp. Ioh. Melchior Schneider.
- de pignoribus & hypothecis. Ien. 1636. Reſp. Carol. Günther Foerſter.
- de Poſſeſsionibus. Ien. 1636. Reſp. Chriſtian Günther Foerſter.
- de Iniuriis. Ien. 1636. Reſp. Adamus Staden.
Miſcellaneae controuerſ. ex omni Iure. Diſp. inaug. 1637. Reſp. Chriſtoph Lange.
- de Condictione ex Lege. Ien. 1637. Reſp. Nicol. Treptau.
- de Subſtitutionibus. Ien. 1637. Reſp. Chriſtian Günther von Schlotheim.
- de prioritate & priuilegiis Creditorum. Reſp. Otto von Allefeld.
- de Adiecto. Ien. 1638. Reſp. Sigmund. Siegfrid Reichhelm.

De

Diſp. de Regalibus. Ien. 1638. Reſp. Heinr. Philiberto a Kröſigk.
- de Venatione. Ien. 1638. Reſp. Chriſtoph. Daniel Schneider.
Diſp. de Succeſſione feudali teſtamentaria. Ien. 1638. Reſp. Chriſtian Dettleff.
- de Veniae aetatis petitione. Ien. 1638. Reſp. Sigism. Findekeller.
- de Iure Dotium. Ien. 1638. Reſp. Albert. Philipp. von Schlotheim.
Exercitia Iuſtinianea ſ. 16. Diſp. ad IV. Libros Inſtitution. Imperat. Iuſtin. Ien. 4. 1650.
Diſp. de Iure Tutelarum. Ien. 1656. Reſp. Mich. Wiſio.
- de Iurisdictione Eccleſiaſt. pro Lic. Reſp. Ad. Sam. Freyſtein. Ien. 1657.
Diſp. de Compenſatione ſtricte dicta, pro Lic. Nic. Gregorius. 1658.
Comment. ſuper Decretales. Ien. 4. 1662. & 1672.
Disp. de Legitima. 1665.

XLI.

CHRISTOPHORVS PHILIPPVS RICHTERVS

Richteri

MIſſus eſt in hanc vitam xxvi. Aug. A. Chr. MDCII. Patriam habuit *Eisfeldam* in *Franconia*, Patrem *Patria. Parentes.*

M. BALTHASARVM RICHTERVM, ab *Styriano Auſtriae* ſuperioris Paſtoratu vi Ferdinandinae reformationis exulem, & a Serenisſimo Duce *Saxo-Coburgico*, Dn. IOH. CASIMIRO, *Eisfeldae* conſtitutum Superintendentem, vbi cum vxore MARGARETHA, M. CHRISTOPH. HIEMERI filia *Coburgi* A. MDCXXII. mortua honoratam ſenectutem A. MDCVII. tranquille finiit. Adoleſcens noſter e rudimentis pietatis & ſtudiorum humaniorum enitebatur ad amplam ingenii frugem, quam protenus fouit idem, qui patri fuerat propitius Princeps, gratuito victu *Coburgi* praebito, vbi Gymnaſtica ſtudia vrgebantur. Acceſſu vero & Stipendii *Fletnacheriani Ratiſpona*, vnde auiae ortum repetebat, tam feliciter adoleuit, vt XXIV. Octobr. A. O. R. MDCXX. vale publica pro Rutae *Saxonicae* ſalute, oratione, dicto, autore D. IOHANNE SCHADAEO, IC. & Conſiliario Saxo-Coburgico, cognato ſuo, ſe *Ienae* ac ſtudiis altioribus daret. Ibi anno MDCII. Philoſophiae *Baccalaureus* renunciatus, ad Iuſtitiae ſacra tranſitum fecit, habita Diſputatione publica Iuridico-Politica, cui. D. GÜTTICHIVS, poſtea Conſiliarius *Schwartzburgicus* praeſedit. Lue interim peſtilente per vrbem graſſante, *Altdorffium* MDCXXVI. adiit, eidem paribus artibus acceptus. Sed anno MDCXXIX. reducem ICtorum ordo magnificus auſpicio dignitatum ſecutarum mactauit, cum habita

Studia Coburg.

Ienae.

Altdorfi.

ſub

ſub Praeſide ARVMAEO Diſputatione inaugurali de *Contractibus in genere*, *Doctorali* diademate xx. Maii MDCXXX. ornauit eo nobiliore & ominoſo, quod primus inter ſeptenos competitores templo prodierit. *Diſput. inaug. Doctoratus.*

Anno MDCXXXI. Conſiliarium ſuſcepit Domina ERDMVTHA IVLIANA, Comitiſſa *Eberſteinia*, ac tum vidua *Schenckiana*, & A. MDCXXXII. Dominus CHRISTIANVS SCHENCKIVS, *Tautenburgi* Dynaſta, quicum, bello ditionem populante, *Erfurti* aliquandiu vitam perincommodam tolerauit. *Sparta aulica.*

Iena an. MDCXXXII. Curiae ſupremae Aduocatum, & anno MDCXXXVII. *Profeſſorem* Iuris coluit, praeuia Diſputatione *de Interpretatione Contractuum*. Secuta mox Curiae ſuprema Aſſeſſura fuit, & auctario incomparabili *Comitiua Palatina Imp.* FERDINANDI II. indultu III. Nou. A. MDCXLVII. tributa. Anno MDCLIX. in Ordinarii munere D. ERASMO VNGEPAVERO defuncto ſucceſſit. *Academ.*

Rectoratum academiae trinis, *Decanatum* 18. vicibus obiuit. Et illum quidem quod attinet, ab anni MDCXLIII. x. Aug. vsque ad ſequentis anni XV. Febr. nouos ciues LXXVI. Deinde a XXIV. Febr. vsque ad VII. Nou. anni MDCLIV. CCCCXI. inſcripſit. A. MDCXXVII. d. IV. Iun. primam duxit vxorem, virginem CATHARINAM, nobilis viri HENRICI HEINZII, *Erfurtenſis*, filiam, ex qua IOHANNEM CHRISTOPHORVM, & filias aliquot ſuſcepit, omnes *Coniug. prim.* *Liberi.*

morte praematura abreptas. Vna, ANNA MARIA, clades istas pensare visa, coniux anno MDCXLVIII. data Excellentissimo GEORGIO ADAMO STRVVIO, IC. &c. Mortua hac coniuge, MDCLXIX. Richterus coniugium reiterauit cum CLARA, MELCH. HOFMANNI, Salinarum Hallensium Praetoris filia, & DAVIDIS BAMBERGERI, Camerarii Ienensis relicta vidua. Tandem ex cachexia cum vertigine & marasmo senili consumtus exspirauit XXXI. Decemb. A. C. MDCLXXIII. aet. LXXI.

Coniug. posterius.

Mors.

Epitaph.

Epitaphium RICHTERI legitur tale:

HEVS VIATOR,
IACETHEIC VMBRARICHTERI,
QVI TVNC MAXIME COEPIT
VIVERE,
CVM DESIIT.
QVOT ENIM LIBROS, TOT SVI
IMAGINES
RELIQVIT.
QVAE NVNQVAM MVNDVS NISI
CVM SVI
ABOLITIONE ABOLEBIT.
FILIOS LICET NON RELIQVERIT,
POSTEROS TAMEN HABEBIT
INGENII VELVT
HEREDES ET DOCTRINAE
AMPLISSIMAE.

QVOD

QVOD ENIM NATVRA NEGAVIT, DEDIT INDVSTRIA,
VT INGENIO AETERNVS ESSET,
QVI SANGVINE NON POTVIT.
HAERET ITAQVE IN ANIMIS
RICHTERVS,
LICET NON IN OCVLIS
IMAGO
RICHTERI,
ET QVEM HODIEQVE DOCENTEM VIDEMVS,
MORTVVM NVNQVAM
ARBITRAMVR.
SI PLVRA NOSSE CVPIS,
IVDEX FVIT RE NON MINVS
QVAM NOMINE
IVSTISSIMVS.
ET
NE IVRIS NATVRAE REGVLAS
FRANGERET,
NATVRAE CONCESSIT,
DEPOSVITQVE HEIC CORPORIS
EXVVIAS.
VIVIT INTERIM RICHTERVS
SIBI SVISQVE LIBRIS SVPERSTES.
VIVIT ET FAMA FRVITVR,
QVAM MERVIT,
FELICITATE AETERNA,
QVAM QVAESIVIT,
ILICET.

Edita

Edita ſunt ab eo ſcripta ſeqq.

Huberti Giphani Tr. II. de ordine Iudiciorum, quem proceſſum vocant. Ien. 4. 1628.

Diſp. Inaug. de Curatore bonorum. Ien. 1637. Reſp. Ioh. Philippo.

Diſp. pro Loco, de Interpretatione Contractuum. Ien. 1637.

Diſp. Inaug. de Solutione. Ien. 1638. Reſp. Ioh. Chriſtoph. Lobhardberger.

Delineatio ſucceſſionis ab Inteſt. Ien. 12. 1640.

Tr. methodicus de Succ. ab Inteſtato. Ien. 4. 1647.

De Collectis. 1648.

Ad l. vlt. C. de Edicto Adriani toll. Ien. 4. 1649.

Diſp. de Tributis, Reſp. Franc. Iul. Chopio. Ien. 4. 1651.

De literatorum Statu, Iure atque Priuilegiis, in Authent. Habita C. Ne filius pro patre. Ien. 4. 1655.

Tr. de Contractibus.

De Succeſſione Feudi, Reſp. H. Feurberg. 1658.

Expoſitio omnium vt Authenticarum Codici inſertarum. Ien. 4. 1661.

De Transactionibus & Errore Calculi. Ien. 4. 1662.

Progymnaſma Iurid. exhibens Proſcriptiones, Reſp. Aug. Rudloff. Ien. 1662.

De

De vſu conditionis in principalioribus Iuris materiis. Reſp. I. Fr. Georg. 1662.
Diſſert. de furto. Ien. 4.
Centuria variarum Iuris Deciſionum. Ien. f. 1663. 1670.
Inaug. de actione famil. erciſc. 1663. Reſp. Chriſt. Barthold. Struue.
De Dotalitio. Ien. 4. & f.
Diſp. de ſupremo Dominationis Iure, Reſp. Innoc. ab Einſiedel. Ien. 1664.
De aggrauatione delictorum, pro Lic. Chr. Findler. 1664.
Conſilia. Ien. f. 1665. & 1668.
Diſp. de laudatione Auctoris. Ien. 4. 1665. Reſp. Schmied.
De ſignificatione Aduerbiorum, in Iure tam Ciuili, quam Canonico vſitatorum. Ien. 4. 1666.
Diſp. de Iure & Facto, Reſp. Caſelio. Ien. 1666.
De Auſtriacae domus iuribus ac praeeminentia. 1666. Reſp. Sigm. Maximil. Raid.
Inaug. de concurſu actionum. 1666. Reſp. Ioh. Bernhard Schmoller.
Volumen Velitationum Academ. Ien. f. 1667.
Diſp. de Hyperocha ſ. de eo, quod amplius eſt in pignore. Reſp. *Zilling.* Ien. 4. 1668.
Diſp. inaug. de deſertione litis ciuilis, Ien. 4. 1669. Reſp. Zieritz.

Diſp.

Diſp. inaug. de Curſu Publ. Angariis & Parangariis &c. Reſp. Schilter. Ien. 1671.
Diſp. de Braxatione. Ien. 1671.
Diſp. Inaug. de Pallio Epiſcopali, Reſp. Chriſtoph Klee. Ien. 4. 1672.
Diſp. de Placitis Principum. Ien. 1672.
Theſaurus Oratorius nouus. 8.
Lexicon Ethicum.

XLII.

GODOFREDVS FIBIGIVS

Fibigius naſcitur.

VItae huius mortalis vſuram accepit *Vratislauiae Sileſiorum* A.C.MDCXII. d. XIII. Octobr. Pateripſi fuit Vir admodum Reuerendus Dn. *GOTHOFREDVS FIBIGIVS*, ad D. Bernhardi Archidiaconus; mater *ROSINA, IOHANNIS TRAGI*, Theologi de Eccleſia Chriſti in *Sileſia* optime meriti, filia. Ibidem ad verae pietatis cultum a prima infantia educatus, illico laboribus ſcholaſticis implicitus eſt, ſtudiorum quippe primae literaturae primitus directores ſuos habuit domeſticos, poſtmodum publica priuataque ſimul cum aliis informatione vſus eſt M. ELIAE MAIORIS, P. L. Caeſ. & Philologi celebratiſſimi, cui grata mente ſuos in linguis & Philologia profectus Fibigius vnice acceptos ferebat. Iuſſu parentis ſui de ſuaſu & conſilio modo laudati

Educatio.

Informatio.

Prae-

Praeceptoris ſui an. MDCXXX. Calendis Octobris *Lipſiam* ſe contulit, vbi primum M. HIERONYMI RECKLEBENI, P.P (cui commendatus ab Excellentiſſimo ICto. REINHARDO ROSA, *Comite Pal. Caeſ. Sacratiſſimae Caeſ. Mai. & Sereniſſimi Ducis Lignicenſis Conſiliario, Reipubl. Vratisl. Syndico & Ducatus Pro-Cancellario.*) Logico tum Lectorio tum Diſputatorio interfuit Collegio. Claue hic inuenta, ipſa Philoſophiae clauſtra aperire tentauit, ſeſeque in Collegio prius Phyſico tam Lectorio quam Diſputatorio, deinde Metaphyſico exercuit. Cum vero ex re ſua fore iudicaret, ſi ſe ſtudio manciparet Iuridico, periculum primitus in collegio Inſtitutionum, quod poſt propoſitas lectiones ad vſum diſputando reuocabat, Dn. ADAMI TIMAEI, tunc I. V. Doctorandi, conterranei ſui, diſputationem *de Vſucapionibus* & *Praeſcriptionibus* defendendo fecit. Poſt obſidionem Lipſiacam *Ienam* peruenit; Initio vero Inſtitutiones rurſus adgreſſus *VAL. GVIL. FOERSTERI* Diſputationes ſub Praeſidio *D. IACOBI BRINCKMANNI* perluſtrauit, deinde ad altiora progreſſus audiendo, diſputando, alios docendo &c. id fecit, quod exactiſſimi futuri ICti officium requirit. Ibidem quoque induſtriae praemia reportauit, dum non ſolum anno MDCXXXVI. d. XXII. Septembr. dignitatem *Doctoralem* eſt adeptus; ſed etiam in ordinem cum Aduocatorum Curia-

Lipſiam profiſcitur.

Operam dat & Philoſoph. & Iuridicis.

Ienam abit.

Doctor creatur.

Conſtituitur Aduocatus

Curialis, Prof. Iur. Rector. Magnif. Curialium, VI. Sept. anni MDCXXXVII. tum *Professorum* Iuridicorum XXIII. Sept. MDCXL. cooptatus. Accessit & *Rectoratus* academicus, quo functus a XIV. Aug. anni MDCXLV. vsque ad XIX. Feb. anni sequentis CXXI. ciues nouos recepit. Interea etiam, nempe anno MDCXLII. matrimonium iniit *Vxorem ducit.* cum virgine lectissima *CATHARINA, IOHANNIS HOFMANNI*, Praefecti Ienensis & *CATHARINAE BREVNIAE* filia, ex qua filiam, *ANNAM ROSINAM* anno MDCXLIII. die Iouis post Pascha, & *IOHANNEM GOTHOFREDVM* d. XIV. Maii *MDCXLVI.* natum, suscepit. Nihil magis *Moritur.* doluit pia coniux nisi praematurum mariti obitum, qui lethalem morbum XXIII. Maii *A. C. MDCXLVI.* aet. XXXIV. secutus est. De *FIBIGII* huius dexteritate testantur scripta hodie etiam viuentibus grata sequentia:

Collegium actionum Bacchouianum *VIII.* Disput. exhibitum. Ien. 1637. & 1638.

Eiusdemque *ἐπίδοσις*. Ien. 1638.

De Homicidio. Ien. 1638. Resp. Ioh. Richard. Luckner.

Disp. de Iure venandi, aucupandi & piscandi. Ien. 1638. Resp. Gothofred. Schaeffer.

Decuria gemina quaestionum de Testamentis. 1639. Resp. Nicolaus Doerffel.

De Thesauris eorumque Iure. Ien. 1639. Resp. Tobia Staude.

Ele-

Digitized by Google

Electa iuris publici Romano-Germanici. Ien. 1640. Lipſ. 4. Erffurti, 4. 1647.
Diſp. eius pro Loco, de Confuſione Obligationum, 1640. quae extat in Faſcic. Diſſert. legal. ab Ahasu. Fritſchio editarum.
Semicentur. Quaeſt. Miſcell. Ien.
Proceſſus, ſtylo noſtrorum temporum accommodatus. Lipſ. 4. 1659. 1668. 1675.
Collegium Legale. Ien. 12. 1663.
Vindiciae pro Franzkio & Q q. in Pandectas. Ien. 12. 1663.

XLIII.

ANDREAS Ramdohr

Ramdohr naſcitur.

A *Scherslebii* natus II. April. A. O. R. MDCXIII. Patrem habuit *IOACHIMVM*, Senatorem & Aedilem; matrem ARMGARTIM EBERTS. Cum in ſchola patria ſtudiorum fundamenta ſub diſciplina Rectoris *IACOBI WITTII* poſuiſſet, miſſus a parentibus in ſcholam *Quedlinburgenſem*, & triennio Rectoris, M. Ioh. Praetorii, informatione vſus, non modo Logicam, Rhetoricam, Ethicam & Arithmeticam didicit; ſed etiam in linguis Hebraea, Graeca & Latina eos fecit profectus, vt aliquot orationes in linguis diuerſis cum laude habuerit.

Informatur in ſchola patria. Quedlinburg.

Anno *MDCXXXIII.* ad Vniuerſitatem *Ienenſem* progreſſus, cum Curſum Philoſophi-

Ienae.

cum feliciter absoluisset, studium Iuridicum amplexus, Professorum Publicorum D. VALENTINI RIEMERI, D. ERASMI VNGEPAVERI, D. ANDREAE GERHARDI, D. GOTHOFREDI FIBIGII & ZACHARIAE PRÜSCHENCKII Lectiones & Disputationes publicas ac priuatas sedulus audiuit, sub iisdemque Disputationes aliquot proprio Marte elaboratas publice defendit. Anno *MDCXXXV.* adolescentibus nobilibus, CHRISTIANO GÜNTHERO & ALBERTO PHILIPPO SCHLOTHEMIIS, tunc *Ienae* studiosis, informator datus est. Anno *MDCXXXVIII.* Facultatis Iuridicae consensu diuersa collegia disputatoria priuatim aperuit. Anno *MDCXLI. Ienae I. V. Doctor* cum laude creatus, & insequente P. P. in *matricula* ICtorum, in secundo D. CHRISTOPH. PHIL. RICHTERI Decanatu A. C. *MDCXLII.* V. Ian. ita inscriptus legitur: *Ex singulari mandato Illustriss. atque Excelsiss. Ducum Sax. I. C. ac M. vtriusque Lineae, Dominorum nostrorum Clementiss. Vir Excellentissimus atque Consultissimus D. A. R. A. S. V. I. D. Professor Iuris Extraordinarius, Curiae Prouincialis Aduocatus, in Collegium Facultatis Iuridicae & Scabinatus, tanquam Adiunctus, receptus & assumtus est.* Anno *MDCXLIII.* II. Iul. *Ienа* ad Syndicatum *Brunsuicensem* a Senatu vocatus, *Brunopolin* abiit, habita Disputatione valedictoria *de Syndicis.* A. *MDCXLVII.*

Disputat.

Informat.

Doctor creatur.

Fit Prof. Iur.

Brunsuig. abit.

XII.

XII. Octobr. *Hamburgi* nuptias celebrauit cum virgine DOROTHEA, Domini ALBERTI SCHVLTENII filia, ex qua filium ALBERTVM ANDREAM, cum filiabus ANNA DOROTHEA, SOPHIA ELISABETHA & CATHARINA ARMGARTI reliquit ſuperſtites. Anno *MDCXLIX.* poſt obitum IOH. CAMMANNI, Iuris Doctoris, Syndicus ſupremus *Brunſuigae* declaratus eſt, in quo munere vitam finiit. Interea XXVI. Legationes ad Regem *Sueciae* aliosque Magnates, Reip. *Brunſuicenſis* nomine fideliter obiuit. Catharrhis tandem frequentibus afflictus, viribus conſumtis, viuere deſiit XXII. Iulii A. C. MDCLVI. aet. XLIII.

Matrimonium.

Liberi.

Syndicus ſupremus Conſtituitur.

Moritur.

Scripſit:

Diſp. de Syndicis. Ien. 1643.
- de Decimis. 1641.

XLIV.

RVDOLPHVS WILHELMVS Krauß

HAnc in lucem prodiit *Numburgi* anno Chriſti MDCXII. menſis Aprilis VIII. die, patre PETRO Krauß/ Med. Doctore experientiſſimo, Phyſico apud Numburgenſes ordinario & Conſule, ex antiqua Cruſiorum familia anno MDLXXV. progenito: Matre vero BARBARA, Dn. SIXTI Braunß/ uf Groſſen-Jehna/ ICti &

Krauſſius natſcitur.

Eius parentes.

Consulis Numburgensis primarii (cui propter praeclara virtutum merita Imperatoria Maiestas *Nobilitatis* insignia atque priuilegia *A. C. MDCXXIII.* clementissime contulit) filia. Nactus erat bonam indolem, vnde Praeceptorum, quos intra priuatos parietes, & publice in schola patria habuit, diligenti *Informatur.* informatione eo perductus est, vt anno *MDCXXIX.* vna cum fratre suo natu maiore, *M. IOH. SIXTO*, post Pastore in Loitsch/ *Ienam mittitur.* in *Salanam* ablegatus fuerit, vbi postquam Philosophiae fundamenta probe iecit, ad Iu- *Iurispr. operam dat.* risprudentiam animum applicuit, in qua tantos fecit progressus, vt ipse *de Testamentis* Disputationem conscripserit, quam tamen propter inopinatum suum abitum publice habere non potuit. Nam *Iena* A. MDCXXXII. *Wittemb. abit.* relicta *Wittembergam* se contulit, vbi studium Iuris bene coeptum per triennium debita diligentia continuauit, lectiones publicas *Collegia frequentat.* frequentauit, Collegiisque variis, nempe *Wesenbeciano*, *Haenoniano*, *Treutleriano*, *Bacchouiano* & aliis interfuit. Publice vero Praeside *D. HENNINGO* Grossen/ I. V. D. & P. P. de *Tutela & Cura*, *Furto & Rapina*, *Postulando & Infamia*, *Procuratoribus & Defensoribus*, *Negotiis gestis & Calumniatoribus*, *Pignoribus & Hypothecis &c.* non sine laude disputauit. Anno MDCXXXV. *Ienam redit.* *Ienam* rediit, eum praecipue in finem vt exantlatorum laborum ab Illustri ICtorum Colle-

gio

gio peteret praemium: verum propositum hoc & pestis, quae tunc temporis ibi grassabatur, & militaris impetus, ob quem etiam sese domum conferre coactus fuit, remoratus est. Per illud vero tempus, quo in patria vixit, praxi operam nauauit vsque ad ann. MDCXXXVIII. cuius xv. Nou. Ienae *I.V. Doctoris* honores & priuilegia legitime est consecutus. Ab eo tempore Electorali Episcopatus Numburgensis Regimini Saxonico non solum ita innotuit, vt ab eodem rebus magni momenti expediendis admoueretur: Sed & alibi singularis eius ἀκρίβεια ac δεινότης inclaruit, sic vt *Magdeburgensium Canonicorum* Cathedrale Collegium maius, itemque nobilis vrbs *Lusatiae Budissina* ipsum expeterent *Syndicum*, ac porro anno MDCXL. *Mersburgensis* Dioeceseos Senator *Consiliarius* designaretur. His tamen omnibus non sine Numine praetulit locum Aduocati ordinarii in Curia Prouinciali Sax. quae est *Ienae*, atque id muneris anno MDCXLI. aggressus, non ad compositiones amicabiles; sed ad actiones forenses statim est adhibitus. Anno MDCXLIII. d. IV. Aug. in *Senatum Academicum*, ac deinceps in Facultatem, Scabinatum, Curiam Prouincialem, Senator, Antecessor atque Assessor receptus est. Hanc spartam magna cum laude nactus, non modo sedulo fecit officium publicis priuatisque praelectionibus; sed & honorificas cum Ordinum

Domum reuertitur.

Doctor creatur.

Syndicatus ei offertur.

Aduocat. Curiae Prou. Ien.

Fit Prof. Iuris, Scab. &c.

dinum Prouincialium tum academiae nomine legationes obiuit, ac in Comitiis Prouincialibus *Vinarienſibus* altera vice Directorem egit. Interea etiam *Numburgenſe* Cathedrale Collegium Potentiſſimo Saxoniae Electori, *IOHANNI GEORGIO I.* de meliori eum nota commendauit, eoque perfecit, vt ſplendidum *Cancellarii Saxo-Cizenſis* munus eidem offerretur. Vix illud modeſte declinauerat, cum anno MDCXLV. a Sereniſſimo Sax. Duce, *WILHELMO in conſilium aulicum ac Iuridiciale* cooptaretur, magnisque rebus gerendis adhiberetur. Ab exordio grauiſſimi huius muneris ad annum vsque MDCLX. plusquam tricies varia Circuli prouincialia aliaque Comitia prudentia ſua ornauit atque illuſtrauit: ad tot illuſtres nuptias, actus baptiſmales ac iuſta funebria legatus iuit. A. MDCLVIII. Princeps laudatus ab obitu *SAMVELIS GOECHHVSII*, ſupremam *Cancellarii* ac Proto-Synedrii Praefidis dignitatem vna cum *intimi Conſiliarii* elogio eidem contulit. Anno MDCLX. menſe Mart. legatus *Viennam* iuit, inueſtituram regalium feudorum Saxonicorum a Caeſare expeturus, quam legationem felici cum ſucceſſu expediuit. Legatio etiam *Ratisponenſis* ad Comitia Imperii fuiſſet ſecuta, niſi Optimi Patriae Patris obitus has rationes turbaſſet. Neque tamen fatum Principis ſplendorem Cancellarii imminuit; ſed Sereniſſimi filii

Legationes obit.

Director in Comit. Prou.

Cancell. offertur.

Fit Conſil. aulicus Vinar.

Saepius ablegatur.

Cancell. Praeſes Protoſynedr. & Conſil. intim.

Viennam legatus.

ſartum

sartum hunc tectum eidem conseruarunt. Tum vero per nouas plurimasque legationes, quas Cancellario demandarunt, satis superque demonstrarunt, quam gratum sibi eius esset ministerium. Insignes quoque dotes in hoc viro admirati sunt complures Germaniae nostrae Magnates, & in his *IOH. PHILIPPVS MOGVNTINVS & IOH. GEORG. II. Saxoniae Electores Augustus Saxo, ERNESTVS PIVS, Dux Sax. &c.* Ab excessu quidem *FRIDERICI WILHELMI III.* qui lineam *Saxo-Altenburgicam* acerba morte finiebat, triga Serenissimorum Fratrum, IOH. ERNESTVS, IOH. GEORGIVS & BERNHARDVS, aliam regiminis formam capessebat, eoque, perinde ac alii Collegarum, Cancellarius communi illo ministerio solutus est. Verum dum mox secretius aliud consilium efformabatur, quod tripartiti Ducatus Imperialia, Circularia, Academica, aliaque negotia intimiora procuraret, eiusdem Praeses ac Director constitutus, per integrum, & quod excurrit, decennium officium suum in eo fecit strenue. Postquam tamen ab excessu IOHANNIS ERNESTI Ducis, secretioris huius consilii supremum regimen in IOH. GEORGII Ducis manus deuenit, nec commodum erat Viro laboribus ac senio non parum iam confecto, *Isenacum* concedere, honestam missionem humillime eflagitans, cum magno rerum bene gestarum

Gratus Principibus.

Denuo Praeses & Director constituitur.

scripto elogio, itemque luculento salario, perennaturae Dominorum gratiae indice, eandem impetrauit, adeoque illibatum intimioris Consiliarii ac Cancellarii decus sepulchro intulit. A publicorum Viri munerum consideratione ad domestica eius nos conuertimus. Prima coniux erat lectissima MARIA, PANCRATII WOLFFII, Consulis Numburgensis primarii, filia, quae in manus eius venit XVII. Sept. A. MDCXXXIX. cum qua per annos XLII. sine querela vixit. Suscepit autem ex illa decem liberos, quorum tamen VII. patri in coelestem patriam viam quasi strauerunt. Superstites autem manserunt tres filii, vt nominis; ita quoque virtutum *Crausianarum* ex asse haeredes: PETRVS nempe PANCRATIVS, vtriusque Iuris Doct. & Syndicus Vinar. anno MDCXCIII. ibidem denatus. RVDOLPHVS WILHELMVS, Philos. & Medic. Doctor experientissimus, & in academia Ienensi Professor P. excellentissimus, amplissimae Facultatis Medicae Senior grauissimus: ac IVSTINVS THEODORVS, I. V. D. & Saxo-Vinariensis aulae Advocatus Ordinarius. Postquam autem optima vxor XVIII. Sept. MDCLXXXI. eidem erepta, nec viduum oeconomica admitterent torum, anno seq. ad altera vota transiens, domum duxit SVSANNAM CATHARINAM, PAVLI ZIEGLERI, ciuis ac mercatoris Ilmensis, filiam, suae

Etiam emeritus gratia Dominorum fruitur.

Vxorem ducit.

Filii eius.

Moritur coniux.

Ad altera vota transit.

sene-

senectutis fulcimentum, Virtutum Viri princeps fuit pietas, quam inter alia testatur iugis bibliorum sacrorum, eaque ab anni MDCXXXVI. propemodum septuagies a capite ad calcem repetita lectio; legatum in honorem SS. Trinitatis MDCLXI. scriptum; stipendium aliquot studiosis in academia Ienensi bene viuentibus decretum. Quid dicemus de iustitiae & aequitatis studio, de patienti per varia aduersa animo, praesertim in suorum morte ac denique in extremi morbi grauitate? atque vt ad illum, ipsamque vitae catastrophen veniamus, mense Sept. anni MDCLXXXVII. affligere ambas manus coepit humor quidam scorbuticus, exquisitos dolores ac molestas excitans vigilias: quo tamen Medicorum ipsiusque Filii experientissimi ope magnam partem dispulso, valetudinis recuperandae non modica spes affulgebat. At haec decollare coepit, cum mense Nou. tremor artuum cum aliquali frigore, vt & lipothymia per vices intermittens, ac denique contumax alui tarditas accederent. Nam haec symptomata vti eiborum fastidium creauerant: ita corpus senile magis magisque exhauserunt, atque ipsam interdum loquelam perdifficilem reddiderunt. Quare sacris adhibitis, animae consuluit optime, quam etiam Vinariae anno MDCLXXXIX. die x. Ian. hora, qua quondam natus, tertia matutina Deo reddidit,

Virtutes Crausii.

Pietas.

Beneficentia.

Aequitas.

Ipsius morbus.

Obitus. poſtquam annorum LXXVI. & nouem prope menſium circulum expleuiſſet. Edidit:

Diſp. de Iure Emphiteuticario. 1645.

- *de defenſione neceſſaria, Reſp. Georg. Fr. Nagel. Ien. 1645.*

Et quaedam alia.

XLV.

IOH. CASP. VNRATH.

Vnrath. TAnti viri cognomen nihil ominatum eſſe mali, ex euentu ſatis colligi poteſt. *Vnrath* enim dicitur per Antiphraſin quaſi minime Vnrath ſiue Wohlrath, vir bene conſulens. Bene autem conſuluit toti Reipublicae literariae, cum enim *Schoenauiae*, Principali in Comitatu *Hennebergico* oppido anno Chriſti MDCVIII. d. xv. Sept. natus, ingenio eſſet praeſtantiſſimo, diligentia autem indefeſſa; linguarum cognitionem & eruditionem iuridicam raram eſt adeptus, ita, vt illuſtris Facultas Iuridica, quae Altdorfi tum florebat, ſummum *vtriusque Iuris gradum* & honorem illi tribuere non dubitauerit. Et quoniam fama eius virtutis & eruditionis indies creſcebat, in academia *Salana*, quo A. O. R. MDCXXLVI. ſe conferebat, in numerũ cum *Profeſſorum* Publ. d. I. Iunii, Aſſeſſorum Curialium d. XIX. Sept. eſt receptus. Ne autem

Qua ratione ſic dictus ſit.

Naſcitur.

Eius ingenium & ſtudia.

Doctor creatur.

Conſit. Prof. P. Aſſeſſor Curiae Prouinc.

tem legum saltem cultoribus bene consuleret, sed & tota ciuitas hac felicitate frueretur anno MDCXLVIII. a XVIII. Febr. vsque ad XVII. Aug. vnanimi Senatus academici consensu, & omnium bonorum aplausu *fasces academiae* administrauit, ac CXCI. nouos ciues ecepit. Aliis autem inseruiendo ipse est consumtus, ita vt d. IV. Iuuii MDCL. diem supremum obiuerit. Scripsit:

Disp. Inaug. de Iure Subiectionis, Resp. Ioh. Christ. Tenzel.

De Tutela Electorali Testamentaria, Resp. Mart. Heideo.

De Fide Instrumentorum. Altdorf. *pro Gradu. 1638.*

De Attentatorum remedio. 1648.

XLVI.

GEORGIVS ADAMVS STRVVIVS,

Struuius nascitur.

INterpres diuinarum humanarumque legum, vt & iustitiae antistes eminentissimus, vitae theatrum ingressus est A.O. R. MDCXIX. *Magdeburgi*, natus Patre Viro nobilissimo, BARTHOLDO STRVVIO, Haereditario in *VVanzleben*, ICto & Consiliario archi-episcopali Magdeburgico, Iurisdictioni & rebus molendinariis Praefecto: Matre vero MARGARETHA BRVNNERIA, e clarissima FOMANNORVM familia

lia oriunda. Iactis apud ſuos pietatis ac literarum fundamentis, vix undecim annorum puer *Sleuſingam* mittebatur; in celebri, quod ibi eſt, Gymnaſio, inque ſinu & contubernio cognatorum ſub clariſſimo ANDREA REYHERO ad humanitatem fingendus. Exactis ibidem ſex quaſi annis, in academiam *Ienenſem* ſe contulit, motus fama docentium, & inprimis celeberrimi Iureconſulti, ORTOLPHI FOMANNI; qui ordinabat prudenter cariſſimi ſibi capitis ſtudia, & incenſum ac flagrantem animum ſolida doctrina praeceptisque inſtruebat. Ibi mature diſcendo procedebat, vt Praeſide IOH. MICH. DILHERRO, *Norimbergenſium* poſtea Theologo clariſſimo, elucubratam *ae Victoria & Clade* diſſertationem cum laude tueretur. Rectum, quod Ienae inſtiterat iter, in illuſtri *Iulia* academia feliciter eſt perſecutus, vbi etiam ab excellentiſſimo Viro, CONRADO HORNEIO, in conuictum receptus, egregia breui tempore profectuum edidit documenta. Hinc & conſultiſſimo Iuris anteceſſori, HENRICO HAHNIO, & inclyto viro HERMANNO CONRINGIO tam placebat vehementer, vt in exemplum aliis oſtentaretur, alterque vicaria eiusdem opera in dictandis ad *VVeſenbecii* Paratitla obſeruationibus vteretur. Sequebantur merito tantam ſollertiam ſummi honores & alia praemia, ad quae auſpicali diſſertatione *de Vindicta*

Sleuſing mittitur.

Ienam ſe confert.

Diſputat.

Helmſt. ſtudet.

Diſputat pro gradu.

dicta priuata viam sibi muniens, paucos post menses *Hallam* Saxonum evocabatur, *Assessoris in Scabinatu* munus susceperus. Vix annuo spatio vires ingenii toti Collegio dederat probatum, quum repente suffragantibus Lycei Ienensis Patribus & Serenissimorum auspiciis Principum *Ienam* accerseretur, diuino consilio electus, qui non solis fori litigiis vacaret: sed vt literarum quoque pubem plano ad Iuris scientiam tramite ductum iret. Vocatione igitur accepta anno MDCXLVI. in locum GOTHOFREDI FIBIGII, ICti fuit suffectus, atque in *Professorum* numerum receptus dissertatione d. XII. Dec. de *priuatis aedificiis* pro loco obtinendo habita, in Scabinatum vero mense Ianuario subsequentis anni XLVII. & mense Iunio anni XLVIII. solenni more in numerum Assessorum Curiae Prouincialis Saxonicae cooptatus. Tanta sane fide, tanto studio & successu tum voce tum calamo partibus suis fuit perfunctus, vt magna hinc *Struuiani* nominis aestimatio passim sit nata, quare etiam anno MDCLXI. in consilium aduocabatur ab inclyta *Brunouicensium* Republica, quam quoque per aliquot annos vel praesens vel scriptis magnopere adiuuit. Anno MDCLXVII. translatus in aulam *Vinariensem*, & illustri *Consiliariorum* ordini adscriptus, itemque *Cameralium* rerum summae Praefectus; Ad extremum *secretioribus* etiam Serenissimae domus

Halam vocatur.

Ienam abit.

In Professor. num. recipitur.

Disputat pro loco.

Assessor Curiae Prouinc.

Brunouicensibus consulit.

Vinariae Consil. & Cameae Praefect.

Consil. intimus. domus *consiliis* adhibitus; eam dignitatem ac munia aliquot per annos strenue sustinuit, donec euocato ad beatorum sedes Praeside Collegiorum in Salana Iuridicorum Ordinario, *Richtero succedit.* CHRISTOPHORO PHILIPPO RICHTERO, successor eidem daretur. Procedentibus annis noua adhuc molestissimaque sparta est grauatus, illustris *tutelaris* apud Ienenses *Senatus* & *sacri Consistorii Praeses* creatus: ac Serenissimi Principis ac Landgrauii *Hasso-Darmst. Consil. intimus.* *Hasso-Darmstadiensis Consiliariorum intimis* adiunctus. Ordinarii interim officio, arduo sane, ad vltimum vsque vitae diem impigre est functus, nec minus studiosae pubi semper adfuit, tametsi a professoria sparta vacationem aliquandiu impetrasset. Interea *Est Rector. Decanus. Prabenta.* *Rectoris* vices bis, nempe anno MDCL. & MDCLVI. *Decani* quater & decies; Brabeutae vero quinquies gesit. Eiuscemodi vero inuolutus occupationibus, quo securior de domesticis negotiis esset: matrimonio sibi iunxit *Vxorem ducit.* ANNAM MARIAM RICHTERIAM, lectissimam virginem, laudati modo celeberrimi ICti filiam vnicam, in quo coniugio concordi XIV. annorum spatio, VII. filiorum & vnius filiae pater factus est: ex filiis hodie non nisi vnicus est superstes, nempe vir excellentissimus, IO. GVILIELMVS, aulae *Arnstadiensis* Consiliarius; reliquos GEORG. CHRISTOPHORVM Altdorfi, in castris Musarum, IOH. PHILIPPVM, Med. *D. BERN-*

Digitized by Google

BERNHARDVM infantulum, *IO. CHRISTIANVM* ſemeſtrem, *IO. ERNESTVM* nec non *FRIDERICVM AVGVSTVM*, auiti praedii in *Lobeda* haeredem & poſſeſſorem, ac filiolam *ANNAM CATHARINAM*, primo aetatis anno properum fatum abſumſit. *Moritur tori ſocia.* Haec autem fidiſſima coniux cum annis XIV. elapſis, ex humanis abiiſſet ad plures: re familiari ſic poſtulante Noſter anno MDCLXIII. Calendis Sept. matrimonii foedere ſibi iunxit virginem genere, opibus, ingenio ac virtute non minus quam forma praecellentem, SVSANNAM BERLICHIAM, Viri Magnifici, BVRCARDI BERLICHII, Haereditarii in *VVegfart* & *VValtersdorff*, ICti & Conſiliarii Electoralis Saxonici excellentiſſimi, generoſam ſobolem. *Tranſit ad ſecunda vota.* Per XXX. autem annos mutuo ſe adamantes, XVII. amoris pignora viderunt, ſeptem nimirum filios, ADAMVM GOTTLIEBVM, praematura morte defunctum, GEORGIVM GOTTLOBVM, Iurium Licentiatum &c. BVRCARDVM GOTTHELF, Virum Excellentiſſimum & Conſultiſſimum, I. V. Doctorem, academiae Ienenſis Profeſſorum Publ. celeberrimum, Patronum meum honoratiſſimum, cuius conſilio huic opusculo inſigne acceſſiſſe incrementum fateor, & grato praedico animo. WERTHOLDVM GOTTFRIEDVM, in aetatis flore fato oppreſſum. FRIDERICVM GOTTLIEBVM, hodie I. V. Doct. ADAMVM IONATHAN, tenera *Liberi ex hac ſuſcepti.*

nera adhuc aetate iterum demortuum. ERNESTVM GOTTHOLDVM, Medic. C. Filias vero DOROTHEAM SVSANNAM, Viro Conſultiſſ. AVGVSTO FRIDER. WERNECCIO, Dicaſterii Halenſis Aſſeſſori atque in Ducatu Magdeburgenſi Archiuario nuptam. MARGARETHAM BARBARAM, Coniugem conſultiſſimi Viri, HENRICI ERNESTI FLOERCKII, Iuris vtriusque Doctoris, nunc beatam. EVAM CHRISTINAM & SOPHIAM CARITATEM poſt paucos dies iterum denatas. Reliquae ſex vel praecoci partu vel in vtero iam demortuae in lucem prognatae. Poſſent quidem de STRVVII noſtri vita factisque etiam poſt pia fata praedicandis plura addi, & laudibus, queis digna, efferri: Cum vero haec praeſtiterit Programma funebre, quod Beati filius laudatiſſimus, BVRCARDVS GOTTHELF, cum prolixa & vitae & ſcriptorum recenſione typis denuo exſcribi curauit: iam ad finem properamus. Annus agebatur MDCXCII. cuius decimo quinto Decembris praeſens cum conſultantibus Collegis agens derepente fatiſcere coepit, donec deductus ad ſuos, poſtquam & medicus in auxilium vocaretur, & eccleſiae antiſtes ſacra euchariſtia moribundum quidem, ſed clara voce peccata confitentem, confirmaſſet, circa horam quartam matutinam placide ac lenitet vita hac excesſit, annis tribus & ſeptuaginta maior,

In morbum incidit.

Obit.

Digitized by Google

maior, ſeptem & quadraginta liberorum aut pater aut auus. Scripta, quae ad omnem vsque poſteritatem manſura reliquit, ſunt: *Scripta.*

Syntagma Iuris Feudalis 1653. primum editum, poſt ſaepius recuſum.
Syntagma Iuris Ciuilis. 1658. 1672.
Euolutiones ad Iuris Ciuilis Syntagma accommodatae. 1669. 1696.
Gothofredi Immo. Francof. 4. 1695.
Ius ſacrum Iuſtinianeum. Ien. 1668.
Comment. ad L. 5. Decret. de Delictis. ibid. 1691.
Iurisprudentia germanico idiomate ab ipſius filio Io. VVilh. edita 8. 1682. 1696.

Diſputationes.

De Victoria & Clade, Praeſide *Dilherro.* 1638.
De Damnis. 1642. Praeſ. *Hahnio.*
De Ducibus & Comitibus Imperii German. Praeſ. *Conring.* 1643.
De vindicta priuata. Inaug. Ien. 1645. 1670.
De aedificiis priuatis, pro loco. 1646.
De ſucceſſore obligato vel libero. Reſp. *Io. Frid. Sueſero,* pro Licent. 1648.
Ad l. Si vnquam de reuocandis donationibus. Reſp. *Chriſtoph. Pirner.* 1649.
Sciagraphia Iuris feudalis. Reſp. *Io. Laur. Goſman.* 1650.
De Iure ſiſtendi ſ. de arreſtis. Reſp. *Georg. Frid. Nagel.* 1651.

De foro ſeculari & eccleſiaſt. Reſp. *Dan. Lüders.* 1651.

De Cautionibus. Reſp. *Io. Georg. Herold.* 1652.

De libertate naturaliter reſtricta, Reſp. *Heberl.*, 1652.

De Iudic. *Chilian Engelbrecht.* 1653.

De Iure retentionis, Reſp. *Io. Tappe.* 1653.

De lenitate iudicis in poenis irrogandis obſeruanda, pro Licent. Reſp. *Frid. Kühn.* 1654.

De Optione, Reſp. *Ahasu. Fritſch.* 1654.

De Errore, Reſp. *Io. Biedermann.* 1654.

Enodatio controuerſiarum ex Inſtitutis, Reſp. *Adolph*, von der Kühla. 1655.

De Iure repraeſentationis, Reſp. *Io. Chriſtoph Herold* pro Licentia. 1655.

De Anatociſmo, Reſp. *Henning Pape.* 1655.

De Executione, Reſp. *Iuſt. Henr. Vbbelode.* 1655.

De Operis & Seruitiis Ruſticorum, Reſp. *Vit. Ludou. Goeckel.* 1656.

De fidei Commisſis Vniuerſalibus, Reſp. *Io. Georg. Aumhammer.* 1657.

De emtione, venditione, Reſp. *Io. Henr.* Plumecke. 1657.

De Iniuriis verbalibus, Reſp. *Io. Georg. Gaſtel.* 1657.

De locatione, conductione, Reſp. *Chriſtian Thum.* 1657.

De

De ſuperioritate Principum. Reſp. *Rudolph Heiden.* 1657.

De interdictis in genere & in ſpecie, de interdictis retinendae poſſeſſionis &c. Reſp. *Henr. Conringk.* 1657.

De dolo & culpa pro Licentia, Reſp. *Paul Blumberg.* 1658.

De interdicto vnde vi, pro Licentia *Chriſtian Valent. Sorge.* 1658.

De teſtamentis priuilegiatis, Reſp. *Iuſtin. Engelb. Hoyer.* 1658.

De Vſufructu, Reſp. *Io. Adolph. Riemer.* 1658.

De Fluminibus, Reſp. *Henr.* ab *Einſiedel.* 1659.

De natura Obligationum, pro Lic. *Frid. Born.* 1659.

Trecentae Dd. Controuerſiae ad IV. priores π libros, pro Lic. Reſp. *Io. Bapt. Ritter.* 1659.

De diuiſionis exceptione, Reſp.. *Io. Caſpar. Hummel.* 1659.

De mutuo, Reſp. *Nic. Rademia.* 1659.

De ſponſalibus. Reſp. *Henr. Gothofr. Gundelfinger.* 1660.

De iure adgratiandi, Reſp. *Adam Cortreius.* 1660.

De Conceſsione exſpectatiuae, pro Licent. Reſp. eod. 1660.

Grotii enucleati Diſputatio, Reſp. *Chriſtoph Guil.* von *Tuppan.* 1660.

De Teſtamento militis, Reſp. *Io. Conr. Bittner.* 1661.

De communi Dd. opinione, pro Lic. Reſp. *Georg. Hoeiing.* 1661.

De Praeſidio neceſſitatis contra legem, pro Lic. Reſp. *Abasu. Fritſch.* 1661.

De Patientia, Reſp. *Henr. Balthaſ. Roth.* 1661.

De negatiua actione, Reſp. *Georg. Seidelius.* 1662.

De Cambiis, Reſp. *Dauid Freisleben.* 1662.

De Iure emponematum, Reſp. *Frid. Imm. Heffiler.* 1662.

De Iure Eccleſiarum, Reſp. *Dan. Biſchoff.* 1662.

De Dominio, pro Licent. Reſp. *Caſp. Andr. Gribius.* 1662.

De Heergewetta Saxonica, Reſp. *Dau. Hubler.* 1662.

De Iurisdictione, pro Licent. Reſp. *Henr. Gottf. Gund-ſinger.* 1662.

De accreſcente legato, Reſp. *Frid. Gotter.* 1662.

De breui & longa manu, Reſp. *Georg. Kampe.* eod.

De Morte, Reſp. *Zach. Doering.* eod.

De Spe, pro Licent. Reſp. *Io. Caſp. Hummel.* eod.

De tranſactionibus, Reſp. *Herm. Stackerian.* eod.

Iura

Iura viae regalis, Reſp. *Io. Georg. Frantz.* eod.

De Iure paſcendi, Reſp. *Io. Henr. a Franckenberg* 1662.

De neceſſaria defenſione, Reſp. *Georg Kable.* 1663.

De muto & ſurdo, Reſp. *Io. Müller.* 1663.

De Poenitentia & voluntatis mutatione, pro Lic. Reſp. *Henr. Balth. Roth.* eod.

De abſentia, Reſp. *Andr. Wolff.* 1664.

De rerum communione, Reſp. *Ernſt Sigism. Schildbach.* eod.

De facultate vtendi rebus alienis in caſu vrgentiſſimae neceſſitatis, Reſp. *Fr. VVilh. Krull.* eod.

De euictionibus, pro Lic. Reſp. *Io. Gelpke.* eod.

De notariis ſ. tabellionibus, Reſp. *Io. Aug. Beuther.* eod.

De iuribus ac priuilegiis ſenectutis, Reſp. *Gottfr. VVildt.* eod.

De natura & priuilegiis dotinm, pro Lic. Reſp. *Io. Henr. Bauer.* 1665.

De Raptu, Reſp *Io. Balth. Himmel.* - -

De conceſsione ſalinarum Hallenſium, Reſp. *Chriſt. Henr. Ellenberger.* - -

De officio iudicis, Reſp. *Martin. Alberti.* eod.

De aquae ductibus, Reſp. *Georg. Sigism. Richter.* 1666.

De Iure colonario, Reſp. *Alb. Lud. ab Harleſſen.* eod.

De Characteribus ſtatus Romano-Germanici imperii, pro Lic. *Io. Chriſt. Schindler.* 1666.

De Iurisdict. Reſp. *Io. Timaeus.* eod.

De Societate, Reſp. *Io. VVolff. Roſenfeld.* eod.

De flebili ceſſionis adiutorio, Reſp. *Pet. Danaeus.* eod.

De lucro, Reſp. *Sigism. Maxim. Raidius.* eod.

De indiciis & proba per aquam, Reſp. *Io. Chriſtoph Nehring.* eod.

De pactis renunciatiuis, Reſp. *Burc. Henr. Tilemann.* eod.

De actionibus in rem ſcriptis, Reſp. *Georg. Chriſtoph Chriſt.* eod.

De actibus & contractibus correſpectiuis, Reſp. *Georg. Frid. Schaller.* -

De Conſenſu, Reſp. *Conr. Mitgau.* -

Controuerſiarum feudalium decades quaternae, Reſp. *Fridr. Aug. a VVittdorff.* 1667.

De Schrifftſaſſiis, pro Licent. *Andr. Frauendorff.* eod.

De ſimulatis contractibus, Reſp. *Chriſtoph Stock.* eod.

De Conſuetudinibus rationalibus & irrationalibus, Reſp. *Theod Meerbach.* eod.

De L. Commiſſoria in venditionibus, Reſp. *Chriſtoph Lange.* eod.

De

De adquisitione originaria, Resp. *Henning. Iacobi.* 1667.

De damnis inuitis ex ignorantia, Resp. *Iustin Eckhard Motz.* 1674.

De Dispensationibus, pro Lic. Resp. *Io. Iacobs.* eod.

De iure arresti, Resp. *Christoph Sexfart.* 1675.

De Conclusione in causa, Resp. *Io. Matht. Biler.* eod.

De Iure Sigillorum, pro Lic. Resp. *Io. a Lith.* eod.

De Iure Parochiali, Resp. *Georg. Ludou. Christian Eichhorn.* eod.

De delationibus, Resp. *Dan. Vrsin.* -

De executione in effigie, Resp. *Io. Frid. Gerhard.* eod.

De Venere illicita, Resp. *Io. Krug.* -

De vestitu Ciuium, Resp. *Io. Osterloh.* eod.

De Paulliana, pro Lic. Resp. *Io. Hartm. Scheibler.* eod.

De iure alienandi illustri, Resp. *Ludolph ab Aluensleben.* eod.

De Cancellario Principis, Resp. *Io. Chr.* von Stein.

De iure, aequitate & interpretatione iuris, Resp. *Chr. Ehrenf. Nicolai.* 1676.

De liberis S. R. I. ciuitatibus, pro Lic. Resp. *Io. Ioach. Gewandschneider.* eod.

De aerario militari, Resp. *Frid. VVilh. Leidenfrost.* 1676.

De muribus eorumque damnis, Resp. *Christian Krüger.* eod.

De talione, Resp. *Io. Ernesto Bahn.*

De emphyteusi, Resp. *Gottfr. Leinecke.* eod.

De rebus merae facultatis, pro Lic. Resp. *Georg. Sigism. Richter.* eod.

De mensuris & ponderibus, Resp. *Tilem. Waldeck.* eod.

De requisitis statuum Imperii Romano-Germanici, Resp. Io *Henr. Meinders.* 1677.

De dedicationibus templorum, pro Lic. Resp. *Nic. Zapff.* eod.

De iure diuortiorum, pro Lic. Resp. *Theod. Meerbach.* 1678.

De feudo oblato, pro Licent. Resp. *Theophilus Frid. Bornes.* eod.

De mortificatione, pro Lic. Resp. *Christian Leonh. Leucht.* eod.

De iuribus liberorum, Resp. *Mart. Schrader.* eod.

De autodyce, pro Licent. Resp. *Casp. Besser.* eod.

De Citatione publ. Resp. *Io. Balth. Kaldeweg.* eod.

De beneficio competentiae, Resp. *Christ. Pfeiffer.* 1679.

De dolo bono aduocati, Resp. *Io. Georg Brem.* eod.

De administratione rerum ad ciuitates pertinentium, pro Lic. Resp. *Bernh. Bergner,* 1679.

De

De vnione prolium, resp. *Gerh.* von *Asseln.* eod.

De Iure miserabilium, resp. Io. *Georg Albinus.* 1680.

De Iudaeis, pro Lic. resp. Io. *Henr. Nerlich.* eod.

De furibus a poena laquei immunibus, pro Lic. resp. Io. *Christ. Münch.* -

De pacto haereditatis conseruatiuo, pro Lic. resp. *Wolffg. Christ. Donauer.* -

De reliquiis, resp. Io. *Christ. Schroeter.* eod.

De Iure Ouium, resp. *Henr. Gerlach.* 1682.

De ensiferis, resp. Io. Iac. *Nicolai.* 1683.

De admodiatione, resp. *Frid.* Iac. *Lautitz.* eod.

De clandestinis sponsalibus, resp. Imman. *Placotomus.* 1684.

De opificibus, resp. *Christ. Werth. Mühlpfort.* eod.

Princeps legibus solutus, resp. *Io. Iac. Hertel.* 1685.

De Subofficialibus S. R. I. resp. *Henr. Ludou. Freisleben.* 1686.

De Vineis, resp. *Georg. Gottlob Struue.* 1687.

De testimonio peritorum in arte, resp. *Christ. Henr. a Stein.* eod.

De Testamentis Principum Imperii, resp. *Iac. Guilielm. Foerster.* 1688.

De Contractibus Principum, resp. *Georg. Foerster.* eod.

Digitized by Google

De auro fluuiatili, Resp. *Burcard Gotthelff Struue.* 1689.

De Iuribus palatii Principalis, Resp. *Gothofr.* Stockmann. eod.

De iure & priuilegio reuocandi domum, Resp. *Georg. Adam Beyer.* 1691.

De diuersis generibus Opificiorum, Resp. *Christian Georg Ilgen.* eod.

De brachio seculari, pro Lic. Resp. *Gothofredus* Stockmann. eod.

De relaxatione iuramenti ad affectum agendi, Resp. *Io. Heinrich Trumpf.* 1692.

De operarum locatione & conductione, Resp. *Io. Casp. Maercker.* eod.

De tacita legatorum ademtione, Resp. pro Lic. *Christ. Henr. Tilem.* eod.

XLVII.
IOHANNES THOMAE

Thomae patria,

PAtriam nactus est *Lipsiam*, celeberrimum Palladi aeque ac Mercurio dicatum emporium, vbi natus est V. Calendas Sept. anno MDCXXIV. Patre MICHAELE THOMAE, haereditario Praediorum *Troschenreut* & *VViderſberg*, ICto & Lipsieunsis Reip. Aduocato; matre ANNA SCHVLTESIA. Recens natum infantem parentes optimi Christo in sacro baptismate offerri, atque peccato, quod nascenti haeserat, lustrari Christiano ritu curarunt, fi-

Parentes.

dei

dei vitaeque ilbiatae ſponſorem inter alios agente SIGISMVNDO FINCKELTHAVS, ICto & Iuridici Collegii in *Liebſienſi* Academia Praefide ordinario. Quamprimam loquela ſe exſeruit, mater ſumma religionis capita, mox pater prima literarum rudimenta filiolo coeperunt inſtillare, quae cum celeriter, arriperet, incredibili perfuſi gaudio, magnam de hoc dulciſſimo pignore expectationem conceperunt. Sed ecce inter hanc ſpem voluptatemque pater anno MDCXXXI. d. XIV. Nou. praematura morte abripitur, quem biennio poſt mater perpetuo mariti deſiderio confecta ſequitur. Omnis tunc educationis cura incubuit in auiam maternam, MARTHAM (HENNINGIS GROSSII, bibliopolae & Senatoris *Lipſienſis* filiam, IACOBI SCHVLTESII, I. Doctoris, Conſiliarii Saxo-Electoralis & Altenburgenſis viduam). Praeceptoribus igitur domeſticis M. STEPHANO COLERO, IOHANNI BLAVSCHMIDIO, GEORGIO PRAETORIO & MICHAELI FRANCKIO eſt traditus, quorum ſingularis induſtria perfecit & dexteritas, vt principes linguarum Graecam & Latinam vna cum elementis Logices & Rhetorices imbiberet diſcipulus, nec minus fundamenta in morali & naturali Philoſophia non incommode iaceret. His ſtudiis, vt maiora accederent incrementa, frares ingenio pares animiſque coniunctiſſimi,

Sponſor.

Inſtitutio.

Parentum obitus.

Auia.

Praeceptores domeſtici.

Digitized by Google

mi, IACOBVS & IOHANNES Noſter ad Gymnaſium *Geranum* anno MDCXXXVI. miſſi, magno ibidem Patrono ac Maecenate vſi ſunt Magnifico Illuſtriſſimorum Ruthenorum Cancellario, IOHANNE ALBERTI. Poſtquam ibi in ſtudiis excolendis per integrum triennium deſudarunt fratres, digniſſimi habiti, qui ad Academiam mitterentur, *VVittembergam* conceſſerunt anno MDCXXXIX. fidei ac curae Mathematum Profeſſoris POMPEII inprimis commendati, vbi IOHANNES prae caeteris deſudauit in perluſtrandis verſandiſque omnium temporum ac gentium hiſtoriis & antiquitatibus, quarum cognitionem ſtudiis iuridicis magnum foenerari lumen in tempore intellexerat. Exin totum ſe applicuit Iuri, facto ab Erotematibus *VVolffianis* initio, quaeque a capite ad calcem edidicit: poſt *Rittershuſianum* ad Inſtituta Iuſtinianea Commentarium ſollicite perlegens, ſimul publicis priuatiſque Profeſſorum collegiis nomen dedit. Sic exacto Leucoreae triennio *Lipſiam* regrediebatur, vbi IOHANNES STRAVCHIVS Thomam iuuenem in tantum coepit aeſtimare, vt in muſeum ac intimam familiaritatem receptum, optimis ſtudiis imbuerit. Anno MDCXLIV. *Ienenſem* ſalutabat academiam, in qua priuatim docendi diſputandique facultatem nactus, poſt teſtatam per ſolennia ſpecimina doctrinam exaſcia-

Gymnaſ. Geranum frequentat.

Wittembergam concedit.

Deſudat in ſtudio Hiſt. &c.

Iuris.

Lipſiam redit.

Ienam ſe confert.

Docet ib. priuatim.

aſciatam anno MDCXLVIII. d. XXI. Martii V. I. Doctor eſt creatus. Anno MDCL. more Maiorum per ſolennem denominationem Serenisſimis Academiae Nutritoribus denuo commendatus, *Profeſſoribus Iuris* in illuſtri Salana, itemque Curiae Prouincialis & Scabinatus Aſſeſſoribus adſcriptus, a ſingulis collegiis multa cum gratulatione eſt acceptus. Sed vix primum Profeſſionis annum expleuerat, cum a Serenisſimo Duce Sax. FRIDERICO WILHELMO &c. ad capeſſendum *Conſiliarii* in aula *Altenburgica* munus vocaretur. Omni igitur excuſatione fruſtra praetenſa XXI Ian. MDCLII. *Altenburgum* diſcesſit, ac quatriduo poſt aduentum in Senatorum Conſiliariorum Collegium receptus eſt. Anno MDCLIII. ad Comitia *Ratiſponenſia* a FERDINANDO III. Caeſare indicta ablegabatur, vbi rebus ex ſententia Domini feliciter confectis ac finitis Comitiis domum reuerſus, breui poſt *Francofurtum* ad illuſtrem conuentum, qui vocabatur, deputatorium miſſus, in annum vsque nonum ſupra quinquageſimum ibidem ſubſtitit: inde Comitiis *Ratiſponam* translatis ex Serenisſimi Ducis decreto eo quoque, non tamen ſine valetudinis offenſa abiit. Accesſit interea anno MDCLVII. noua legatio ad IOH. PHILIPPVM, *Moguntinum* Electorem, qui a FRIDERICO WILHELMO, Duce ad ornandas per legatum

I. V. D. creatur.

Prof. Iuris.

Curiae Prou. & Scabinatus Aſſeſſor.

Conſiliar. in aula Altenb.

Altenb. abit.

Ratiſpon. mittitur.

Francof. ablegatur.

Ratiſpon. abit.

Mogunt.

Su-

Suſceptoris partes in filiolo cognomine inuitabatur. Poſt illa demandato munere, anno quinquageſimo octauo, quo FERDINANDVS III. Caeſar viuere deſiit, cum omnium applauſu functus, cum per conuentum Electorum in deligendo nouo Imperatore occupatorum, ordinariae caeterorum legatorum ſeſſiones ſiſterent, extra ordinem tamen frequenter habitae, ac iuſſu Dominorum pro conſeruandis Statuum iuribus in noua, quae dicitur capitulatione laboratum, ad quam ſicuti ſuam Symbolam contulit Noſter, ita ſalutaria Principum ac Statuum monita atque conſilia in vnum collecta & diſpoſita *Moguntino* Directorio obtulit. Nec minus durantibus Electoralibus Comitiis nomine Ducis ſui *Vngariae Bohemiaeque* Regem, mox Caeſarem LEOPOLDVM, itemque *Moguntinum*, *Treuirenſem*, *Colonienſem*, *Saxonem*, *Palatinum*, vt & Electoris *Brandenburgici* legatum MAVRITIVM, Principem *Naſſouium*, LEOPOLDVM WILHELMVM, Archiducem *Auſtriae*, LEOPOLDI AVGVSTI patruum, ac porro Regis Galliae legatos GRAMMONDVM Ducem & Comitem *Lioneum* ſalutauit, a ſingulis clementer exceptus & cum prolixa perennaturi in Dominum affectus, & conſtantis in praeſentem miniſtrum gratiae ſignificatione dimiſſus eſt. Confecta electione Leopoldina, poſtquam denuo illuſtres

Electoral. Comitiis intereſt.

Principes multos ſalutat.

Digitized by Google

luſtres Deputatorum congreſſus *Ratiſponae* coeperunt inſtitui, eoque *Francofurto* profectus Noſter XVIII. Kal. Dec. a legatis noui Caeſaris prima vice auditus, tantos in Principis legati Ratisponenſis Epiſcopi, eiusdemque aulae Romanae Cardinalis, ad omnem humanitatem comparati animo reliquit aculeos, vt poſtea ſaepius eundem ad ſe vocatum conuiuam ſibi vellet, ac multum ſe Thomaeanis dotibus delectari apud alios profiteretur. Quantum autem ab ipſo Domino aeſtimaretur, *Praeſidis ſacri Altenburgenſis Synedrii* munus ſplendidiſſimum, quod exeunte anno nono & quinquageſimo in abſentem conferebatur, ſatis ſuperque arguit. Anno ſeq. MDCLX. *Viennam* profectus, poſtquam a ſacratiſſimo Caeſare LEOPOLDO, inueſtituram feudalem pro Duce ſuo petierat, & ex voto impetrauerat, *Ratiſponam* reuerſus, in annum ſeptimum vltra ſexageſimum ibidem ſubſtitit, praecipuam vitae partem in Ducis ſui negotiis transegit, quadantenus tamen huius conſenſu etiam in aliorum Ducum rebus fuit occupatus. Caeterum quando anno MDCLXVII illuſtris THVMSHIRNIVS, *Cancellarius* Saxo-Altenburg. vitam cum morte commutaſſet, a Domino ſuo ſucceſſor deſignatus eſt *Thomas* noſter, ac id propter *Altenburgum* vocatus, cum ſingulis Imperii collegiis decenter valedixiſſet. Ineunte anno

Dotibus ſuis commendatur aliis.

Praeſes Conſiſtor. Altenb.

Ratiſponae ſubſtitit.

Succedit Thumshirn. in Cancell.

Altenburg. abit.

Digitized by Google

anno LXVIII. illuc perrexit, atque muneri huic ſummo vsque ad vitae finem fideliter praefuit. Publicis igitur maximam partem expoſitis, ad priuata breuiter perluſtranda nos accingimus, vbi de vxoribus, ſobole ac huius generis aliis dicemus. Prima coniux erat MARIA ELISABETHA, IOH. PHILIPPI a BOHN, haereditarii in *Birckenau* & *Weinheim*, Caeſar. Mai. Conſiliarii Imperialis aulici, filia vnica, quae in manus eius venit VII. Kal. Octobr. in Comitiis Ratisponenſibus, duasque natas protulit, quarum maior natu matri homonyma excellentiſsimo Conſiliario Saxonico, IOHANNI CASPARI HENDRICH in *Bendorff* & *Niderwellenborn* nupta, tergemina prole maritum & patrem beauit: Minor autem in matrimonium concesſit illuſtris Viri, Dn. IOH. FRIDERICI BACCHOVII, Conſiliarii Saxo-Gothani intimi eminentiſsimi &c.

Coniux eius prima.

Filiae.

Laudata autem hac Thomae coniuge denata ad altera vota, finiente Februario anni ſeptuageſimi primi tranſiens viduus, domum duxit SVSANNAM, gente SCHROETERIAM, PAVLI HORNIGKII, ICti, Conſiliarii *Saxo Numburgici* & ad Comitia Ratisponenſia legati viduam, quae gemina prole maſcula, FRIDERICO ELIESER & IOHANNE ADAMO familiam auxit, quorum quidem primogenitus victuro in

Altera coniux.

Filii.

omnem

omnem aeternitatem Patri viam quasi strauit. Ipsum autem parentem (vt ad extrema veniamus) per multos annos, praesertim circa aequinoctium solstitiumque graues morbi, inprimis renum calculus vaque arthritis scorbutica afflixerunt, caloremque natiuum cum humido radicali sensim consumserunt, vt adeo nec vxoris prouida sollicitudo, nec Medicorum celeberrimorum RABII inprimis & CLAVDERI vigilantia, nec diaeta constans tollendis malis sufficerent, eo tandem vis prorupit morbi, vt per lumbos fistula putris erumperet, cui malo IX. Kalendas Mart. MDCLXXX. hemiplexia accessit, quam VI. Non. Martii anni eiusdem hora pomerid. III. placida mors est secuta. Edidit inter alia: *Thomae morbi.* *Mors.*

Disp. de Prodigis. 1648.
Pro loco Disput. de Litigiosis. 1649. quae legitur in Fascic. Dissert. selectior. ab Ahasu. Fritsch. publicatarum.
Disp. de Monopoliis. 1650.
Disp. de Vsuris crediti, Resp. B. Proelaeus, 1650.
Disp. de Aleae lusu. 1651.
Disp. de Successione feudali. 1651.
Tr. de Noxa Animalium. Isn. 4. 1653.
Disp. de Finibus.

Digitized by Google

XLIIX.

IOHANNES STRAVCHIVS

Strauch. nascitur.

VItae huius vsuram cepit *Coldicii Misnicorum* A. O. R. MDCXII. d. XII. Sept. Patrem habuit IOH. STRAVCHIVM, Sereniſſimae, Electoris Sax. CHRISTIANI I. viduae ibi a cura rei domeſticae, & poſtea ratiociniis aerarii praefectum: Matrem vero de celebri & antiqua *Pfretzchnerorum* familia, VALENTINI, apud Epiſcopum Merſeburgenſem Camerarii, filiam. Hiſce a parentibus primum inter Veſtae penetralia probe educatus, deinde *Cizae*, in ſchola Epiſcopali ſtudiis literarum plenius imbutus, at anno MDCXXX. miſſus in academiam *Lipſienſem*, autore inprimis & ſuaſore Affine ſuo, Viro Excellentiſſimo, Dn. IOH. SCHILTERO, ICti, Scabinatus Electoralis, Conſiſtorii Cauſarum Eccleſiaſt. Aſſeſſore &c. Doctrina vero maxime Viri clariſſimi, MICHAELIS CALERTI, poſt SS. Theol. D. & Eccleſiae *Leucopetraeae* Superintendentis, in Philoſophia & humanitatis ſtudio priuatim informatus; ſimul & tyrocinium inter nouos Iuſtinianeos poſuit. Inde *Wittembergam* & poſt A. MDCXXXIII. *Ienam* ſe recepit, hoſpitio & conuictu cognati ſui, Dn. FRIDERICI HORTLEDERI, ICti, Politici, Hiſtorici eminentiſſimi ex-

Eius parentes.

Cizenſem ſchola frequentat

Lipſiam mittitur.

Informatur.

Ienam ſe confert.

ce-

ceptus, eiusque beneuolentia commendatus Sereniſſimo Principi ac Domino, Dn. ERNESTO, Duci Saxon. ſtipendioque largiſſimo conductus, ad perluſtranda & excutienda vetera in ſcriniis *Vinarienſis* aulae cum aeuo iamdudum & ſitu luctantia monumenta, quaſi per triennium in academia Ienenſi haeſit, in qua ICtum Excellentiſſimum, Dn. D. ARVMAEVM, P. P. Diſputationes ſuas Feudales, & ſuper Auream Bullam ſub incudem reuocantem auſcultauit publice. Inprimis in D. VAL. RIEMERI, ICti & Anteceſſoris famigeratiſſimi diſciplinam atque adeo fauorem ſe penitus inſinuauit. Priuatim cum aliis Iuris Candidatis, tum praecipue Dn. SEBASTIANO BEER, IC. haereditario in Drackendorff & Leutenthal / poſtea Conſiliario Altenb. aſſiduitatem ſuam probauit, tamdiu, donec reuocatus aliquandiu extra Academias, non tamen extra Muſarum conſortium vixit. Deinde rediens *Lipſiam*, operam dedit IC. excellentiſſimo, D. SIGISMVNDO Finckelthauß / Facultatis Iuridicae tum temporis Ordinario Ius controuerſum publice explicanti, & D. IOH. BOHEMO, eiusdem Facultatis Aſſeſſori, in Codicem commentanti. Suprema Philoſophiae laurea ibidem anno MDCXXXVIII. die Conuerſionis Pauli, legitime impetrata, in Collegium Principum maius, & paulo poſt in conſilium *Facultatis Philoſophicae*

Ad monumenta Vinar. excutienda conductus.

Ienae audit Arumaeum.

Riemerum.

Beerium.

Lipſiam redit.

Creatur Magiſter.

Fac. Philoſoph. Aſſeſſor.

Assessor fuit allectus, ac denique *Professio Philologiae Latinae & Historiarum* ei demandata est clementissime. Anno MDCXLV. d. XVI. Sept. vxorem duxit ELISABETHAM Schmuckin/ GVILIELMI SCHMVCKII, Pandectarum in Tileto Professoris Publici, Facultatis Iuridicae Assessoris & Nationis Bauaricae Senioris, nec non Collegii Principum Collegiati, filiam, quam XXX. Aug. MDCLIV. morte abreptam secuta est CLARA VNGEPAVERIA, Excellentissimi ERASMI VNGEPAVERI, ICti, filia, d. III. Sept. MDCLV. ducta. In *Salana* praemissis praemittendis 1. Iun. MDCLII. *I. V. Doctor* creatus, & in eadem *Professoris Iuridici* spartam adeptus, pro Loco de *Noui operis Nunciatione* d. IV. Aug. disputauit. Muneri huic Professorio etiam *Cancellariatus* accessit, cui ex omnium voto praefuit. Supremum in academia Magistratum & Decanatum aliquoties gessit. A. C. MDCLXXVII. *Giessam* ad Professionem primariam & Pro-Cancellariatum obeundum abiit, vbi etiam consenuit & obiit. Inter scripta, quae reliquit, sunt:

Prof. Hist. &c.

Coniugium Strauchii geminum.

Ienae fit I. V. Doct. & Prof. P.

Cancell.

Rector & Decanus.

Giessam abit.

Obit.

Pro Gradu conscripsit Dissert. de Accessionum quibusdam maxime controuersis speciebus 1651. Inter Dissert. legal. ab Ahasuero Fritsch. edit. III.

Disp. pro Loco de Noui operis Nunciatione. 1652.

De

De Condictione furtiua. Ien. 1656.
De Feudo nobili. 1657.
De Condictione indebiti, Resp. Casp. A. Gribius. ib. 1657.
De Electione & Electi potestate. Ien. 4. 1657.
Disp. de Acquisitione per hos, qui sunt in potestate, Resp. Schiltero. Ien. 4. 1658.
Exercit. ad Decis. Iustin. Ien. 4. 1659.
Berytus, s. ad Tit. C. de Metropoli, Beryto, Brunswig. 4. 1662.
Disp. de praesenti imper. periodo. Ien. 4.
De Captiuis &c. Francof. 4. 1664.
Controuersiae illustres. Ien. 4. 1665.
Dissertationes Exotericae Iuris Publ. XIII. Ien. 4. 1665.
Dissertationes ad *vniuersum* Ius Iustiniani. ib. 1666.
Kal. Ian. in L. C. de Oblat. Votor. Brunsu. 4. 1667.
De Regali Vectigalium Iure, Resp. Zach. Hen. Vechnero. Ien. 4. 1669.
De Condictione Triticaria, Resp. Henr. Rudloffio. ib. 1670.
De Tempore, Resp. Matth. Wesseli. Ien. 4. 1670.
Lexicon Particularum Iur. Ien. 4. 1671.
De modo Appellandi ad Cameram. ibid. 1671.
De Condictione de eo, quod certo loco dari oportet. ib. 4. 1671.

De incertis personis. Ien. 4. 1671. Resp. Io. Fr. Reinhard.

De Oppignorationibus Imperialibus. Ien. 4. 1671.

Dissertationes Aedilitiae, Resp. Berckelmañ/ ib. 4. 1671.

De Centesimis vsuris, Resp. Io. Phil. Sleuogtio. ib. 1672.

De Iure Maritorum in Vxorem Resque vxorias, Resp. Menge. ib. 4. 1672.

Amoenitates Iuris Canonici. Ien. 1674.

De Regno Arelatensi, Resp. Nob. a Bottfart. Ien. 1674.

De Regula Catoniana, Resp. Foltenio. Ien. 1674.

De Iure Fratrum, eorumque prae Sororibus Praerogatiua. ib. 4. 1674.

Disp. Inaug. de Iuris Naturalis & Ciuilis conuenientia, Resp. Boltz. Ien. 4. 1675.

XLIX.

ERNESTVS FRIDERICVS SCHROETERVS

Schroeter. nascitur.

Eius Maiores.

VItae theatrum ingressus est *Ienae* A. O. R. MDCXXI. d. XVII. Ianuarii. Patrem nactus est PETRVM ELIAM, I. V. D. & Cancellarium *Saxo-Lauenburgicum*, apud Ienenses A. MDCXXV. mortuum, auum IOH. FRIDERICVM, *Philosophiae, Medicinae & Iurium Doctorem, Comitem Palat.*

lat. Caes. & Ienae Prof. Publ. qui cum filio iam nominato eodem anno obiit: Proauum IOHANNEM, Medicinae Doctorem, Comitem eundem Pal. Caes. FERDINANDI I. & MAXIMILIANI II. Archiatrum; in Salana Prof. Publ. & Rectorem Magnificum primum, ibidem A. MDXCIII. xxxi. Martii mortuum. Hanc originis claritatem altera tanta luce auxit sequior sexus matris, ANNAE CATHARINAE, DANIELIS VIGELII, *Hassо-Marpurgici* Iudicii Prou. Aduocati Ord. filiae, at neptis NICOLAI VIGELII, ICti & Anteceſſoris Marpurgenſis. Insita elegantia moris & pronus ad pietatem ac eruditionem animus confestim apparuit, vt nullus adolescentum Praeceptoribus classicis in schola *Bernburgica* & *Seruestina* gratior, nemo in iuuentute studiosa Professoribus *Marpurgensibus* & *Giessensibus* spectatior haberetur SCHROETERO nostro. Creuit laetissima expectatio cum vialibus systaticis Serenissimi Principis ac Domini, Dn. ERNESTI, *Ducis Sax. Ienam* profecti, cum primariam hinc doctrinae, cuius dato documento Disp. Inaugurali de *Poenitentia*, purpuram emeruit, inde domesticae fortunae, qua Excellentissimi Ordinarii, VNGEPAVERI, filia, HELENA BLANDINA sponso, sacris vtriusque vno die, xxvi. Aug. MDCXLV. felicissime sociatis, accessit, brabeum retulit. Nec priuatum passa est

Scholas Bernb. & Seruestinam frequentat.

Marpurg. & Giessae studet.

Ienae fit Doct.

Maritus.

Digitized by Google

Adu. Cur. Prou. Respublica, ſed *Curiae Prouincialis* primo *Aduocatum Ordinarium*, deinde A. MDCLII. *Academ. Anteceſſor, Scabinat. & Cur. eiusdem Aſſeſſ. Decanus, Rector &c.* *Academiae Anteceſſorem*, *Curiae eiusdem & Scabinatus Aſſeſſorem*, nec non *conſiliarium Saxonicum* conſtituit. Munere Decani decima, Rectoris Magnifici tertia vice functus, Calendis Martii anni MDCXLVII. cum dilectam coniugem amiſiſſet, ad vota tranſiit, ſecunda anno MDCXLIX. eligens ſibi tori ſociam, MARIAM FOMANNAM, FOMANNI iunioris, *Ienae* quondam Hiſtor. & poſt Iur. Profeſſoris Publici, filiam, ex qua ſuſcepit IOHANNEM ERNESTVM, IOH. FRIDERICVM, IOH. CHRISTIANVM & IOH. PETRVM: nec non ANNAM SOPHIAM, CHRISTINAM SVSANNAM & CLARAM CATHARINAM. Sed & hac mortis atrocitate e viuis ſublata, tertiam duxit, nempe SVSANNAM ROSINAM, HANWACKERI, Conſiliarii Saxo-Coburgici, filiam. Corripuerat tandem virum XIII. Apr. anni MDCLXXVI. horror, proximus aeſtus, languor, capitis dolor & ſitis, ante ambulones febris continuae, & quamuis exquiſitis adhibitis medicamentis vires redire viderentur: recidit tamen d. XV. eiusdem a morbi principio in grauius malum, praeualeſcente cacochymia & materia febrili addita, cui nouo impetu catarrhus apoplecticus, in dextrum latus proruens, perniciales manus admouit, ita, vt tertia, quo-

Ad vota ſecunda tranſit.

Liberi.

Tertia coniux.

Morbus.

quoque coniuge ad gaudia coeleſtia praemiſſa, ipſe ſecutus ſit, & mundo vale dixerit, d. III. Maii anni MDCLXXVI. *Moritur.*

Extant eius:

Commentarii ad Codicem vnus, alter ad I. Feudale, tertius, ad Tit. d. R. I.

Notae ad Sutholtum.

Caſus Conſcientiae.

De Aduocatis, Reſp. Fr. Seifart. Ien. 1651.

De Ratificatione. 1652.

De Metu. ib. 1654.

De Regalibus Fiſci, Reſp. Io. Siegfr. a Schoenfeld. Ien. 1657.

De Regali Legationum Iure & Priuil. Reſp. Ott. Chr. a Ploto. ib. 4. 1657.

De Proteſtationibus. Ien. 1657.

De Emphyteuſi. 1657.

De dolo malo. Ien. 4. 1658.

Reſolutiones Vinar. 1661.

Bipertita Tractatio Iurid. vna de *Suitate*, altera de *Teſtam. Patris inter liberos.* Ien. 1661.

De Iudice competente, Reſp. I. G. Gaſtell. Ien. 1661.

Diſp. inaug. continens Pactum Succeſſor. inter vnitos diuerſi matrimonii liberos, Reſp. I. G. Klein. Ien. 1663.

De inculp. Tutela. Ien. 4. 1663.

De Renunciationibus, Reſp. Godofr. Schomer. Ien. 1663.

De Nouatione, Reſp. G. Hoffmann. 1663.

Digitized by Google

De Teſtamentis 1663. Reſp. Paul. Strufer.
De Inuentario. 1664.
De Iure Vicinitatis, vom Nachbar-Recht/ Reſp. Io. Suanberger. Ien. 1664.
De Fideiuſſoribus, Reſp. I. G. Bleymüller. Ien. 1664.
De Reputat. Reſp. I. Schmidt. 1664.
De Conſtituto poſſeſſorio 1664. Reſp. Georg. Henricus Klinckerfus.
Diſcurſus Feudalis de Seniore, Reſp. Lange. Ien. 4. 1665.
De Protopraxia, Reſp. G. Hollenhagen. 1665.
De Chirographo 1665. Reſp. Thom. Siegfried Ring.
De Ambaſiatoribus 1665. Reſp. Erneſt. Ioachim. Vahle.
De Quinquennalib, Reſp. Gottfr. Buckiſch. Ien. 1667.
De Sponſionibus 1667. Reſp. Daniel Curaeus.
De ciuili Nobilium Statu, eorumque Iure & Priuilegiis 1667. Reſp. Chriſtian Wideman.
Inaug. de Iure Securit. tum inter ciues, tum inter gentes 1667. Reſp. Ioh. Wolffgang. Roſenfeld.
Inaug. de Iure protimiſeos 1667. Reſp. Ioh. Ioach. Beurman.
Patrocinium homicidarum 1667. Reſp. Gottfr. Hoffman.

De

De Charta Blanca. ib. 4, 1668.
De Euictionibus rerum Feudalium, Resp. Leuin von Windh. Ien. 4. 1668.
De Iurisdict. 1668. Resp. Ioh. Franc. Becke.
- de septem Quartis 1668. Resp. Christ. Frider. Melber.
Disp. inaug. de Affectione, Resp. Pöpping. Ien. 4. 1669.
De Executione. ib. 1669.
De Feudi Alienatione, Resp. Bülow. Ien. 4. 1669.
De Banno Ferino, eiusque Iure. Ien. 4. 1670.
De Lamiis. Ien. 1670.
De Iure Tutelarum. Ien. 4. 1670.
De Consolidatione, Resp. Iac. Vogler. Ien. 4. 1671. Inaug.
De Feudis Regalibus, Resp. Io. Christoph Klee. Ien. 1671.
De Degradatione, Resp. Ioh. Alex. Christ. Ien. 1672.
De Gabella Detractionis & Emigrationis, Resp. Io. Iac. Wischio. ib. 1672.
Disp. inaug. de Nutu, Resp. Storck. Ien 1672.
De Interpretatione Iuris, Resp. Amling. Ien. 4. 1673.
De Iure Matris circa liberos sanguinolentos. Ien. 4. 1674.
De Actione Pauliana, Resp. Ier. Kyber. Ien. 4. 1674.

De

De Sententia, resp. Ioach. Redling. Ien. 4. 1674.

Disp. de Alienatione in Mutuo, contra Salmasium. Ien. 4. 1675.

De eo, quod iustum est in puncto malitiosae desertionis, resp. Io. Blum. Ien. 4. 1675.

L.

IOH. CHRISTOPHORVS WEXIVS

Wexii natalis. *Parentes.*

Altenburgi in hanc lucem prodiit, A. R. S. MDCXXVII. mense Martio. Patrem habuit virum virtute & eruditione conspicuum CHRISTOPH. WEXIVM, Auum paternum Magnificum Dn. IOH. WEXIVM, ICt. & Cancellarium in aula *Altenburgica*: Matrem MARIAM, Viri Nobilissimi DAVIDIS OPPELII Haereditarii in *Culm*, filiam. Primis pietatis atque literaturae iactis fundamentis, *Waltershusam* ad patruum D. ANDREAM WEXIVM, post Praefectum *Tennenbergensem* est missus. Postmodum anno MDCXLI. a Viro Excellentissimo Dn. GEORG. FRANZKIO, ICto celeberrimo, Comite Pal. Caes. Cancellario Saxon. in aula *Gothana* est receptus, atque eius consiliis & beneficiis subleuatus, in illustri Gymnasio *Gothano* bonis artibus per quinque annos, & quod excurrit, sedulum naua-

Waltershusam mittitur.

Gymnasium Gothan. frequent.

nauauit operam. Deinde vberioris hauriendae doctrinae gratia anno MDCXLVII. in academias primum *Iuliam*; post *Argentoratensem* sc contulit, in qua cumprimis vsus est informatione Dn. IOH. TABORIS, ICti & P. P. cuius commendatione factum, vt anno MDCLI. quarundam Nobilium Ephorus constitutus fuerit. Inde porro in *Galliam* peregrinationem suscepit, qua confecta *Gotham* ad suum euergetam, iam laudatum FRANZKIVM, rediit. Anno MDCLV. systaticis literis a Serenissimo Principe ac Domino, Dn. ERNESTO, Duce Sax. &c. ad illustrem Facultatem *Iuridicam*, quae in academia Salana florebat, clementissime exaratis, instructus, *Ienam* venit, atque vt comparatae eruditionis merita consecuturus praemia, ad consueta gymnasmata admitteretur, a laudato Collegio modeste petiit. Superatis igitur examinibus, habita lectione cursoria & Disputatione inaugurali XXII. Sept. MDCLVI. I. V. *Doctor* est renuciatus, & breui *Professor Publ. Extraordinarius* constitutus. A. C. MDCLVII. d. XII. Maii ANNAM CHRISTINAM D. IO. CHRISTOPH. LOBHARTZBERGERI, I. V. D. & in aula Gothana Consiliarii viduam duxit. Vocatus deinde in aulam Vinariensem GüNTHERO HEINRICO PLATNERO in Consiliariatu succeſſit. Extat eius

Abit Helmstad.
Argentor.
Ephorus Nobilium.
In Gall. profi-ciscitur.
Gotham redit.
Ienam se confert.
Doctor creatur.
Professor, extraord.
Ducit vxorem.
Vinar. abit.

De

De Noui operis Nunciatione, quam exhibet Ahaſu. Fritſch. in Faſcic. Diſſert. ſelectior.
Pro gradu Doctorali diſputauit Ienae 1655.
Diſcurſus Iurid. de Acceſſione Anomalà, ſeu irregulari, Reſp. Ioh. Phil. Stoll. 1657.

LI.

IOH. VOLCKMARVS Bechmann

Bechmann *naſcitur.*

NAtus eſt *Fidelhuſae Thuring.* d. XXIII. Dec. A. C. MDCXXIV. Patre, Dn. M. IOH. FRIDER. Bechmann / P. L. Caeſ. & Paſtore ibid. fideliſſimo; Matre SARA, Dn. IOH. HILGVNDI, Praetoris oppidani *Vinarienſis* filia. A parente in capitibus pietatis atque doctrinae fideliter inſtitutus, poſtmodum vero ad ſcholam *Vinarienſem*, nec non *Gothanam* miſſus fuit. Anno MDCXLIII. *Salanam* ſalutauit, & in collegiis Philoſophicis omnem adhibuit diligentiam. Cum autem animum ad ſtudium Iuris applicaret, primo in collegio Inſtitutionum a Viro Magnifico, Dn. RVDOLPHO WILHELMO Krauß / IC. & tum temporis Anteceſſore celeberrimo, poſtea vero Vinarienſis aulae Cancellario, & ſupremi Conſiſtorii Praeſide, adornato, totius legitimae ſcientiae prima elementa hauſit. Et cum inuiſis academiis, *Wittembergenſi* & *Helmſtadienſi* anno MDCXLVI. *Ienam*

Mittitur Vinar.

Gotham & Ienam.

Animum ad Iura applicat.

Wittemberg. & Helmſtad. inuiſit.

nam rediret, collegiis Institutionum & Pandectarum lectoriis & disputatoriis sub directione Excellentissimi ICti, *D. GEORGII ADAMI* Struve / P. P. Consiliarii Sax. &c. sedulo interfuit, sub *D. CHRIST. PHILIPPI RICHTERI*, nec non *D. ERASMI VNGEPAVERI* praesidio cum laude disputauit, & exercitium Logicum priuatos intra parietes instituit, illustris etiam Facultatis Iuridicae consensu collegium Institutionum priuatum Lectorium & Disputatorium absoluit. D. IV. Octobr. A. MDCXLIX. *Ienae I. V. D.* creatus est, indeque fora triuit, strenuus in his castris miles, vt mox inter *Aduocatos Curiae Prouincialis* scriberetur, ac tandem XIX. Apr. anno MDCLVIII. *Professor Iuris extraordinarius* a *Sereniſſimis Academiae Nutritoribus* constitueretur clementissime. Qua industria, qua felicitate spartam hanc exornauerit, maxime postquam adeptus est integram professionem, dici vix potest. Inter praecipua famae & honoris argumenta retulit mente deuotissima, quod *LEOPOLDVS IMPERATOR* Rom. in numerum *Comitum Palatinorum* allegerit ipsum, & priuilegia insuper dederit insignia, vt esset *Imperii exemtus* ac Ciuis *Romanus*. Sic tamen singularibus istis Iuribus vtebatur, vt quoties ex facultate sibi concessa aliquid peragendum foret, in munere tam honorabili, id secundum diplomatis Caesarei tenorem expediret

Ienam redit.

Disputat. Priuatim aperit Collegia.

I. V. D. creatur.

Professor Iur. Extraord.

Professor Ord.

Comes Palat.

at-

Aegrotat. attentisſime. Morbo tandem implicitus eſt, atque doloribus colicis quem comitabantur diuerſa mala aetatis ſenilis, vnde infirmitas totum occupauit corpus, mortemque accelerauit. Ad hanc probe inſtructus, expectauit beatam analyſin, quae XIII. Iul. A. Chr. MDCLXXXIX. ſecuta eſt. *Moritur.*

Scripta eius ſunt:

De Caſibus fortuitis. Ien. 1658.

De Priuilegiis Mulierum, Inaug. Reſp. Feurabend. *Ien. 4. 1662.*

De Iure Connubiorum 1662. Reſp. *Chriſtoph. Philipp. Kopf.*

De Iure de non appelland. & differentia iuris de non euocando 1662. Reſp. *Ioh. Henr. Fiſcher.*

De Natura atque Differentiis actionum bonae fidei & ſtricti Iuris in iure ciuili, Reſp. *I. Ad.* Riemer. *Ien. 1663.*

De Iure Aſylorum, Reſp. Greiner. *ib. 4. 1664.*

De Iure Venationis 1664. Reſp. *Ioh. Theod.* von Zeſchlin.

De Pluralitate & paritate votorum, Reſp. *Frid.* Gotter. *Ien. 1664.*

De Fama, Reſp. H. G. Eulenhaupt. *1664.*

De Obligationum confuſione & reſuſcitat. Reſp. *Io.* Leddin. *1664.*

Flores themidi ſacri Diſp. Inaug. 1665. Reſp. *Zachar. Hügel.*

De Condictione Indebiti 1665. Reſp. *Ioh. Weiſe.*

De

Digitized by Google

De Pignoribus 1665. Reſp. Martin Purruckher.
Tract. de Priuilegiis Studioſorum tertium editus Ien. 1666. vna cum Diſp. de Pactis adiectis.
Diſp. Inaug. An & quot Status Imperii in ſuis ditionibus Statuta condere poſſint. 1666. Reſp. Georg. Kahle.
Diſp. de prorogatione iurisdictionis de perſona in perſonam 1666. Reſp. Ioh. Georg. Frantz.
De Dicaſteriis Camerali, Aulico, & Rothwilenſi 1666. Reſp. Chriſt. a Bülow.
De Priuilegiis Studioſorum. Ien. 1667.
De Iure Stillicidii. Ien. 4. 1667.
Commentarius Pandect. Theoretico-Practicus. Francof. 4. 1668.
Diſp. Inaug. de Aegritudine eiusque Iuribus & Priuilegiis, Reſp. Martin Richter. Ien. 4. 1668.
De Iure Fructuum 1668. Reſp. Conr. Ioh. Meſſe.
Exercitationes Iuris publici.
Collatio Iuris Sueuici & Romani, in materia ſucceſſionum ab inteſtato. Ien. 4. 1669.
Exercit. in Aur. Bullam. Ien. 4. 1670.
De Clericorum Priuilegiis, Reſp. Krauſold. Ien. 4. 1670.
De pluribus concurrentibus Actionibus. Ien. 4.
De Iure Statuum Imperii. Ien. 1670.
Tutor Teſtamentarius Diſp. Ien. 1670.
Vſus practicus feudalis. Ien. 4. 1671.

Diſp. Inaug. de Iure famulorum hodierno, Reſp. *Henr. Alberti. Ien. 4. 1672.*

De eo, quod iuſtum eſt circa dies, Reſp. Rühle. *Ien. 4. 1673.*

De Donatione Conſtant. M. Ien. 4.

De Beneficio Separationis Bonorum, Reſp. *Chr. Crellio. Ien. 4. 1674.*

De Auocatione cauſarum, Reſp. *Biel. Ien. 4. 1675.*

De Iure Operarum, (von Frohndienſt-Rechte) Reſp. Schmeltzer. *Ien. 4. 1675.*

De eo, quod circa equos publice priuatimque iuſtum eſt. Ien. 4. 1676.

De obligatione impuberis. Ien. 4. 1676.

De delictis poena gladii exercendis. Ien. 4. 1677.

De Iure Conſiliariorum. ibid. 4. 1678. Reſp. Kormart.

LII.

IOH. CHRISTOPHORVS Falckner/

Falckner. naſcitur.

NOricum FALCKNERO huic natales dedit, cultisſima Germaniae pars, & in hac *Lauffa*, vrbs coeli clementia, ſalubritate ac praeſtantia cereuiſiae coquendae admodum famigerabilis. Pater ibidem Conſul, IOHANN. FALCKNERVS, e coniuge HELENA BEERIA filium hunc ſuſcepit anno MDCXXIX. d. XXVI. Auguſti, eumque ſacro fonte ſalutis regeneratum ſingulari

Eius parentes

lari cura fouit & educari curauit. Postquam igitur ad primos pubertatis annos emerserat, cupiditate incensus, melioris doctrinae percipiendae, *Norimbergam*, in patriae metropolin missus est, inque disciplinam traditus GEORGIO WIDEMANNO, Aegidiani Gymnasii Conrectori, qui cum aliis eiusdem operae fideique Magistris, MICHAELE WANNERO, & IOH. RIEDNERO vtriusque linguae Scriptores ei commendauit, ordine & multa perspicuitate enarrauit, vt horum lectione versibus pangendis, oratiunculis scribendis, & aliis humanioribus literaturae exercitiis aptus iudicaretur, atque hinc in publicas lectiones dignus auditor transferretur. Audiuit autem magnum illum Theologum, IOH. MICH. DILHERRVM, DAN. WVLFERVM & MARTINVM BEERIVM, selectissima profitentes, ac academicis dogmatibus praeludentes. Annos fere natus viginti per artium liberalium orbes impigre ac felicissime ductus, de salubri consilio parentum, & inprimis auunculi sui, Excellentissimi SEBASTIANI BEERII, ICti, in *Drakendorff*, *Leuthenthal* & *Zoepperitz* Haereditarii, Consiliarii Saxonici in aula Altenburgensi & Consistorii ibidem Praesidis, *Salanam* academiam sedem studiorum elegit, qui aduentantem illum A. MDCXLIX. in villam *Drakendorfianam* vicinam statim ad se vocari iussit, optimis monitis vi-

Norimberg. mittitur.

Eius Praeceptores priuatim & publice audiuit.

Ienam se confert.

taeque inſtitutis firmauit, & quo magis
Altenburg. proficiſc. animo haererent, ſecum traduxit *Altenburgum*, ex interuallo reuerſurum, literis inſtructum, quibus excellentiſſimo IOH. CHRIST-
Redit Ienam. FRIEDO SAGITTARIO, *Ienae* Profeſſori tunc Hiſtoriarum & Poëſeos, poſt in Ducatu Altenburgenſi Superintendenti Generali commendabatur, cuius etiam beneuolentiam, iuuandi promtitudinem, ac diligentiſſi-
Norimberg. mam curam ſaepe laudauit. Tres iam annos ad propoſitam metam acriori mentis concitatione deproperauerat, quando cum ciue atque amicisſimo ſibi iuuene WOLFGANGO ESCHENWEKERO, Candidato Iuris in patriam rediit, vt alterno & iucundo excurſu hactenus percepta digereret ac repeteret. Interiecto igitur mediocri ſpatio redux, neque ſubſtitit diu, quod laudatus
Altenburg. modo auunculus eum denuo *Altenburgum* euocaret, vltra annum ſecum detineret, animum futuris vſibus in Republ. applicaret, bibliothecam & neceſſaria quaecunque largiter ſuppeditaret. Cum inde in Academiam reſtitueretur, ampliori rerum copia abundans, operam ſuam decoris aliquot & no-
Ienae Collegia aperit. bilioribus ingeniis addixit, Superiorumque concesſione priuatas aperuit ſcholas. A. C. MDCLIX. menſe Maio tot iam editis in legum ſcientia documentis, ſummos in Iure honores ambiuit, ac poſt examina Inaugu-
Diſputat. ralemque Diſputationem de *Retrotractione* publi-

publicae luci expoſitam, elogium *Doctoris* & priuilegia indeptus eſt. Atque ſic publico muneri maturus, mox eodem anno coeleſti Numinis diſpoſitu, connitentibus magnis Viris, *Iuris Profeſſor* extra Ordinem in Salana conſtitutus eſt, donec meritis & doctrina inclytus quondam Vir, IOH. STRAVCHIVS, IC. & Anteceſſor, Brunſuigam, Syndicus illius Reip. vocatus, abiret, locumque Ordinarium FALCKNERO & in Facultate & Scabinatu &c. faceret, cui & Sereniſſimorum academiae Nutritorum iuſſu admotus, &, ſolenni in ſenatu dicto ſacramento, anno MDCLXII. d. XXIII. Iulii publice receptus eſt. Elapſo vnico duntaxat anno, a profeſſione extraordinaria demandata, in matrimonium duxit virginem omni virtutis ornatu praeſtabilem, DOROTHEAM HARTMANNIAM, HENRICI HARTMANNI, olim in Conſiſtorio Electorali Saxon. Lipſienſi Protonotarii, filiam, d. XXIV. Ianuar. MDCCV. *Bürgellae* apud M. IO. CHRISTOPHORVM LINCKIVM, Paſtorem & Adiunctum, ſuum generum demortuam ac in aede ſacra ſepultam, quod concors & vndecim liberis foecundatum. Anno MDCLXXX. valetudo eius labaſcere, corpus languere, vigor deficere ac nocturna ſomni quies interrumpi coepit, ita, vt optimis medicamentis fruſtra adhibitis, tandem cachexia illa cum hydrope atque

Fit Doctor Iur.

Prof. Extraord.

Ordinar.

Vxorem ducit.

Eius liberi.

Valetudo.

Digitized by Google

tympanitide languidum corpus occuparet, vario tumore laſſaret, ac lecto continuo affigeret. Totum igitur ſe benigniſſimo Numini permittens, inter preces ac lacrymas ſuorum ex hac vita diſcesſit menſe Martio A. Chr. MDCLXXXI. aetat. LII. Ab eo literarum monumenta relicta ſunt ſeqq.

Moritur.

Diſp. de Dolo, Culpa & Caſu, quat. in contractibus praeſtentur, pro Loco.

Controuerſiarum ſelectiorum Decades quinque, Reſp. C. Richter. 1661.

De Commodato 1663. Reſp. Ioh. Zach. Schaper.

De Rei debitae interitu, Reſp. Henr. Kreyenberg. Ien. 1663.

De Cautione Muciana 1664. Reſp. Ioh. Schmidel.

De Locatione conduct. 1664. Reſp. Anton Leuin a Windheim.

Inaug. de Traditione per conſtitutum 1665. Reſp. Ioh. Caſp. Horn.

Inaug. de Contr. Emt. Venditionis 1665. Reſp. Andr. Wilhelm. Friſe.

De Iure Hoſpitiorum Ien. 1666.

De Statuto & conſuetud. Inaug. 1666.

De Saluo conductu 1666. Reſp. Petr. Pancrat. Kraus.

Inaug. de facti poena 1666. Reſp. Chriſtoph. Krügelſtein.

De Carceribus, Reſp. Buytendyck. ibid. 4. 1668.

De

De Fauore Iuris, Reſp. Bernh. Bergner. Ien. 4. 1668.

De Foeneratorum per SCtum Macedonianum coërcitione, Inaug. Reſp. Adolph. Schelhaſe. Ien. 4. 1668.

De Iure ſacro Statib. Euang. competente, Inaug. Reſp. Lehmann/ib. 4. 1668.

De Αὐθοχειρία, Reſp. Nic. Franck. Ien. 4. 1670.

De Iure & legitimatione ſpuriorum. ib. 4. 1670.

De Iuramentis illicitis. ib. 1671.

De Iure reconueniendi. Ien. 4. 1672. Reſp. Buſio.

Diſp. de antiquo & moderno adoptionum Iure & ſtatu, Reſp. Alberti. Ien. 4. 1673.

De re integra. ib. 4. 1673.

De Sub- & Obreptione. Ien. 4. 1674. Inaug. Reſp. Chr. Büdner.

De remiſſione Locarii, ob ſterilitatem aliosque caſus fortuitos, Reſp. Alberti. ibid. 4. 1675.

De Purgatione morae, Inaug. Reſp. Beniam. Dreyſchärff. ib. 4. 1675.

De Salariis praecipue Paſtorum, Inaug. Reſp. Gotter. ib. 4. 1677.

Digitized by Google

LIII.

IOH. IACOBVS AVIANVS, P. P. Extraordin.

Avianus nascitur.

Eius parentes,

NAtus est *Erfurti* d. VII. Iulii A. O. R. MDCXXXV. Patre Viro nobilissimo atque prudentissimo, Domino CHRISTOPHORO AVIANO, Reip. patriae Pro-Consule meritissimo: Matre vero MARTHA, nobilisimi IACOBI BERGERI, olim Consulis ibidem Quatuoruiri filia.

& auus.

Auus illi fuit celeberrimus ille PETRVS AVIANVS, Medicinae Doctor felicissimus, Inuictissimi Imperatoris Rom. CAROLI V. & *Perillustrium Comitum de Schwartzburg* quondam Archiater Excellentisimus, qui erga dictam *S. CAESAREAM MAIESTATEM*, praecipue in bello Turcico ita fortiter se gesit, vt ab ea anno MDXLV. cum omnibus posteris verae Nobilitatis insignia reportarit. Praelaudati vero parentes nihil prius aut antiquius habuerunt, quam vt filium eximio praeditum ingenio in pietatis, artium liberalium fundamentis, bonorumque morum praeceptis erudiendum idoneis Praeceptoribus committerent, cui fini eum

Ad scholam mittitur.

ad scholam triuialem miserunt, vbi per aliquot annos cum ab aliis tum praecipue a Viro praestantissimo M. HENNINGO OTTONE TAVTEN, Rectore, qua in Latinae, qua Graecae Linguae elementis diligentissi-

tisſime inſtructus fuit, ita, vt A. MDCXLIX. ad Gymnaſium Senatorium promotus, coeptam ſtudiorum telam feliciter continuauerit ſub directione & inſtitutione ſedula Virorum clariſſimorum *M. LIBORII CAPSII, Log. & Met. Profeſſoris P.* & Conrectoris *M. IOH. SCHADAEI.* Priuata quoque informatione vſus Viri admodum Reuerendi & Clariſſimi *M. IACOBI ILGENII*, ad D. Mich. Paſtoris vigilantiſſimi. A. MDCLII. clariſſimo *IVSTO HERBORDO BOETTICHERO*, Profeſſori Ethic. & Polit. innoteſcere coepit, qui nihil reliqui fecit, niſi quod ad ſolidam in Ethicis ac Politicis principiis informationem pertineret. Hiſce in academia patria probe imbutus, ſuaſu auunculi ſui, nobiliſſimi ac prudentiſſimi *IACOBI BERGERI*, ICti & ſupra laudatae Reip. Conſulis primarii, academiam *Ienenſem* ſecundis adiit auibus die II. Maii A. MDCLIV. Variis ibi collegiis Philoſophicis ad finem proſpere perductis, pro addiſcendo & excolendo Iuris ſtudio, Excellentiſſimo Viro Dn. *AHASVERO FRITSCHIO*, I. V. C. & poſt Cancellario *Rudolphopolitano Schwartzburgico* Inſtitutiones Iuris priuatim explicanti, eaque deinceps priuatae συζήτησεν ſubiicienti operam dedit. Inſimul Iuris publici & feudalis principiis ipſius ex ore perceptis, ſequentibus vero annis MDCLV. & MDCLVI. ſub praeſidio Excellentiſſimi & Conſultiſſimi

Gymnaſ. Senator. frequentat.

Praeceptores eius.

Academ. Ienenſem adit.

Praecept. vtitur.

Fritſchio,

Digitized by Google

Wexio, D. IOH. CHRISTOPH. WEXII, ICti & tum temporis Profeſſoris P. poſt Conſiliarii Saxo-Vinarienſis & Protoſynedrii Aſſeſſoris, collegium primum ad Inſtirutiones lectorium & diſputatorium, & poſtea ad *Sutholii* diſſertationes, nec non *Weſenbecianum*, quod circa idem tempus Vir Excellentiſſimus Dn. GEORG. ADAM. Struve / ICtus conſummatiſſimus &c. aperuerat, & praeterea diſputatorium ad Pandectas ſub moderamine *Schroettero.* *Schroeteriano* abſoluit, lectionibus etiam publicis ſedulo interfuit. Et cum poſtmodum *In patriam redit.* in patriam rediret, per aliquod temporis ſpatium in praxi a Dn. LAVRENTIO HEINRICI, Reip. ibidem Syndico fideliter informatus, Salanam repetiit. *Ienam reuertitur.* Illuſtris Facultatis Iuridicae indultu ipſe quoque priuata collegia, primum quidem in Inſtitutiones Cur- *Collegia aperit.* ſorium, deinde Textuale Theoretico-practicum & denique Lectorium & Diſputatorium adornauit, & Diſſertationem de *Donationibus ante nuptias &c.* elaborauit. Anno *Peregrin.* MDCLX. d. VI. Aprilis peregrinationem in *Belgium* ſuſoepit, cumque in academia *Vltraiectina*, viris Nobiliſſimis atque Conſultiſſimis *Dn. CYPRIANO REGNERO, & Dn. PAVLO VOETIO*, Iureconſultis & Profeſſoribus Publicis famoſiſſimis per aliquot menſes operam dediſſet, *Lugdunenſemque* bene contemplatus eſſet, *Batauia* & *Seelandia* peragratis, in *Angliam* ſe contulit, vbi

Lon-

Londini tum ſupplicii de famoſis quibusdam Regicidis ſumti, tum ſolennitatum ob coronationem CAROLI II. reſtituti *Anglorum* Regis inſtitutarum ſpectator fuit. Vnde *Gallia* quoque ex parte perluſtrata per *Friſiam occidentalem Franeckerana* & *Groeningenſi* academiis inuiſis, menſe Iunio anno MDCLXI. in patriam redux, a Nobiliſſimo & Prudentiſſimo Senatu ad *Profeſſorium* munus in Collegio Iuridico legitime vocatus fuit. Quam ſpartam, vt eo melius ornare poſſet, *Ienae* nomen matriculae Candidatorum dedit; atque ab illuſtri Facultate Iuridica petiit, vt ad culmen honoris & gradus in vtroque Iure ſupremi rite eucheretur. Cui honeſtae petitioni illa lubentiſſime annuit, prius vero examinibus feliciter ſuperatis, Lectione Curſoria IV. Cal. Aug. anni dicti Diſputatione Inaugurali habita. Impetrato honore in Iure ſummo patriae, praecipue in grauiſſimis motibus fidam nauauit operam. Sed parum gratiae referens, poſt ſubactam vrbem anno MDCLXV. in academia Ienenſi *Profeſſor* renunciatus, ſummo cum ſtudioſae iuuentutis applauſu fructuque iura docuit. Anno ſequenti MDCLXVI. II. Martii *Gotham* conceſſit ab ERNESTO pio inter *Conſiliarios* receptus, *Praeſes* quoque fuit *Conſiſtorii*, annoque MDCLXXX. *ALBERTI*, *Ducis Conſiliarius intimus ac Cancellarius* factus eſt *Coburgi*. Denique inter Di-

In patria Profeſſor Publ. conſtituitur.

Doctoris gradum ambit.

Munia eius Gothae.

Coburgi.

Spirae. Moritur. Dicaſterii *Spirenſis* Aſſeſſores receptus, paulo ante ferale excidium Spirae exſpirauit. Famam ei apud doctos etiam poſt pia fata pepererunt ſcripta ſequentia:

Diſp. de Iure Sigillorum. Ien. 1665. Reſp. Caſp. Dan. Schneider.

Diſp. de Circumſtantiis. ib. eod. an.

Illuſtrium aſſertionum legalium Sylloge. Ien. 1665. Reſp. Franc. Wilck. Schweſ.

Veterum Iuris Interpretum Diſtinctiones approbatae. Ien. 1666. Reſp. Matth. Ernſt Elebrecht.

Et Diſtinct. magiſtrales improbatae. 1666. Reſp. Caſpar. Henric. Willman.

LIV.

HENRICVS BALTHASAR ROTHIVS

Rothius naſcitur. *Gerenae* in hanc lucem prodiit IV. Decembr. A. C. MDCXXXIX. Natus patre Conſultiſſimo Viro, LAVRENTIO ROTHIO, Praefecto Schwartzburgenſi ibidem: Matre nobiliſſima foemina, SVSANNA MARGARETHA SCHVLTESIA. Cum iam vltra primos annos proceſſiſſet, in ſchola patria fundamenta poſuit in literarum aeque ac pietatis capitibus. Non enim alibi rectius proficiunt tenera aetate filii, quam ſub oculis parentum. At mente iam confirmatior miſſus eſt ad claſſes

Scholam patr. frequentat.

Arn-

Digitized by Google

Arnſtadienſes, in quibus ope magiſtrorum dexterrima bonarum artium principia hauſit, atque abiturus ad *Ienenſem Academiam* prius in *Gerana Erfordenſium* ex Logicis diſputauit. Vt autem in Salana ordine progrederetur & neque tempore, quod fugit, neque ſumtu fruſtra vteretur, Dominis Profeſſoribus de meliore nota laudatus eſt, qui ad metam duxerunt ipſum feliciſſime. Nam in ſapientia humana inque diuina mox illa didicit, quibus in prudentia Iuris proueheretur ſine impedimento. Ex quo tamen abſoluerat, quae ſecum conſtituiſſet, quaeque magnis in re publica viris eum redderent amiciorem, ex Cathedra reſpondit aliquoties, & ſic alios docere incepit. A. C. MDCLXIII. poſtquam examine vtroque & lectione ſolenni aptus dignusque inuentus eſt, cui *ſupremi* in *Iure honores* decernerentur, eos quoque muſa plaudente conſequebatur. Sed neque ſatis erat in Schola tam egregie res geſſiſſe, nam non multo poſt in aulam *Arnſtadienſem* vocabatur, vt illuſtriſſimo Comiti Schwartzburgico, CHRISTIANO GVNTHERO glorioſae memoriae, a Conſiliis eſſet. In noua hac dignitatis acceſſione quam laudabiliter ſpartam ſuam exornauerit, documento eſt, quod nomine domus inclytae *Comitiis* interfuerit *circularibus* ſuperioris Saxoniae, coactis anno modo deſignato *Lipſiae*, in quibus non de patria ſolum; verum & communi vtilitate multa

Arnſtadium mittitur.

Diſputat. Ienae ſtudet.

Reſpondet ex Cathedra.

Doctor renunciatur.

Arnſtadii fit Conſiliarius.

Intereſt Comitiis.

multa perſuaſit ſalutaria. A reditu matri-
Contrahit matrimonium. monium contraxit cum nobiliſſima tum virgine, REGINA MARGARETHA, Magnifici Viri, HIERONYMI HEDENI, in aula *Arnſtadienſi Schwartzburgica* cancelarii filia. Non infoecundus iſte torus erat, quod pater duodecies foret liberorum. Mutatio ſtationis aulicae tam eminentis haut ſecuta, nec ipſe ad Salam delatus eſſet, niſi tandem molem ſenſiſſet laborum extra ordinem ad ſeſe deriuatorum, ac praetuliſſet academicum munus, quorſum, *Sereniſſimorum Sax. Ducum*, Nutritorum academiae clementiſſimorum, praecelſa voluntate deſtinabatur. Venit
Ienam venit. itaque *Ienam* anno MDCLXXVI. & auſpicia *profeſſionis* habuit laetiſſima, quorum fructus in recitationibus inque congreſſibus publicis, quorumque progreſſum & in diuerſis collegiis exactam ſententiam praedicarunt omnes vera amantes. Interea quoque munere
Decanatus & Rectoratus. Decani & Rectoris Magnifici aliquoties eſt functus. Nil magis ipſi optandum erat,
Valeindo eius. quam valetudo perennis atque ſecunda, quae tamen inter quotidianas occupationes periclitabatur ſemper. Per multos enim annos cachexia ſcorbutica eſt vexatus & frequenti calculi dolore, cui ſaepius cedere ac tempora meliora tribuere cogebatur per anhelitus, deſideria & cruciatus exquiſitos. Ad plura naturae incommoda tandem acceſſit inſultus apoplecticus, quam magna ſequebatur virium,

um, inprimis reminiſcentiae infirmitas. Cumque non niſi domi eſſe poſſet, ipſa quies inquietum reddidit corpus, & viſcerum compagem afflixit, ſimul & opem denegauit, quam ad conſeruationem praeſtat alias. Ex tanta morbi varietate laborauit ad vitae vsque finem, quem conſecutus eſt anno Chr. MDCLXXXIX. aetatis L. d. IX. Octobr. ſepultus. Ab eo edita ſunt ſcripta ſeq. *Obitus.*

De Poenitentia & Voluntatis Mutatione. Praeſ. G. A. Struve. *en. 4. 1663.*

De Iure Praecipui. Inaug. Reſp. Ludwiger. *Ien. 4. 1676.*

Diſp. de Fide iuſſoribus delinquentium. Reſp. Mich. Jürgens. *Ien. 4. 1677.*

De Imperio paris in parem. Reſp. Henr. Pragmann. *Ien. 4. 1677.*

Diſp. Inaug. de interuent. Tertii. Reſp. Io. Dau. Berringer. *ib. 4. 1678.*

LV.

NICOLAVS CHRISTOPHORVS,

SACRI ROM. IMPERII

LIBER BARO, ET EQVES

DE LYNKER,

FLVRSTETTI ET KOETSCHAVII

DOMINVS,

Natus eſt *Marpurgi*, in ſede Muſarum amoeniſſima d. II. Apr. A. O. R. MDCXLIII. Pa-

Patria. Parentes. Parentibus virtute ac dignitate clarissimis, ex familia paterna LYNCKERORVM & materna *Vinerorum*, vetusta vtralibet ac honoribus praecipuis cumulata. Omnem illi cogitationem in filioli educatione ad veram pietatem, mores probos & rudimenta literarum posuerunt, quare, cum bello inter *Hassorum* Principes, *Cassellanum* & *Darmstadinum* de Principatu orto, vrbs vice plus simplici fortunis spoliaretur, ac tandem ad *Cassellanos* peruenirent; & officii Principalis continuandi gratia in vrbem *Giessam*, vbi academia, quondam *Ludouiciana*, restaurabatur concedentes filium studiis mancipatum, nunc septennem, vlterius Praeceptoribus & domesticis & mox in Paedagogio publico illustri docentibus tradiderunt, quorum ductu eos tam in pietate quam in literis Graecis ac Latinis progressus fecit, vt anno MDCLVIII. communi omnium post Paedagogiarcham, EBELIVM illum celeberrimum Philosophum, Praeceptorum classicorum suffragio & autoritate Philosophicae Facultatis lectiones publicas frequentare coeperit. Anno sequenti MDCLIX. studiorum causa *Ienam* abiit, vbi porro humanioribus operam strenue nauauit, praeeuntibus viris celeberrimis BOSIO, Professore P. & WONNA, Amplissimae Facultatis Philosophicae Adiuncto, & cursum etiam, quem vocant, Philosophiae integrum sub excellentissimi ZAPFII, Profesſo-

Giessam abit.

Informatur ibid.

Ienam se confert.

Humanioribus & Philosoph. studet.

fessoris P. institutione priuatissima, tum vero Logicam praecipue & Metaphysicam generalem ad STAHLII Tabb. & specialem ad Systema suum cum Commentario, in collegiis, quae B. BECHMANNVS publice & priuatim legendo & dictando aperuit, cum magno fructu absoluit. Exortis vero ibidem anni MDCLX. mense Augusto turbis Academiae funestis *Iena* inuitus discessit, & reliquis Academiis Electoralibus Saxonicis, *Lipsiensi* nempe & *Wittenbergensi* collustratis, *Giessensem* repetiit, vbi denuo in studia humaniora & Philosophiam totus incubuit, Praeceptoribus vsus Excellentissimis WEISIO & RVDRAVFIO, atque in Mathematicis praecipue FRIDERICO MVLLERO, P. P. Interea ICti eo tempore famigeratissimi, IO. OTTONIS TABORIS, Academiae illius Cancellarii & Professoris Primarii suasu atque auspiciis Iuris studium est amplexus, linguas quoque exoticas, Gallicam videlicet, Italicam ac Hispanicam tum his in terris non adeo tritas probe percepit, aliisque bonis artibus & exercitiis studuit. Circa finem anni MDCLXI. Athenas *Marpurgenses* inuisit, vbi in palaestra Iurisconsultorum strenue desudauit, & suorum Praeceptorum, Consultissimi DEXBACHII, HOLTERMANNI aliorumque vtens consuetudine disputando sub iis potissimum se exercuit. Eodem anno *Giessam* rediit, vbi pri-

Iena discedit.

Giessam redit.

Operam dat porro Philosophiae, Matheſi, Iurisprud. & linguis exoticis.

Abit Marpurgum.

Reuertitur Giessam.

Aperit collegia. priuatos intra parietes aperuit collegia, auditoribus, ſupra plebem poſitis, gauiſus. Anno MDCLXIV. laudati Cancellarii, TABORIS, monitu ad honorem in Iure ſupremum, tanquam laboris praemium conſequendum ſe compoſuit, ac inſuper habito ex gratia ſingulari Facultatis tentamine, Diſputatione publica de *Separatione bonorum* ſine Praeſide feliciter habita, atque examine rigoroſo ab omnium Facultatum Profeſſoribus ſuſcepto ab illuſtri Facultate Iuridica, Decano D. IACOBO LEBLEV, IC. *Fit Licent. Iuris.* Licentiatus Iuris ſumma cum laude eſt renunciatus. *Docendo Iura & Philoſophiam pergit.* Quo facto legendo iterum ac diſputando perrexit, nam priuatim expoſuit non tantum, quae ad Iura ſpectant: Verum etiam totam Philoſophiam auditoria ſelecta nactus Iuuenum Generoſorum, nobilium, aliorumque, quorum plurimos virtus & induſtria ad honorum praeclara faſtigia poſthac euexit & adhuc ſuſtentat. Qua gloria etiam cathedram Iuridicam ibidem animauerit, *Diſputat praeſidendo.* diſputationes plurimae, quarum aliquot typis exſcriptae adhuc eruditorum manibus voluuntur, ſatis teſtatae ſunt. Anno MDCLXVIII. menſe Iunio Doctoratum ſubiit, quibus ſolennibus ſimul virum ſumme reuerendum Dn. HANNEKENIVM, hodie *Creatur Doctor Iuris.* SS. Theol. D. & *Witteberg.* Prof. P. in Theologia promotum, competitorem habuit. *Vocationes extra Haſſiam detrectat.* Interea ciuitas non vna Imperialis functio-

ne

nes apud se primarias ei obtulit, quas tamen scopo suo minime consentaneas modeste declinauit. A. C. MDCLXIX. *Protribunalia seu selectas, ad IV. priores Libros, controuersias, publice defensa* edidit, & Sereniſſimo *Landgrauio LVDOVICO*, academiae Nutritori, dedicauit, cuius iussu III. Nou. eiusdem anni Professor Iuris extraordinarius est declaratus. *Fit prof. Iur. Extraord.* Muneri huic d. III. & XXV. Iulii MDCLXX. praefectus & solenniter introductus, Oratione de *Manu Regia* publice habita, Ius publicum inprimis & Feudale pro cathedra explicauit. D. I. Decembr. anni dicti sereniſſimus Princeps ac Dominus, Dn. IOHANNES GEORGIVS, *Dux Saxo-Iſenacenſis*, ei praeter exspectationem munus Consiliarii detulit, quale non minus ei ab illustriſſimo Domino, Dn. SALATINO ERNESTO, Comite *Manderscheidenſi* obtigit. *Consiliarius Saxo-Iſenae.* Nec annis sequentibus defuerunt ei vocationes ad alias academias; quin & in votis habuerunt diuersi Ordines Equestres, vt Syndici munere apud ipsos fungeretur, & vrbs quaedam Imperialis, quam acerbiſſima nuper fata perpessam vidimus, ad Consulentis munus illum expetiit, nec tamen ei tunc quidem *Haſſia* excedere visum fuit. *Nouae Vocationes aliae illi offeruntur.* Interea causas plures in aula Caesarea & Camera Imperiali inque aliis iudiciis suo consilio tuitus est: Nec non Tract. *de Grauamine Extraiudiciali*, vt & *de Habitatione*, *Scripta edit.*

publici Iuris fecit. Quamuis autem vitam Profeſſoriam maximam ſibi afferre tranquillitatem ſentiret: aula tamen cum academia de virtute eius & doctrina certans illum tandem obtinuit, cum anno MDCLXXIII. menſe Decembri laudatiſſimus Princeps, *Dux Saxo-Iſenacenſis*, Dn. IO. GEORGIVS ipſum ad munus Conſiliarii aulae & regiminis clementiſsimè vocaret. Igitur itinere Spirenſi ad iuſſum Principis ſui altera vice abſoluto & diſputationibus *de Inuentione & de Proxenetis* in academia publice habitis & obtenta anni MDCLXXIV. menſe Maio clementiſsima à Sereniſſ. *Landgrauio Darnſtad.* LVDOVICO venia ſequente xxvi. Iunii *Gieſſa* relicta comitibus omnium Facultatum Profeſſoribus & Conſanguineis ſuis *Iſenacum* ſe contulit, vbi d. xxiii. Iulii praeſentibus ipſo *Sereniſſ. Duce*, *Proprincipe Burggrauio* G.L. de Kirchberg & ZACHARIA Prüſchenck à Lindenhove/ Regiminis & Conſiſtorii Praeſide prouinciam ſibi demandatam ſuſcepit. A. MDCLXXIV. & MDCLXXV. diuerſis colloquiis & congreſſibus autoritate vniuerſae domus Saxon. inſtitutis interfuit, nec non à Principe ſuo ad Electorum & Principum quorundam aulas miſſus eſt. Anno MDCLXXVI. ſibi deſpondit virginem ſuauiſſimam pariter ac pudiciſſimam, Archiatri quondam Ducalis Saxo-Iſenacenſis excellentiſſimi, ex proſapia WIDMARCK-

Iſenacum vocatur.

Spiram proficiſcitur. Diſputat.

Iſenacum ſe confert.

Introducitur Conſil. aulae &c.

Ablegatur.

Matrimonium init.

TE-

TERIA, filiam, quae quidem, poſtquam coniugium cum ea optimum per nouendecim annos tranſegiſſet, d. XIII. Ianuarii MDCXCV. *Ienae* fato conceſsit, marito filios duos, parentis veſtigia tenaciter inhaerentes, CHRISTIANVM ERNESTVM & WILHELMVM FERDINANDVM, nec non tres filias, IOHANNETTAM MARIAM, hodie Domino de Hendrich, Haereditario in Gerâuth & Stein / Conſiliario Ducali Sax. & Praefecto Eisfeldenſi &c. elocatam; ELEONORAM SOPHIAM, & PHILIPPINAM HENRIETTAM relinquens. Circa idem tempus, quo Facultatis Iuridicae, quae *Ienae* floret, Senior, IOHANNES STRAVCHIVS, *Gieſſam* ad Profeſsionem primariam & Procancellariatum obeundum abibat, Serenisſimi academiae Ienenſis Nutritores in locum eius LYNKERVM deſtinabant. Quapropter clementisſima *Iſenaci* impetrata dimisſione, Facultatis Senioratum ſibi delatum ſuſcepit, & anno MDCLXXVII. menſe Aprili *Ienam* ſe contulit; vbi diſputatione pro loco de *Beneplacito* habita, labores academicos eſt auſpicatus ac ſimul Scabinatus ac Curiae prouincialis Aſſeſſor ſenior conſtitutus. Quamuis autem anno MDCLXXVIII. illi ad praeclarum in ciuitate quadam imperiali primaria Syndici munus, nec non ad eminentisſimae alicuius aulae Ducalis, nunc Electora-

Vxor moritur.

Liberi eius.

Strauchio ſuccedit.

Ienam abit.

Diſputat pro loco.

Iterum auocatur.

lis, Conſiliariatum vocatio, item anno MDCLXXX. praeter alias grauiſſimas functiones Cancellariatum aliquem academicum capeſſendi occaſio ipſi oblata fuerit: *Ienae* tamen commorari maluit, vbi eodem anno excellentiſſimo ICto, GEORGIO ADAMO STRVVIO, Profeſſionem Decretalium dimittente, primatum obtinuit. Anno iam dicto vergente ex commiſſione imperiali, cauſam inter potentiſſimum Electorem *Brandeburgicum* & Serenisſimos Principes *Brunſuic.* & *Lünaeburg. Quedlinburgi* curauit, quo confecto negotio a Serenisſimis Ducibus Saxonicis vtriusque lineae denuo ad Cameram Spirenſem & anni MDCLXXXII. menſe Martio a Serenisſimo Duce *Saxo-Gothano*, FRIDERICO, *Viennam* ad Imperatorem miſſus vtroque munere felicisſime perfunctus eſt. Sequente anno MDCLXXXIII. menſe Aug. *Ienae Saxo-Iſenacenſis* aulae regiminis & Conſiſtorii tutelaris Conſiliarius eſt conſtitutus, cui muneri etiam, poſt beatum obitum Serenisſimi Ducis IOHANNIS GEORGII, Tutoris, Serenisſimo Principe ac Domino, Dn. WILHELMO ERNESTO, *Duce Saxo-Vinar.* nouo tutore, praefuit vsque ad annum MDCLXXXVII. quo laudatiſſimus Princeps eum Conſiliarium ſtatus intimum ſibi delegit, quo in officio fidem & induſtriam ſuam Principi vsquequaque probauit: quare cum anno MDCLXXXVIII. *Vien-*

Profeſſor Decret.

Negotium ingens ſuſcipit.

Spiram mittitur.

Conſiliarius aulae Ienenſis.

Conſil. intim. Vinar.

Digitized by Google

Viennam ad Imperatorem Roman. Serenissimi & Vinarienses & Isenacenses Principes aliquem, qui inuestituram terrarum suarum obtineret, mittere decreuissent; par tantae rei visus est LYNCKERVS, qui & hoc negotium summa dexteritate eaque prudentia curauit, vt Principes Serenissimi singulari munificentia a reditu auspicatissimo illum prosequerentur; Magnus autem LEOPOLDVS praesentem *Viennae* gratia Caesarea iugiter respexerit, ipsumque ac descendentes ipsius *Nobiles & Sacri Rom. Imperii Equites*, impertitis ei ac posteris insignibus quadripartitis & geminata galea ornatis declarauerit. Ex quo porro Aulam & consilia Heri sui, tum & academiam fideliter adiuuit. Cum autem anni MDCXCII. d. xvi. Decembris supra laudatus Dn. STRVVIVS vita functus esset, in Ordinariatum suffectus anni MDCXCIV. d. xx. Iunii a Generoso Dn. IO. BRVN. a Bolnitz / tum temporis Iudice Prouinciali in Curia Prouinciali introductus est. Rectoris etiam Magnifici munere semel functus, sed vicem alteram grauibus de causis deprecatus est; tandemque Serenissimorum Dnn. Nuttitorum permissu Professionem academicam resignauit. Anno MDCXCV. d. x. Iulii Praeses Consistorii supremi, quod *Vinariae* est, constitutus. Interea inuictissimus Imperator LEOPOLDVS anno MDCC. d. vi. Augusti motu

Viennam mittitur.

Declaratur Nob. Dominus & S.R.I.Eques.

Praeses Ordin. in Curia Prouinc.

& omnium collegior. Iurid. Rector Magnif.

Professionem resignat. Praes. Cons. supr. Vin.

proprio eundem cum posteris ipsius in nu-
S. R. I. Baro. merum *Baronum S. Romani Imperii* clementissime cooptauit, insignibus auctis, iisque, inserta parmula media coronata idque ex meritis praeclaris in diplomate grauiter expressis. Anno MDCCI. mense Martio *S. R. I. Baro & Eques de LYNCKER* Praesidii onere in Protosynedrio *Vinariensi* benignissime leuatus sequentis anni XXIII. Aug.
Praeses consilii secreti Ducal. in Praesidem consilii secreti Ducalis euectus est: Anno MDCCVII. a Serenissimis Ducibus Sax. Viennam mittebatur, quo post reditum reuocabatur, vt Consiliarii aulici in Romano Imperio munere fungeretur, in quo administrando & inuictissimi Imperatoris & omnium bonorum expectationi in hunc vsque diem satisfecit & in posterum satisfaciet.

Effigies. Prostat effigies eius vna *Augustae Vindelicorum* ab HEINZELMANNO elegantes sculpta: Altera Amstelodami per SCHENCKIVM, addito a quopiam encomio ex Martiali: *Cecropiae madidus Latiaeque Mineruae artibus.* Tertia vero ab eodem confecta, quae tamen non melius quam media illa nostrum refert, quam quidem felicius expressit vna cum insignibus Numisma iconicum anno MDCCIV. mense Iulio cusum. Ingenii ac doctrinarum opes cognosces ex scriptis partim editis, partim adhuc edendis, quorum seriem & contenta plenius exprimit

co-

eorum recenſio Ienae anno MDCXCVI. literis Niſianis in 4. ſub hac rubrica edita:

Scripta, quae Lynkerianum nomen praeferunt vel adiſtud pertinent, edita plurimum & adhuc ex MSCR. edenda.

Sunt autem:

1. Ratio docendae diſcendaeque Iurisprudentiae Romano-Germanicae. Ien. 1686. fol.
2. Sciagraphia Inſtitutionum. Ien. 1686. fol.
3. Facies genuina Pandectarum. ibid. 1687. fol.
4. Conſpectus Iuris Publici Romano-Germ. ibid. 1686. fol.
5. Delineatio Iuris feudalis. ib. 1688. fol.
6. Decretalium Iuris Pontificii methodica diſpoſitio. ib. 1681.
7. Series operis *Hugonis Grotii* de Iure Bell. & Pac. ib. 1688.
8. Sciagraphia Ethices *Ionſtonianae* & librorum politicorum Iuſti Lipſii. ibid. 1685. fol.
9. Inſtitutiones Eloquentiae forenſis.
10. Analecta ex Diſcurſibus academ. ad Ius vniuerſum. ib. 1691. 4.
11. Analecta ad diſciplinas philoſophicas omnes.
12. Nexus Inſtitutionum Iuſtinianearum. Ien. 1691. 8.

13. Institutiones Iustinianeae.
14. Vniuersi Iuris Pandectarum methodus dichotomica Ien. 1678. fol.
15. Commentaria in vniuersum Ius Ciuile Romano-Germanicum. VII. partibus, ad seriem digestorum, e quibus edita sunt ad Lib. I. & II. L. III. Tit. I. L. V. & VI. L. XII. Tit. 1. 2. & 3. Ien. 1698. 4.
16. Facies Codicis Iustinianei.
17. Systema Iuris Publici Rom. Germanici.
18. Praecipua Feudalia.
19. Institutiones Iuris Canonici.
20. Iurisprudentia axiomatica.
21. Commentarius ad Boecleri Notitiam Imperii Romani Germanici.
22. Commentarius ad Vlrici Huberi libros de Iure Ciuitatis.
23. Protribunalia. *Giessae*, 1669. 4.
24. De Grauamine Extraiudiciali. ib. 1672. 8. & sec. editione. 1698.
25. Concordantiae Iuris Feudalis. *Ien.* 1688. fol.
26. Instructorium Forense. ibid. 1691. fol.
27. Vigor Romani Iuris inter Iura publica Romano-German. Imperii.
28. Praerogatiua Iuris Canonici.
29. Lapsuum Grotianorum specimen in vno Cap. X. Lib. II. de I. Belli & Pacis.
30. Atrium Iuris Publici. *Giessae*, 1671. 8.

31. De

Digitized by Google

13. De superioritate Territoriali eiusque iuribus, commentatio vberior.
32. Commentatio ad Capitulationem Leopoldinam.
33. Tabula facti.
34. Decisiones iuridicae: quarum editae nunc sunt M. D. tribus partibus 4.
35. Obseruationes Forenses ad Processum iudiciarium.
36. Rationale Differentiarum Iuris Electoralis & Iuris Ducalis Saxonici.
37. Unterweisung/ wie Beambten und Gerichts-Verwaltere/ in Verführung peinlicher Processen sich zu verhalten; sammt einem Bericht von dem Begnadigungs-Recht u. dessen Ubung/ wie auch Minder- und Verwandelung der Straffen.
38. Responsorum Iuris volumina plura: nunc volumen vnum, cuius responsa in certas classes dispositа sunt, editum est 1704. in fol.
39. Schema Aureae Bullae.
40. Neruus Capitulationis Caesareae.
41. Fluctus interpretum, de communicatione Maiestatis eiusue Iurium in Imperio Rom. Germanico, compositi: *Vt salua euadat Maiestas Caesaris. Ien.* 1692. 4.
42. Iudex in Lampadium de Republ. Rom. Germ.
43. Status Imperii Rom. Germanici, seu Dissertationes de 1. Ciuium immedietate, 2. Sta-

2. Statuum Superioritate, Libertate, Potentatu. 3. Caesaris & Regis Maiestate.

44. De Pontificatu Impp. Romanorum.

45. De incorporatione Terrarum Imperio debita.

46. Restituta Literarum Obligatio. Ien. 1693. 8.

47. De Domo priuata Principis.

48. Praxis Iuris Canonici in Foro Protestantium: Lib. II.

49. De Magnitudine & Perseuerantia Imperii Romani Liber singularis.

50. De Iure sacrorum, quo Caesar Maiestate sua valet.

51. De Exortu Electionis & Electorum Imperatoris Rom. simul ac de origine Electoralium officiorum.

52. Legum Romanarum de praeiudicio Partus, in speciem dissidentium, conciliatio. *Ien.* 1692. 4.

53. Suppetiae nouae & vnicae ad Lib. LXIX. Pro Socio. 16. 8.

54. Auspicia Academica.

55. Notae subitaneae ad Boecleri Instit. Politicas. 16. in 8.

56. De legato secundo & vlteriori.

57. De manu Regia Dissertatio.

58. Praescriptiones publicae inauguralibus lectionibus praemissae, varii argumenti. 16. 8.

59. Dif-

Digitized by Google

59. Dissert. Inaug. pro Licentia de separatione. Giessae, 1664. 4.
60. Dissert. pro loco in Facult. de Beneplacito. Ien. 1677. 4.
61. De Impari ad Morganaticam Matrimonio.
62. Tract. de iure habitationis. Giess. 1673. 4. & secunda edit. 1704.
63. Zwey Bücher: Eines von der Liebe GOttes gegen uns; Das andere von denen Pflichten Unserer gegen GOTT und den Nächsten.

Sequentes Disputationes, quae nomen eius, vt Praesidis, praeferunt, plerumque a Respondentibus, auspiciis eius & ductu cum & sub censura illius, reliquae vero integrae ab eo confectae sunt.

64. Andreae Bilderbeck, Iuris Lubecensis Patrii a communi Rom. Germ. Iure Differentiae: noua eaque luculenta serie digestae. *Giessae*, 1672. 4.
65. Dissert. de Periculo & commodo rei venditae.
66. Disquisitio: quo tendant studia Iuris. *Ien.* 1678. 4.
67. De vi legis in praeteritum. *Christ. Hieron. Mühlpfortii pro Grad. Ien.* 1681.
68. Dissert. de Iudicio status, *Christoph. Laubingeri.* ib. 1691.
69. Lex Rhodia de iactu, *Ioh. Dietr. Ketzler.* ib. 1679. 4.

70. Dis-

70. Diſſ. de Pactis, Reſp. *Ioh. Henr. Berger.* ib. 1679. 4to. 1699. *auctior.*

71. Diſſ. de Repraeſentatione pecuniaria, *Io. Sigiſm. Groſsgebaueri. Ien.* 1694. fol.

72. Diſſ. de Vinculo Familiae, *Chr. Frid. Beerbalck.* ib. 1691. 4to.

73. Diſſ. inaug. de Cautione Fructuaria. *Ioh. Leonh. Radefeld. Ien.* 1689. 4to.

74. Diſſ. de Abſolutoria, *Io. Georg. Glaezel. Ien.* 1695. 4to.

75. Diſſ. de Praeſentatione ſui ipſius. *Sal. Frid. Fiſcher. Ien.* 1689. 4to.

76. Diſſ. Inaug. de Anagyria. *El. Wachsmuth.* ib. 1692. 4to.

77. Diſſ. de Compromiſſis. *Chr. Henr. Weſtorp.* R. ib. 1686. 4to.

78. Diſſ. Inaug. de eo, quod iuſtum eſt, circa ſilentium. *Chriſt. Gottfr. Schrammii.* Ien. 1693. 4to.

79. Diſſ. de familiarum nobilium ſplendore. *Henr. Philipp a Gotthaus*, de Ledenburg. Equitis Oſnabr. Weſtph. ib. 1689. 4to.

80. Diſſ. de Iuramento Mandatarii in animam principalis. *Io. Henr. Iacobi.*

81. Diſſ. de affectione. *Io. Alexand. Schegk.* ib. 1690. 4to.

82. Diſſ. Inaug. de Partu ſuppoſito. *Pet. Io. Oehnſen.* ib. 1690. 4to.

83. Diſſ. de Tranſactionibus, Reſp. *Paul. Henric. Tilemann.* ib. 1679. 4to. 1699 auctior.

84. Diſ-

Digitized by Google

84. Diſſ. Inaug. de commendatione ſpeciali. *Chriſt. Schmid.* Ien. 1693.
85. Iura ſecundi per Diſſ. Inaug. *M. Nic. Einert.* Ien. 1684. 4to.
86. Diſſ. de Receptis. R. *Io. Samuel Brunner.* Ien. 1679. 4to.
87. Diſſ. de eo, quod intereſt. *Heinr. Chr. Schleicheri.* ib. 1691. 4to.
88. Diſſ. de Iuribus ac priuilegiis Minorum, *Georg. Nicolai Appold.* ibid. 1693. 4to.
89. Diſſ. de Laudi vitiis, Reſp. *Balth. Steudner.* ib. 1679. 4to.
90. De Poteſtate Matris in Liberos. *Frid. Iac. Fabarii.*
91. Diſſ Inaug. de iure denunciationis. *Io. Laur. Sorge.* Ien. 1669. 4.
92. Diſſ. Inaug. de cautione vſufructuaria. *Ioh. Chriſt. Hartung.* Ien. 1681. 4.
93. Diſp. de Fidei commisſis vniuerſalibus, Auct. *Chriſt. Hieron. Mühlpfort.* ib. 1680. 4to.
94. Diſp. de Indiuiduitate, *Auguſt Hofmanni.* ib. 1684. 4to.
95. Iura praemiorum Diſſ. *Bernh. Wilh. ab Oppel.* ib. 1691. 4to.
96. Diſſ. exhibens iura Minerarum. *Io. Wolffg. Hofflich.* ib. 1695.
97. Diſſ. inaug. de Ganerbinatibus, *Erh. Wilh. Himmelii.* ib. 1689. 4to.

98. Diſſ.

98. Diſſ. inaug. de acceſſione fluuiali, *Georg. Sauereſſig.* ibid. 1689.

99. Diſſ. inaug. de iure Commiſſorum, *Petri Iurges Buskargii, Sueci.* Ien. 1670. 4to.

100. Diſſ. inaug. de Semiplenis. Probationibus *Hermann*, *Vortmanni.* Ien. 1693. 4to.

101. Diſſ. inaug. de Reductione ad Arbitrium boni Viri. *Io. Godof. Klemmii.* Ien. 1691. 4to.

102. Diſſ. inaug. de Auxiliatoribus. Furum. *Chr. Sterlick.* ib. 1687. 4to.

103. Diſſ. de Poteſtate Imperatoris alienandi bona Imperii. inaug. *Gottl. Sig. Bauſii.* Ien. 1695. 4to.

104. Diſſ. inaug. de Acquiſitione Coniugiali, ad Partem V. Tit. V. Reform. Francof. *Io. Eſa. Schneideri.* Ien. 1695. 4to.

105. Diſſ. de Iure Repreſſaliarum, Iurisque Gentium & Ciuilis, qua illud conuenientia & diſconuenientia *M. Io. Iac. Mülleri.* Ien. 1691. 4to.

106. Diſſ. inaug. de Bonorum Allodialium in Feudalia incorporatione. *Io. Wilh. Thaureri.* Ien. 1693. 4to.

107. Diſſ. de Reſiſtentia, quae ſit poteſtati. *Io. Chr. VVild.* Ien. 1694. 4to.

108. Diſſ. de iure rerum, quam aſſeruit *Bernh. Ludouic. Mollenbec.* ibid. 1678. 4to.

109. Ex-

Digitized by Google

109. Experimentum Conciliationis Enantiophanon, in deciſionibus Meuianis, *Guſtaui Carol. Scharnhorſt.* pro Licent. Ien. 1694.

110. Diſſert. inaug. de Pauliana, *Io. Hartm. Scheibler.* Ien. 1675. 4to.

111. Diſſ. inaug. de Succeſſore Feudi. Reſp. *Io. Chriſt. Müller.* ib. 1689. 4to.

112. Diſp. inaug. de amputatione membrorum in his, qui delinquunt. *Heinr. Günth. Boetticheri.* Ien. 1681. 4to.

113. Diſſ. de priuilegiis depoſiti, *Anth. Frid. Dolle.* ib. 1678. 4to.

114. Diſſ. inaug. de Reliquis, *Ioh. Chriſt. Schroeteri.* Ien. 1683. 4to.

115. Selectarum Poſitionum Centuria. *Io. Frid. de Ritter,* Ien. 1687. 4to.

116. De Praecellentia Marium prae Foeminis. *Io. Georg. Manckelii.* Gieſſ. 1673. 4to.

117. Diſp. de Proxenetis, *Gerh. Wennemari Elberi.* ib. 1674. 4to.

118. Diſſ. de Mero Imperio. Reſp. *Henric. Sollingh.* Ien. 1679. 4to.

119. Diſſ. inaug. de Iurisiurandi Inualiditate. *Frid. Gottl. Blumbergii.* Ien. 1688. 4to.

120. Diſp. Inaug. de Poteſtate eminente Principis in Iudicio. *VVolffgang. Georg Rabe.* Ien. 1680. 4to.

121. Diſſ. de Commiſſario imperiali ad Negotia ſtatus.. *Io. Chriſtophori Purckl.* Ien. 1678. 4to.

122. De Commiſſario imperiali ad cauſas iuſtitiae, eiusd. inaug. Ien. 1685. 4to.

123. Diſſ. inaug. de iure reſtituendi famam. *Chr. Coriarii.* Ien. 1678. 4to.

124. Diſſ. inaug. de Baptismo, *Io. Iac. Hartung.* ib. 1684. 4to.

125. Diſſ. de eo, quod circa ſacram coenam iuſtum eſt, *Caſp. Ioh. Bretnütz.* Ien. 1690. 4to.

126. Diſſ. inaug. de Fatalibus, *Io. Frid. Herzog.* ib. 1678. 4to.

127. Diſſ. inaug. de nominatione ſocii criminis. *Caſpar. Creuzing.* ibid. 1686. 4to.

128. Diſſ. de bonis ereptitiis, *Rupert. Sigism. Haebedim.* ib. 1690. 4to.

129. Aſſertiones ex diuerſi iuris materiis. *Io. Alb. Maemming.* Ien. 1679. 4.

130. De Feudo pecuniario, inaug. *Aug. Drachſtett.* ib. 1680. 4to.

131. Diſſ. inaug. de Bodmeria, *Io. Dider.* von Büren. ib. 1679. 4to.

132. Diſp. de ſumtibus, *Io. Leonh. Radefelt.* Ien. 1684. 4to.

133. Diſſert. de plenitudine ſummae poteſtatis. *Car. Chriſt. Strauſſii.* ibid. 1691. 4to.

134. Diſſ.

134. Diſſ. de ſuperioritate ſacra, *Phil. Günth. Foerſteri.* ib. 1689. 4to.

135. Diſſ. de Potentatu, *Io. Mich. Hartmann.* Ien. 1690. 4to.

136. Diſſertat. de Archiuo Imperii, Reſp. *Henric. Sigismund. Danckluffi.* Ien. 1686. 4to.

137. Diſſ. de Idiomate Imperiali, Reſp. *Georg. Gottl. Struu.* ib. 1687. 4to.

138. Diſſertat. de Conſenſu Electorali, Reſp. *Goſche* von Ahlefeld. ib. 1677. 4to.

139. Diſſ. de eo, quod iuſtum eſt circa perſonas diuerſae religionis. *Io. Conr. Schemel.* Ien. 1691. 4to.

140. Diſſertat. inaug. de munere directoriali circa negotia imperii, *Chriſtoph. Rudolphi Heidenreich.* Ien. 1693. 4to.

141. Diſſ. Inaug. de perſecutione hoſtis imperii publici, *Salom. Frid. Fiſcheri,* Ien. 1691. 4to.

142. Diſſ. de Religione Obſequii, Reſp. *Georg. a Werthern.* ib. 1682. 4to.

43. Diſſ. de Cataſtris, *Io. Ioach. Mülleri,* ib. 1692. 4to.

144. Diſſertat. ad cauſas Iudicium Camerale fundantes. *Io. Chriſt. Hund.* Ien. 1693. 4to.

145. Diſſ. de Formis Procuratoriis, *Georg. Goelgel.* Ien. 1694. 4to.

146. Diſſ. inaug. continens collationem Proceſſus iudicii prouincialis Holſatiae, cum Proceſſu iuris comm. & Saxon. *Erici Hennings.*

147. Diſſ. inaug. de iure & contractu colonario Prouinciali, Landſiedel-Recht und Leyhe. *Georg. Ludou.* Handwercks / Hanouienſis. 1696.

148. Diſſ. inaug. de Militia togata, *Iohannis Philipp. Vffenbachii*, Moeno-Francofurtani. 1697.

149. Diſſ. inaug. de iuribus peculii militaris, *Chriſtophori Conradi Baumgartneri*, Onoldini. 1697.

150. Diſſ. inaug. de bona fide in praeſcriptionibus, *Chriſtiani Caſimiri Radefeld.* 1696.

151. Emendationes ad Analecta in Ius vniuerſum, ab ipſo Auctore profectae. 4. ap. *Bielkium.*

152. Trutina doctrinarum *Io. Brunnemanni*, ICti, quibus in Commentar. ſuis ad Pandect. & Cod. curſusque ſcriptis ſuis a *Bened. Carpzou.* aliisque ICC. Saxonicis diſſentiendum ſibi eſſe, exiſtimauit, auctore *Wilhelmo Erneſto Schmidio*, ſub praeſidio *Lynkeriano.* 1697. 4. Hanc inſecutus eſt index in Vindicias non vindicis maleſani Auctoris Hallenſis. 1698. 4to.

153. Iu-

Digitized by Google

153. Iudex repetitus quorundam iudiciorum in inſtructorio forenſi *Lynkeriano*. 4.

154. Diſp. de Euictionibus (praeſtandis) auct. *Theodoſio Emanuele Volkhart*. 1699. 4to.

155. Diſſert. inaug. de Mandato rei turpis, *Mauritii VVilhelmi Haberland*, Cizenſis Miſn. 1699. 4.

156. Tr. de inueſtigandis inſtituendisque actionibus, nomine *Caroli Sylbiadi Nicaei* emiſſus. 1698. 4.

157. Commentationis in Ius Patrium, ſtatuti Ciuitatis Lüneburgi pars communis, de ſtatutis Ciuitatum Prouincialium, a *Georgio de VVitzendorff*. ſub Praeſid. *Lynkeriano* defenſa. 1699. 4.

158. Disquiſitionis Academicae, in qua auctoritas vſusque LL. Iuſtinianearum in Germaniae iudiciis, tum rationum robore, tum ICC. in foro verſatisſimorum fide, ad ſeriem Tr. Grönwegii d. LL. abrogatis in Belgio, &c. modeſte aſſeritur: Diſp. praeliminaris, de Iuris Legumue diſſentaneis ſeu contrariis, *Theodori VVolfii*, Schlaiza-Var. ſub Praeſid. *Lynkeriano*. 1698.

159. De Inuentione Diſp. Rieſii, Gieſſ. 1674.

Sunt & edita quaedam, cumprimis Conſiderationes aliquae, Bedencken / Deductiones, Ausführungen / Vorſtellungen / Unterrichte / in cauſis arduis publicis &

Principum plurimum nomini *Lynkeriano* adſcripta; quod tamen nomen ſuum, cum ad illa profeſſus ipſe non fuerit: ideo conſulto ea h. l. praetermittuntur.

LVI.

PETRVS MVLLERVS,

Müllerus nascitur.

VIr multis modis longe meritiſſimus, vitae theatrum ingreſſus eſt *Nordhuſae*, quae eſt vrbs Imperialis ſatis nota, d. XIX. Iulii, A. C. MDCXL. natus parentibus generis non ignobilis. Patrem habuit Virum Nobiliſſimum Dn. ANDREAM MVLLERVM, Poligraphum & Practicum eximium; matrem vero CATHARINAM BARBARAM, gente virtuteque praeſtantiſſimam, Viri Excellentiſſimi Dn. NICOLAI RVDOLPHI, ICti & Sereniſſimi *Brunſuicenſium* Ducis Conſiliarii filiam. Suſceptum ex benigna Dei manu pignus nobile parentes nobiliſſimi ad ſacroſanctum baptismatis fontem, peccati illuuie ſordibusque ſqualidos purificantem, abluendum, Chriſtique regno inſerendum curarunt. Sed parente laudato, cum vix ſemeſtre viuendo attigiſſet, filiolus in cunis adhuc vagiens, praematura abrepto morte, cura educationis matri ceſſit. Interibi, dum,

Eius parentes.

Horum cura de filio.

Pater moritur.

Digitized by Google

dum, ſic moderante Numine, praeterlapſo annuo ſpatio Nobiliſſimus, Dn. GEORGIVS PFEIFFERVS, tum apud *Nordhuſanos* Secretarius eam matrimonio ſecum iungens, in parentis locum ſuccedebat, educationisque cura in ipſum transferebatur, quam & tanta fide tantoque ſtudio ac induſtria geſſit, vt habuerit filiolus, quod ſibi gratularetur, ſiquidem non tam alterum quam ſecundum in eo parentem ſe habuiſſe, agnouit grato animo ſemper ac collaudauit. Prima vero ſtatim aetate, cum indoles Noſtri egregia ſub priuatorum informatorum cura diſciplinis excitata, magis magisque gliſcere inciperet, publicis traditus ſcholis ſub moderamine clariſſimi Rectoris Nordhuſani, M. FRIDERICI HILDEBRANDI, tantos ſtudiorum fecit profectus, vt ex conſilio laudati Praeceptoris non minus, quam ſuorum arbitrio, Academiam cum Schola, adoleſcens ſextum & decimum annum agens, commutare non dubitauerit. Iena ergo ſtudiorum academicorum matre ſelecta anno MDCLVI. ſtudia ibi excolere coepit, & primum quidem Philoſophica, tanquam reliquorum fundamentum firmiſſimum. Et hac in parte ſpecimina dedit egregia, ſiquidem bina vice in academica cathedra ſub vmbone M. CHRISTIANI TIEROFII, ſui copiam fecit diſputationibus, nec

Vitrico benigne gaudet.

Prouida eius inſtitutio.

Praeceptoribus traditur.

Ienam ſe conuertit.

Operam dat Philoſophiae.

Diſputat.

Iurisprudent.

sine applausu singulari primum *de Fortitudine*, post de *Templo honoris* respondebat. Deinde Doctorum Iuris excellentissimorum VNGEPAVRI, RICHTERI, STRVVII, SCHROETERI & VNRATHII fideli informationi totum se dedit, tantumque ex horum institutione fructum cepit, vt deinceps tum auditores ipsius, tum ii, qui causam suam in foro agendam ipsi committebant, eosdem etiam fructus ex scriptis Müllerianis singulari eruditione refertis, capere perpetuo potuerint. Quoniam vero vno loco semper haerere nostro displicebat:

Giessam petit.

Giessam petebat, Hassorum celebrem academiam, vbi potissimum peculiari manu-

Audit Eubenium.

ductione celeberrimi iam tum Dn. EVBENII, illustris posthinc splendidissimi Imperialis Camerae Iudicii *VVetzlarienſis* Assessoris, non sine maximo suo gaudebat emolumento, perque tres annos integros lectiones selectissimas attendebat, inque pa-

Disputat frequenter.

laestra disputatoria frequentissimus se sistebat.

Erfurtum abit.

Giessa Erfurtum abibat, vbi sub Praesidio Iuris Consulti excellentissimi Dn. SO-

Disputat.

DENII, publicam disputationem habendo, commune ab omnibus eruditionis singularis referebat praeconium. Nunc cum *Iena*, tum *Giessa* atque *Erphordia* titulum ac nomen Doctoris, quo eum habebant dignissimum, conferre Nostro gestiebant; sed ne vnam harum trium, quas matres agnouerat

uerat hactenus, parcius amare vel videri poſſit, *Helmſtadium* ſe conferebat, vbi quod ambiebat, votis omnium promptis conſequebatur, exploratoque ſatis ſuperque per examina conſueta ipſius ſcientia Iuris & ſumma cum laude ductu celeberrimi HAHNII, inaugurali pro licentia, quam vocant, diſputatione *de Foro Proteſtantium in iudiciis Eccleſiaſticis*, habita, Doctoris capeſſebat ex merito inſignia ac honores. Hiſce condecoratus inſulis, reuertebatur in patriam, vbi modeſtia ac amoenitatibus virginis tum inter primas ac omnibus virtutibus florentiſſimae MAGDALENAE, viri ampliſſimi Dn. MARTINI PAVLANDII, *Nordhuſanorum Conſulis* ſenioris meritiſſimi, filiae natu tertiae attractus, matrimonii ſociam ſibi eam & expetebat & impetrabat, nuptias cum ea celebrans ſolennes anno MDLXIII. Quantumuis autem ſocer generum cum filia *Nordhuſae* lubens retinuiſſet, eueniebat tamen, vt *Bleichrodam* vocaretur ad Prouinciae ac vrbis Syndici partes ſuſtinendas, quas non recuſabat, ſed per aliquot annos commodo ingenti totius Prouinciae explebat. Repetebat dein patriam, cuius vſibus ſe non minus, imo praecipue mancipatum putabat, ibique magna non absque laude cauſas in foro agere, pluribusque patrocinari non intermittebat. Quo etiam fiebat, vt Illuſtris-

Helmſtadium petit.

Diſp. pro Licent.

Creatur I. V. Doctor.

Vxorem ducit.

Bleichrodam vocatur Syndicus.

Patriam repetit.

ſtriſſimi Comites ac Domini, Dn. CHRISTOPHORVS LVDOVICVS & Dn. FRIDERICVS WILHELMVS, Fratres fama Noſtri adducti, *Stollbergam* ad Conſiliarii munus eum allegerent, vbi vsque ad annum MDCLXXVI. vniuerſis ac ſingulis fidem ſuam abunde probanit. Tandem *Iena* Noſtrum poſtliminio capiepat, vbi per paucos menſes priuatas Iuris ſcholas apertas colens illuſtri JCtorum ordine arbitrante, Profeſſor Iuris extraordinarius & denominabatur & a *Sereniſſimis academiae Nutritoribus* vocabatur ac confirmabatur. Anno MDCLXXX. *Profeſſor Inſtitutionum Ordinarius*, mox *Pandectarum*, hinc *Iuris Feudalis & Nouellarum*, poſtremo Profeſſor *Iuris Publici*, & proporro *Curiae Prouincialis* & *Scabinatus* Aſſeſſor, ac tandem *Facultatis* Senior declarabatur. Quas partes omnes, quod laudabiliter & ex voto applauſuque omnium geſſerit, teſtes ſunt omnes, quotquot eum vel intimius cognouerunt, teſtes vel millia aliquot eorum, qui ab ore eius pependerunt, teſtes fexcentae, (tot enim reuera vicibus Praeſes in cathedra diſputatoria ſtetit) Diſputationes publice praepoſitae, teſtes tractatus, qui in publicum proſtant. Summa quoque Rectoratus academici dignitate bis exſplenduit, & prima quidem vice anno MDCLXXXVIII. ſub radiis Sereniſſimi Principis ac Domini, Dn.

Fit Conſiliarius Stollbergenſis.

Fenam ſe confert.

Fit Profeſſor Iur. extraord.

Profeſſor Inſt. Ord.

Pandectar. Iur. Feud & Nouell.

Iuris Publ. Cur. Prou. &c. Aſſeſſor.

Rector Magnif.

Dn. IOHANNIS WILHELMI, Ducis Saxon. I. C. & M. cum hic tanquam sol Prouinciae Rectorem Magnificentissimum repraesentaret. Dignatio Decani Facultatis Iuridicae quoque sexies ei cessit, vbi & anno MDCLXXXIX. d. VII. Nouembris Candidatis XIV. infulas solenni ritu imposuit Doctorales. Dehinc singularis grauitas cum sinceritate industriaque inusitata coniuncta vniuersam permouit prouinciae gentem, vt non solum nominarint Nostrum, ac desiderarint Deputatum, quem vocant; sed & tanquam perpetuum confirmarint. Vnde & praesentia ipsius vel maxime expetebatur, cum anno MDCXCIII. solennis cogebatur ac celebrabatur Ordinum Conuentus, vbi tanquam primarius Director ac Senior adesse omnium desiderio debebat, ab ipsis etiam *Sereniſſimis* Saxoniae *Ducibus Iſenacenſi ac Vinarienſi* peculiariter ad id muneris destinatus. Ipso illo tempore haec contingebant, quo Illustrissimi Comites *Ruthenici*, Dominus HEINRICVS III. iunioris lineae senior, Dn. HEINRICVS IIX. Dn. HEINRICVS X. Dn. HEINRICVS XI. vt & Dn. HEINRICVS II. vtriusque lineae senior &c. Dn. ANNA DOROTHEA, *Comitiſſa* &c. MVLLERO nostro summam Cancellarii *Rutheno-Plauienſis* dignitatem & sacri Synedrii Praesidis offerebant & illum ad id munus

Decanus & Promotor.

Deputatus perpetuus.

Director conuentus Ordinum.

Cancellarius Rutheno-Plauienſ. & Praeſes

Digitized by Google

munus requirebant. Vix quidem dimittere
Conſ. vocatur. cum volebant tum *Serenisſimi academiae Ienenſis Nutritores*, tum & academia ipſa eiusque Senatus ac coetus vniuerſus, cum in eo tenus hac per plures annos Doctorem fidiſſimum habuerant, quem quidem amorem ac venerationem omnium, cum vlti-
Ienae valedicit. mum *Ienae* valediceret, manifeſtabant abunde plurima, frequentiſſimus potiſſimum comitatus ac lacrymae etiam, quo abeuntem certatim proſequi ac honorare contendebant. Qua fide, ſinceritate ac induſtria huic ſuo muneri praefuerit, *Gera* adhuc ſcit, illius dexteritatem etiam poſt pia fata celebrat & aeternum celebrabit. Coniugium ex Dei benedictione foecundum fuit IIX. filiis ac IV. filiabus. Nata ei I. filiola MARIA CATHARINA, vna tamen cum filiolo FRIDERICO ANDREA, primis annis denata. Hinc exhilaratus X.
Eius liberi. liberis, vtpote IOHANNE GERHARDO, Protonotario hoc tempore Curiae Prouincialis Ienenſis optime meriti, IOHANNE LVDOVICO, Medicinae Licentiato famigerabili & Phyſico Bornenſi meritiſſimo, nunc beato, LOYSA CHRISTINA, nobiliſſimo Dn. D. IVDELIO, tum temporis *Archiatro Schoenburg. VValdenburg.* hodie vero Ienenſium Phyſico & Practico celeberrimo, iuncta, paucos ante annos B. parentem ſecuta, FRIDERICO WIL-
HEL-

HELMO, Iur. Candid. CHRISTOPHORO LVDOVICO, Curiae Prouinc. quae eſt Mitauiae Curland. Aduocato ordinario, ELEONORA MAGDALENA, admodum Reuerendo Dn. IO. ELIAE HEDENO elocata & CLARA MARGARETHA, quae cum filiolo PETRO inter coelites viuit, & tandem CHRISTIANO FRIDERICO & IOHANNE WILHELMO Iuris Cultoribus. Caeterum corpore non minus ac animo inde a prima iuuenta integer erat pulcherrimeque habebat, niſi quod quandoque hypochondriaci eum infeſtabant dolores, qui ſimul cum annis inualeſcentes vires ac robur infirmabant, & nimium quantum ingraueſcebant, praecipue menſe Maio anni MDCXCVI. vbi & plura ingruebant alia, morbus vltimo ille, qui Varroni *regius*, *Virgilio* ex Diſcoride *arquatus* dicitur, nec ſpes reſtituendae valetudinis vlla lucebat. Vnde fati ſui legem expectans deuotus ipſa Feſti Spiritui S. ſacri prima luce hora pomerid. IV. inter ardentiſſimas praeſentis tum Dn. Ephori, tum familiae preces animam placide efflabat, poſtquam vix ad limen ſenectutis vergens annum aetatis LV. cum menſibus X. & vna hebdomade ac quinque diebus impleuerat.

Valetudo eius.

Aegrotat.

Moritur.

Scri-

Scripta, quibus posteritati prodesse voluit, sunt:

De studio Iuris tractandi diatribe; annexis (1) tribus Centuriis regularum iuridicarum (2) Legibus in ff. concordantibus (3) Legibus in ff. & C. geminatis. (4) Scriptorum in Iure Priuato & (5) Sriptorum in hore Publico Sylloge.

Tr. de Conuentibus Circulorum S. Rom. Germ. Imperii, von Kreyß-Tägen.

De annulo pronubo, von Ja-Worts oder Trau-Ringe.

De Nummo Confessionario, vom Beicht-Pfennige.

Verum cognitio rerum Ecclesiasticarum semper sit penes iura Territorii habentem? Consultatio.

Praesidia domus illustris.

De Osculo sancto, vom heiligen Kuß/ Commentatio.

Notae ad Senecam, de Tranquillitate animi.

Notae ad Io. Casae Galateum s. de morum elegantia librum.

Notae ad eiusdem Casae de officiis inter potentiores & tenuiores amicos Librum.

Ad Georg. Ad. Struuii Syntagma Iuris Ciuilis Additiones locupletissimae atque Obseruationes in foro ac academiis maxime vtiles ac necessariae.

Dis-

Digitized by Google

Dissertationes, quarum fuit Praeses.

De probatione paupertatis, 1677. Resp. *Christoph. Müller.*

De Poenitentia Ecclesiast. von der Kirchen-Busse. Resp. *Io. Frid. Knorr.*

De Persecutione Luporum, von der Wolff-Jagt. Resp. *Io. C.* Wolff.

Periculum in mora, Resp. *Car. Henr. Patzshenzky de maiori Patzshena.*

De frigusculo, von kaltsinniger Liebe/ Resp. *Io. G. Brehme.*

De Pecunia pupillari, von unmünd. Kinder-Gelde/ Resp. *Casp. Thilo.*

De molendinis Bannariis, von Zwang-Mühlen/ Resp. *M. Mart. Müller.*

De Benedictione Sacerd. von Priesterlicher Copulation. Resp. *Io. S. Stehelin.*

De Philautia, von Eigen-Liebe/ Resp. *I. C. Hammer.*

De Legationibus Principum Germaniae, R. *H. Hardow. Knorn.*

De Fuga. *August. Drachstett.*

De legitimo bonorum subsidio, vom Pflicht-Theil. *H. Sieden.*

De odio secundarum nuptiarum, *Andr. VVege.*

De Interstitio Praediorum, *Georg. Gerbet.*

De literis amatoriis. *Bernh. Pfretzschner.*

De eo, quod iustum est circa misericordiam, *Bernh. Edeling.*

De

De Cauſis Honorum, von Ehren-Fällen / *Dau. Hetzer.*

De Relaxatione Carceratorum, *Io. Chriſt. Ernſt.*

De Calore iuuenili. *Phil. Iac. Oernſter.*

De dono nuptiali, vom Braut-Taffel-Gelde/ *Io. G. Keysler.*

De ſecuritate metuentium, *Io. Philipp. Müller.*

De Iocalibus, vom Weiber-Schmuck / *Caſp. Creutzing.*

De Iure Feretri, vom Baar-Recht / *M. Io. Conr. Oelsner.*

De depoſito miſerabili, *Chr. Soeldner.*

De Loco, *pro loco in Facult. Iur. obtinendo, habuit Praeſes ſine Reſp.*

De Iure Praegnantium, *Sigism. Allnpeck.*

De Concordia diſcordantis Germaniae, *Io. Fr. a Beilwitz.*

De bene merito, *Io. Ernſt Muſaeus.*

De Iure Peregrinantium, *Chriſt. Dan. Kleſchius.*

De Euitatione maioris mali, *G. W. Zieglerus.*

De Euerticulo ſuſpicionis, *Car. Reinbold. Dürfeld.*

De noua cauſa, *Io. Chriſtoph. Eſchard.*

De pecunia ſtatis temporibus ſoluenda, von Tag-Zeiten / *Imman. H. Haſe.*

De Praeoccupatione fati. *Io. Volland.*

Digitized by Google

De Praescriptione Saxonica, *pro Grad. Doctoris obtin. Io. Ph. Böttiger.*

De Fauore Salarii, *Gottfried Iunghans.*

De subtili disputandi ratione in causa publicae vtilitatis reiicienda, *Georg. Vlr. a Beilwitz.*

De dignitate effigiata, *Io. Christoph. Kämmerer.*

De officiis Transeuntium cum exercitu per aliorum territoria, *Georg. Melch. de Schellendorff.*

De liquido eiusque iure, *Augustus Hoffmann.*

De Rationibus in Folle, *Ernest. Henric. Lange.*

De Nimio, *Gothofr. Wittichius.*

De re non amplius integra, *Iohann. Paul. Mees.*

De Fide Vicaria, *pro Gradu Doctor. obtinend. A. Günth. Wigand.*

De Personae Excellentia, *Salom. August. Clauder.*

De Instrumentis priuatis eorumque probatione L. 5. C. de Prob. *Io. Christ. Müller.*

De his, quae nuda sunt, *Balth. Frid. a Waldow.*

De ambitu connubiali, vom Frey-Werben/ *Ioh. H. Schmalian.*

De immunitatibus Praediorum Ecclesiasticorum a muneribus, von Freyheiten der Kirchen-Güther von Beschwerungen / occasione L. 5. C. de SS. Eccles. *pro Gradu, M. Christoph. Kühn.*

De Fide fracta, *Iac. Handwig.*

Theses Miscellaneae, *M. Io. Henr. Pott.*

De Auxilio Potentiorum, *Io. Adam. Erhard.*

De Executione Prouisionali, *Georg. Sigism. Müllner.*

De ficto s. quasi dominio, *Io. Samuel. Krebs.*

De Exceptione impossibilitatis ex afflictione orta. *Mich. Niemann.*

De Gynaecocratia in ditionibus Germanici Imper. von Abtissinnen und Standes-Vormünderinnen im H. Röm. Reich. *Io. Dan. Gihnlein.*

De solutione minoris summae in deductionem maioris, auf Abschlag. *Aug. Henr. Foerster.*

De Conualescentia, *pro Gradu, M. Io. Heinr. Pott.*

De matrimonio absentium, *Ioach. Fr. Lakemann.*

De Laesione Iuris, *Ioach. Iacobi.*

De copiis auxiliaribus Statuum Imperii, von der Reichs-Hülffe / *Martin. Schirmer.*

De

De Iure ſolidi, *Chriſt. Alard. Knopff.*

De Iure inueſtiendi Status Imper. Germ. von Reichs-Belehnungen/ *C. A. Seyfert.*

De Redemptore litis alienae, *pro Gradu, Aug. H. Foerſter.*

De Iteratione ſ. Geminatione, *Ioach. Iunius.*

De Reuiuiſcentia Iurium extinctorum, *pro Gradu, Io. C. Berger.*

De Praecipitantia, *Dan. Wacksmuth.*

De actibus oblatiuis, von Vorſchlägen/ *Conr. Stern.*

Caſus bini partus dubii, *Io. Georg. Conrad.*

De odio violentiae, *Georg. Borchers. Horn.*

De Iure Columbarum, vom Tauben-Rechte/ *I. Fr. Brendel.*

De Iurisdictione Criminali, *Frideric. Schubart.*

De Fundo optimo maximo, *Mich. Kehler.*

De Iure apum, vom Bienen-Recht/ *Io. Nic. Killmar.*

De prohibita a Teſtatore Trebellianica, *Hier. Andr. Roth.*

De Iure inuenti Theſauri, *Io. Chriſt. Starke.*

De Venatione precaria, von der Gnaden-Jagt/ *pro Gradu, P. G. Ehring.*

De Pecunia doloris, vom Schmertz-Gelde/ *Fr. Gottl. Rumpel.*

De Reorum Praerogatiua in cauſis ciuilibus, *Io. Leonh. Lotzbeck.*

De mala fide ſuperueniente, *Io. Caſp. Glorius.*

De bonis conſtante matrimonio quaeſitis, *G. A. Plattner.*

Ad L. Rutilia Polla 69. ff. d. contrah. emt. & vendit. *S. Müller.*

Beati poſſidentes, *Frideric. Samuel. Landgraff.*

De aedificio praedii Nobilis, vom Ritter-Sitz/ *Fr. Chr. Bollmann.*

De Conditionibus deriſoriis vltimis voluntatibus adiectis, *Io. Toepffer.*

De Feudificatione in fraudem Creditorum facta, *I. E. Siebold.*

De conquieſcente officio iudicis, *pro Gradu*, *H. S. Danckluffi.*

De Patri Cauſa, *Gottfr. Stieff.*

De bonis parochialibus, von Pfarr-Güthern/ *Io. H. Winzer.*

De Gradu, Doctoris, pro eo obtinendo. *Io. Leonh. Lotzbezius.*

De crimine Maieſtatis, *Wilh. Müller.*

De diebus Iuridicis, von Amts- und Gerichts-Tagen/ *pro Gradu*, *Io. A. Pfeiffer.*

De abſurdo, *Io. Gottfr. Vogel.*

De Camera Principis, *Io. Fr. Gerhard.*

De

De Obligatione Camerali, von Cammer-Schulden / *Io. Gottfr. Güntherus.*

Singularia illuſtrium Bunauiorum Statuta, *Io. Gottfr. Trencknerus.*

De odio variationis, *Iacob. Friedlieb. Redel.*

De incremento praedii feudalis, *Io. Albert. Gumprecht.*

De Actionibus. *Io. Fr. Hoffmann.*

De Perſonis feudale iudicium conſtituentibus. *Ioach. Seeke.*

De re aliena pecunia comparata, *pro Gradu, G. C. Hoefflich.*

De quinquennio ſtudii Iuris, *Mart. Frider. Heiderus.*

De Iuris Epiſcopalis in terris Proteſtantium a Romano-Catholicis iniuſte praetenſa reuiuiſcentia, *Phil. Guilh. Orth.*

De inſtanti mortis hora, *Io. Wilhelm. Foerſter.*

Quatenus poena tranſeat in haeredes, *pro Gradu, Henr. Ph. Danklufft.*

De Prohibitione alienationis conuentionali, *pro Gradu, Io. H. Thrum.*

De contraria teſtium depoſitione, *Franc. Adolph. Velhagen.*

De obligatione ſub infamia, bey Schelm ſchelten / *Iac. H. Horn.*

De onere dotandi filias illuſtres fratrum apanagiatorum, *pro Gradu, M. Chriſt. VVeidling.*

Digitized by Google

De Fictionibus, *pro Gradu*, *Otto Henric. Marsmann.*

De Conſtituto Poſſeſſorio, *pro Gradu*, *Henr. Er. Floerke.*

De Probatione Filiationis, *Io. Chriſtoph. Kiesling.*

De mutatione Libelli, *Henr. Chr. Rhaniſius.*

De his, quae in fraudem legis fiunt, *Georg. Chr. VValther.*

De Homicidio a pluribus commiſſo. *Dau. Gottf. Haeppen.*

De aeſtimatione Iudicis, von Richterl. Ermeßigung. *P. A. Hemman.*

De eo, quod iuſtum eſt circa redemtionem captiuorum, *Iac. H. Creſius.*

De non omittendis in proceſſu inquiſitorio, *pro Gradu*, *Barth. Schneider.*

De Arte Notariatus, *Io. Georg. Gregorii.*

De Conniuentia, *Chriſt. Gottfr. Schramm.*

De iuſta aetate, *Boekel Paulus.*

De Reſidentibus eorumque iuribus, *pro Gradu*, *Chr. VVilhad Hilcken.*

De Poſſeſſione a detentore derelicta vel prodita occaſione L. vlt. C. de acquir. ac retin. poſſeſſione. *Io. Ang. Richter.*

XL. Diſputationes ad Tit. ff. d. diuerſis Regulis Iur. antiqui.

XXIV. Diſpp. ad Tit. de Regulis Iur. Canonici in ſexto.

IV.

Digitized by Google

IV. Diſpp. ad IV. Inſtitutionum Imperial. Libros Reſp. M. *Io. Conr. Oelſnero.*

VII. Diſpp. ad VII. partes ff. Reſp. *Franc. Henr. a Langen.*

L. Diſpp. ad Pandect. quarum quaelibet continet decadem Poſitionum controuerſarum.

XVI. Diſpp. ad Inſtit. Imperiales, quarum quaelibet item continet poſitiones controuerſas, quae ſimul ſub Tit. Palaeſtrae *Iuridicae* prodierunt.

XVII. Diſputationes Iuris Criminalis.

Sequuntur

Ad methodum Imperial. Inſtitutionum directae Diſpp. LIV.

De libris iuris eorumque autoritate in Imperio Romano-German. *Henric. VVilh. Zembſch.*

De Natura Iurisprudentiae & officio Iurisconſulti, *Io. Phil. Brendel.*

De Iuſtitia & Iure, *Io. Ionas Marggrauius.*

De Iure Naturali, Gentium & Ciuili, *S. A. Clauderus.*

De Iure ſcripto & non-ſcripto, *Io. Ad. Stilſouius.*

De Iure Perſonarum & Dominica Poteſtate, *Chr. Schallerus.*

De Patria Poteſtate, *Iac. Volckartus.*

De Sponſalibus, *Io. Hartog.*

De Nuptiis & Poteſtate Martiali, *Io. Hartog.*

De Legitimatione, *Georg. VVilhelm. Ziegler,*

De Adoptionibus & vnione prolium, *Chr. Dau. Schmidius.*

De modis, quibus patria Poteſtas ſoluitur, *Io. Andr. Goetzig.*

De tutelis & cura, *Io. VVagnerus.*

De Contrariis tutelae & curae, *Io. Ludolph Erdmannus.*

De rerum diuiſione, *Henr. Eberh. Schnurmacherus.*

De Dominio eiusque diuiſione, *Henr. Frid. Poſnerus.*

De modis acquirendi Dominii naturalibus, *Sal. Franck.*

De ſeruitutibus realibus ſ. praedialibus, *Henr. Emer. Beermann.*

De Vſucapionibus & longi temporis Praeſcription. *Aug. Hoffmann.*

De donationibus, *Io. Iac. Iul. Chuno.*

De his, quae alienare licet, vel non, *Nicol. Lauen.*

De perſonis, per quas nobis acquiritur, & in ſpecie de Peculio, *Henric. Gerlach.*

Digitized by Google

De Teſtamentis, *Aug. Bohſen.*
De Exhaeredatione liberorum, *Auguſt. Dürrfeld.*
De Haeredum Inſtitutione prima & ſecunda, *Paul. Hartman.*
De Infirmatione Teſtamenti, *Io. Chriſt. Cotta.*
De acquirenda vel omittenda haereditate, *Imman. Leiſtenius.*
De Legatis & Fideicommiſſis, *Frider. Boden.*
De Contrariis Legatorum & Fidei commiſſorum, *Io. Henr. Lochner.*
De Fideicommiſſo Vniuerſali, *Io. Henric. Storckius.*
De Codicillis, *Io. Pet. Pillingius.*
De Succeſſionibus ab inteſtato, *Georg. Vlrich a Beitwitz.*
De bonorum poſſeſſionibus aliisque modis ſuccedendi vniuerſalibus, *Gottfried. Niſius.*
De Obligationibus in genere, *Georg. Henr. a Brandenſtein.*
De Conuentionibus in genere, *Fr. Iac. Lauditz.*
De Contractibus realibus, *Steph. Boeck.*
De Verborum obligationibus ſeu ſtipulationibus, *Aug. Hoffmann.*
De Literarum obligationibus, *Gothofred. VVittich.*

Digitized by Google

De Contractibus Censualibus, *Io. Hardwig.*

De Quasi Contractibus, *Christ. Vierthaler.*

De modis, quibus tollitur obligatio, *Carl. Henr. VVolffius.*

De priuatis delictis, *Ioan. Christ. Hackborn.*

De Actionibus, *Io. Christ. Schnellius.*

De Procuratoribus, *Iac. Hahnius.*

De Sadisdationibus, *Christ. Sigismund. Ammann.*

De Fato, Transitione, Concursu & Cessione Actionum, *Henr. Hartm. a Schlotheim.*

De Exceptionibus, *Io. Henr. Posner.*

De Interdictis s. iudiciis possessoriis, *Io. VVilh. VVagner.*

De Poena temere litigantium, *Ioh. Paul Meesius.*

De officio iudicis, *Io. Henr. Posner.*

De publicis Iudiciis, *Paul. Georg. Ehring.*

De Processu iudiciario, *Gottfried VVehnerus.*

Prae-

Digitized by Google

Praedictae hae Disputat. Tit. *Iurisprudentia Elementaris* editae sunt.

Ad Ius Feudale Disputationes.

De Origine & Autoritate Iuris Feudalis, *Christ. Sterlick.*

De natura & definitione Feudi, *Martin. Stolle.*

De Diuisione Feudi & Affinibus, in specie de Feudo proprio, *Adr. H. Elffers.*

De Personis Feudum concedentibus, *Christ. Sterlick.*

De Personis Feudum acquirentibus, *Fridr. Boehme.*

De Matrimonio ad Morganaticam contracto, *Iob. Bernh. Gericke.*

De Rebus in feudum dandis, *Otto VVilh. VVestphal.*

De Regalibus Maioribus, *Eberhard. Hermann.*

De Seruitute feudo imposita & Praescriptione feudi, *Io. Fr. Ritter.*

De Inuestitura, *Georg. Frid. Schüsler.*

De Exspectatiua & iuramento Fidelitatis, *Osw. Leupold.*

De SuccessioneDescendentium, *Bogisl. Siegefred. Lehmann.*

De Successione feudi extraordinaria, *Sam. Müller.*

Digitized by Google

De Renouatione Inueſtiturae & Laudemio, *Io. Balth. Staude.*

De Obligatione Domini erga Vaſallum & Euictione feudali, *Franc. Velhage.*

De Obligatione Vaſalli erga Dominum, *Fr. Chr. Bollmann.*

De Fructibus feudalibus, *Io. Libor. Arnold.*

De alienatione feudali & ſubfeudis, *Io. Iac. Müller.* Cob.

De debitis & oneribus feudi, *Io. de Zoeſterfleth.*

De Renouatione Feudi, *Io. Philipp. Doebner.*

De Amiſſione Feudi, *Henr. Gliſing.*

De Felonia, *Georg. Chriſt. Hoefflich.*

De Deuolutione & Meliorationę feudi, *Io. Melch. Lange.*

De Actionibus feudalibus, *Valent. Daniel. Wilhelmi.*

Hae XXIX. Diſpp. prodiere ſub rubr.

Iurisprudentia Feudalis.

De Protractione Litis, von Verſchleiffung der Rechts-Händel / *pro Gradu*, *Io. Leonh. Kellner.*

De Minuta, vulgo von Punctationen / *Io. Nic. Andreae.*

De

De Verbis minitantibus, von Dräu-Worten / *Io. Gerh. Müller.*

De Cauſis dubiis, von zweiffelhafftigen Fällen. *Io. Libor. Arnold.*

De Societate vniuerſali, *pro Gradu*, *Mart. Kornatz.*

De Aucupio famae, von der Renomeé. *M. Chriſt. Dondorff.*

De Mandatis ducum militarium, von Kriegs-Ordre, *Erneſtus Frid. Hendrich.*

De Libris officialium, von Amts-Regiſtern. *I. H. Glock.*

De ſtipendiis militum, von Soldaten-Sold / *Wolffg. Ioſ. Traut.*

De poſthabendo priuato Reſpectu, *Georg. Ad. Will.*

De Aere alieno a ſucceſſoribus feudi ſoluendo, *pro Gradu*, *Chriſt. Lauen.*

De legatis primi ordinis, von Geſandten des erſten Rangs / *pro Gradu*, *Tobias Sutorius.*

De literis reuerſalibus, von Reuerſen / *Io. Mich. Seyferheld.*

De Ratificatione, *pro Gradu*, *Io. Iacob. Müller.*

De eo, quod iuſtum eſt circa ceſſionem actionum, *pro Gradu*, *Henr. Pet.* Kallenberg.

De detegendis Facultatibus, *Io. Langhain.*

De Gratitudine legali, *pro Gradu*, *Mart. Schwabe.*

De Semel-placito, *Caſpar. Günther. VVeinberg.*

De Saeuitia, *Io. Melch. Francke.*

De Pictura, *Hulderic. Sigismund. Rothmahler.*

De Re ſperata, *Barth. Stoe.*

De Prouidentia Iudicis, *Io. Kloeuekorn.*

Decas Caſuum dubiorum, *Salom. Henric. Keller.*

De ſolutionibus, *Andr. Conr. Neukam.*

De Scandalo, *Carol. Schaiblin.*

De Citatione ſubſidiali, *pro Gradu, Herm. Io. Chriſt. Vffelmann.*

De Iure vario, *Paul. Hippius.*

De Prouidentia Maiorum, *pro Gradu, Chriſt. Gottfr. Lange.*

De Furto domeſtico, *Ioan. Chriſtoph. Kramer.*

De Affectionibus Feudi proprii, *pro Gradu, Chriſtoph. Paſcha.*

Accedunt:

Diſputatio Inaug. ſub Praeſidio *Henrici Habnii, ICti Helmſtad. de Iudiciis Eccleſiaſticis Proteſtantium habita.*

Orationes aliquot.

Programmata varia.

Item

Item aliorum Dissertationes sub praesidio Mülleriano ventilatae sunt:

XXV. Disputationes *Ioach. Schnobelii* ad ff. & quidem quaternis vicibus.

XIX. Disp. ad Ius Iustinianeum, *Io. Strauchii ternis vicibus.*

XIV. Exercitationes Iuridicae, *Georgii Frantzkii.*

XVIII. Exercitationes ad IV. Libros Institutionum Iuris, *VVilhelmi Ludwelli*, binis vicibus.

XI. Disputationes s. Medulla Iuris Feudalis, *Io. Goeddaei.*

LVII.

IOH. PHILIPPVS SLEVOGTIVS

Nascitur.

NAtus est *Ienae*, Musarum emporio celeberrimo. Patrem habuit magnum illum Virum, PAVLVM SLEVOGTIVM, Theologum suo tempore, Philosophumque sine pari, & Linguarum Orientalium scientissimum, Professorem Publicum meritissimum in illustri Salana: Matrem vero BARBARAM CATHARINAM, e familia RINGLERIORVM, matronam honestissimam.

Eius parentes.

mam. In adoleſcentia audiuit hic IOH. PHILIPPVS virum celeberrimum, DN. SEBASTIANVM Mitternacht / Gymnaſii Rutheni tum temporis Rectorem, poſtea vero Superintendentem Eccleſiarum Epiſcopatus Cizenſis, nec non IOH. FRIDERICVM KOEBERVM, qui σιβαςῳ illi ſucceſſerat. In patriam reuerſus, Philoſophiae ſtrenue incubuit, nec non ad capiendum ampliorem ingenii cultum in academia Iulia *Helmſtadii* operam dedit D. CHRISTOPHORO SCHRADERO, Profeſſori Publico, qui conſilio atque ope *Sleuogtii* conatus iuuare, quin abſentem quoque per literas monere beneuole nunquam deſtitit. In Iuriſprudentiae vero tam publicae quam priuatae ſtudio magnos Doctores IOH. EICHELIVM & HERMANNVM CONRINGIVM habuit, quorum ſedulus fuit atque conſtans auditor. Caeterum ſecutus optimi Senis SCHRADERI conſilia & naturae inſtinctum ipſum, ornamenta venuſtioris literaturae legum ſtudio conſociauit, adeptus in excellentiſsimo Viro, IOH. ANDR. BOSIO, Profeſſore Publico, SCHRADERVM, alterum, h. e. fautorem, praeceptorem, monitorem ſui amantiſsimum. Publicas autem priuatasque ICtorum Scholas *Ienae* frequentauit, Diſputationes publice ventilandas propoſuit & cum laude defendit. Anno MDCLXXXIII. menſ. Septembr. honores Do-

Praeceptores.

Studia academ. Ien.

Helmſtadii.

Schraderi conſilia ſequitur.

Honores Doctorales ambit.

Doctorales ambiuit & cum gloria est consecutus. Omne deinde vtilitati publicae nauauit studium non consulendo tantum, sed etiam docendo & scribendo. Fungitur hodie munere Professoris Iuris in *Academia Ienensi* Publici, Facultatis Iuridicae Senioris & Assessoris in Scabinatu & Curia Prou. grauissimi. Plura, vt & monumenta, queis huc vsque prodesse studuit, recensere, summa viri excellentissimi modestia interdixit, quare filum abrumpo, vitam ac incolumitatem per plurimos annos duraturam ex animo optans.

Officia, queis hodie fungitur.

LVIII.

CHRISTIANVS WILDVOGELIVS

IN lucem editus est Halae Saxonum A. O. R. MDCXLIV. d. XIII. Augusti, hora matutina tertia. Pater ipsi fuit vir dignitatis & fortunae minime spernendae, nobilissimus & consultissimus DN. GEORGIVS WILDVOGELIVS, *Reuerendissimi & Sereniſſimi Principis* ac Domini, DN. AVGVSTI, Ducis Saxon. ac Archi-Episcopatus Magdeburg. Postulati Administratoris, Consiliarius nec non negotiorum feudalium & publicorum status Secretarius, quem laudatissimus Princeps gubernaculum

Nascitur.

Eius parens.

capeſſens *Dreſda Halam*, ſecum duxit, & ob merita ac fidem a plurimis annis probatiſſimam gratia nunquam interrupta ad vitae vsque finem proſecutus eſt: Mater ſingulari prudentia & virtutibus haud vulgaribus praedita MARIA, viri integerrimi ac praeſtantiſſimi Dn. DANIELIS NICOLAI, alias Clauſens/ Sereniſſimi Electoris Sax. Quaeſtoris Dippolswaldiae, filia natu minima. Hi parentes pro ſua pietate id maxime curarunt, vt filiolus optimae indolis probe educaretur, quare eum vna cum reliquis liberis fidei Praeceptorum domeſticorum commiſerunt, inprimis VALENTINVM BERTRAMVM, M. GOTTFRIEDVM CVNONEM, & ANDREAM FISCHERVM, omnes poſthac officiis publicis praefectos adhuc laudat. Vt autem virtute cum diligentia certante aequalium aemulatione melius proficeret ac frequentiae adſueſceret, Gymnaſio, quod Halae florebat, concredebatur. Praerat ea tempeſtate illi Vir clariſſimus ac formandae iuuentutis peritiſſimus VALENTINVS BERGERVS, cuius & Con-Rectoris, M. GOTHOFREDI LIPENII, viri de re literaria optime meriti, ductu non ſolum in linguis Latina & Graeca inprimis: Sed & in diſciplinis Philoſophicis eos fecit profectus, vt cathedram cum perorando tum diſputando ſaepiſſime animauerit, praecipue abitum in academiam parens Diſſertatio-

Mater.

Praeceptores domeſtici.

Gymnaſium Halenſe frequentat.

Diſputat.

tationem Logicam de *contrariis* cum applausu defendendo. Inde anno MDCLXIII. vberioris doctrinae percipiendae causa a prouido patre ad academiam Lipsiensem mittebatur (longius enim eum abesse impensus parentis amor tum non permittebat) vbi viro excellentissimo QVIRINO SCHACHERO, I. V. D. Electoralis pariter ac Ducalis Dicasterii supremi, nec non Protosynedrii Assessore & Professore Publ. praeeunte connexionem & ordinem titulorum in Digestis & Codice methodo plane singulari, simulque generalem notitiam omnium materiarum & terminorum Iuris, vt & cognitionem omnes titulos fine indice promtissime euoluendi hausit, negotium sane non incipientibus tantum; sed interdum etiam prouectioribus, si arte hac destituantur, satis difficile, quod deinde alios felicissime docuit. His adiunxit Institutiones Iuris, quarum doctrinam, iam in patria, Gymnasium adhuc frequentans, sub duce fidelissimo Dn. IOH. CHRISTOPHORO HEROLDO, eo tempore aulae & Consistorii Ducalis ibidem Consiliario, affine suo honoratissimo, libauerat, ac vlteriorem explicationem ab Excellentissimo Viro, Dn. BARTHOLOMAEO LEONHARDO SCHWENDENDOERFFERO, Antecessore grauissimo percepit. Florebat eodem tempore Vir consultissimus Dn. IOHANNES

Lipsiam mittitur.

Cognitionem titulos euoluendi haurit.

Audit Institut. Iur.

NES ERNESTVS NORICVS, poſt aulae Martisburgenſis Conſiliarius, quem SCHOBELII Diſputationes ad Digeſta, LVDWELLI Exercitationes Inſtitutionum, nec non GOTHOFREDI Manuale Iuris exponentem ſedulo audiuit, itemque in palaeſtra diſputatoria conſtanter verſans ſolidam Legum cognitionem adeptus eſt. Operam dedit ibidem inſimul Philoſophiae Practicae, quam celeberrimus Philoſophus, IACOBVS THOMASIVS, mira dexteritate proponebat, & linguam quoque Gallicam ex optimorum Magiſtrorum ore hauſit. Cum autem remotiorum academiarum viſendarum teneretur cupiditate, ipſiusque conatus pii parentis votis huc vsque reſpondiſſet: hic anno MDCLV. filium vberioris doctrinae cupidum *Francofurtum ad Oderam* mittebat, fama maxime excitatus alterius illius VLPIANI, Dn. IACOBI BRVNNEMANNI, cuius laudes & Theologi & Politici ſemper depraedicarunt, nec non Virorum illuſtrium, Dn. FRIDERICI RHETII, tum Profeſſoris Iuris Publ. hodie Potentiſſimi Regis Boruſſ. Conſiliarii intimi & in academia Hallenſi Praeſidis Ordinarii. Non minimam felicitatis humanae partem iudicabat Noſter, tantos viros audire, quare illorum non priuata modo collegia, in quibus laudatus BRVNNEMANNVS & STRYKIVS quaeſtiones paratiſſimas WE-

Ludwelli Exercitat.
Gothofredi Manuale Iur.
Philoſophiam Pract.
Francofurtum abit.
Ibi ſtudet.

SEN-

Digitized by Google

SENBECII, RHETIVS autem BRAVTLACHTI Ius Publicum praelegebant; sed publica etiam, in quibus BRVNNEMANNVS Decisiones suas in calamum dictabat & explicabat, frequentabat. Praeterea fructus exercitii disputatorii indefessi in apricum protulit, dum sub Praesidio STRYKIANO Dissertationem *de effatis agonizantium* proprio Marte elaboratam: nec non materiam Tutelarum ex BRVNNEMANNI Exercitationibus Iustinianeis defendit. Hunc studiorum cursum eadem continuare alacritate optabat: de parentis vero obitu & fortunis ad studia in academiis continuanda non sufficientibus certior factus, consilio & suasu laudatissimi affinis sui, Dn. HEROLDI, a theoreticis ad practica se conuertit, & *Leucopetrae*, quo tum illustre regimen translatum erat, in praxi iuridica se exercere coepit atque ad annum vsque MDCLXIIX. perrexit, quo in patriam, cuius commodis inseruire cupiebat, rediturus Francofurtum, vbi antea eruditionis thesaurum cumulauerat, se recepit, vt studiorum praemium, quod simul vitae academicae testimonium esset, nanciscereturꝛ. Superatis igitur examinibus & Disputat. *de his, quae raro fiunt*, felicissime habita Doctoris titulum & honores est consecutus. Quo facto Halae, vrbe patria, domicilium fixit, & in foro causas pro tutela pupillorum

Disputat.

Exercet se in Praxi Iur.

Honores Doctor. ambit & consequitur.

rum & pauperum miro candore & eloquentia defendit eodemque anno ab illustrissima Domina, Domina BARBARA MAGDALENA, Comite vidua Mansfeldensi in Schraplau, Consulens & Curator ad litem constitutus est, cui officio per vndecim annos ita praefuit, vt eius causas intricatissimas licet, summa industria egerit & feliciter composuerit. A. MDCLXIX. coniugii societatem iniit cum Viri illustris, *Vxorem ducit.* Dn. IOHANNIS KRVLLI, Consiliarii intimi & Cancellarii Magdeburg. atque IVLIANAE STRVVIAE, filia tertia SOPHIA CATHARINA, quae aetate virgo, sed prudentia matrona erat, vt Cleobulus loquitur. Nuptias celebrauit die Amandi, id est, d. XXVI. Octobr. vixit cum ea coniunctissime, paterque ex ea factus est sex liberorum, quos tamen omnes in primo aetatis flore mors oppressit praeter filiam natu maximam, IVLIANAM ROSINAM, Viro excellentissimo, Domino IOHANNI ERNESTO de LAGE, I. V. D. Illustriss. Mansfeldensis Regiminis Directori & Consiliario Senioratus *Islebiae* grauissimo elocatam. Cum A. Chr. MDCLXXVI. a Sereniss. Principe ac Domino, Dn. AVGVSTO, tum Primatus & Archi-Episcopatus Magdeburg. Administratore Secretarius Circuli inferioris Saxon. esset constituendus; ex magno competitorum numero

Filia eius & gener.

Secretarius Circuli inferioris constituitur.

elige-

eligebatur WILDVOGELIVS, qui huic praefectus officio in variis conuentibus ſtatuum iſtius circuli ad deliberationes adhibebatur, & ſic ad maiora expedienda praeparabatur. Anno MDCLXXIIX. praeter expectationem a Sereniſſimo Principe ac Domino, Dn. IOH. ERNESTO, Sen. Duce Sax. *Vinariam* vocatus aulae & regiminis nec non anno MDCLXXXI. Protoſynedrii Conſiliarius conſtituebatur, queis functionibus grauiſſimis anno ſequente aerarii Ducalis expeditiones accedebant. Fidem ſuam Principi ſuo clementiſſimo vsque ad annum MDCLXXXV. ſatis ſuperque probauit, praecipue cum variis congreſſibus vicinorum Principum interfuerit, & in conuentibus Circuli ſuperioris Saxon. legationes cum laude obiuerit. Inprimis autem interfuit Comitiis monetariis *Francofurti ad Oderam*, anno MDCLXXX. celebratis, nec non anno MDCLXXXI. & MDCLXXXIII. Lipſ. in conuentibus Circuli iſtius, Sereniſſ. Principum Vinarienſium nomine comparauit. Eodem anno octogeſimo tertio coniuge chariſſima & vitae huius mortalis miſeriis euocata viduus ad ſecunda vota tranſiit, ſponſam nactus virginem pudiciſſimam ERDMVTHAM IVLIANAM, Viri illuſtris, VOLCKMARI HAPPII, Haereditarii in Ehringsdorff & Bergern / Conſiliarii intimi & Cancellarii Vinarienſis, filiam

Conſiliarius aulae Vinar.

Variis congreſſibus Principum intereſt.

Vxorem amittit.

Ad vota ſecunda tranſit.

am ſecundam, ex qua duos filios, WILHELMVM AVGVSTVM, & CHRISTIANVM CAROLVM, ſuſcepit. Anno ſeq. MDCLXXXV. Deo T. O. M. ita dirigente a Sereniſſima Domina, Dn. ANNA DOROTHEA, Duce Saxon. Imperialis liberi ac ſecularis Praeſulatus Quedlinburgenſis Abbatiſſa ad munus Cancellarii & Praeſidis Conſiſtorii obeundum vocatus *Quedlinburgum* abibat, quo munere per duos annos fideliter fungens praeter negotia ordinaria legatus mittebatur ad Potentiſſimum Electorem Sax. IOHANN. GEORGIVM III. & ſimul Sereniſſimae Abbatiſſae nomine Principem Wiſenburgo-Holſatam dicti Epiſcopatus Praepoſitam poſtulabat. Pertaeſus demum laborum ac odiorum aulicorum magis tranquille ad tempus vitam tranſigere decreuit. Onere igitur officiorum depoſito anno MDCLXXXVII. ad tempus in laudati ſoceri ſui praedio ſubſiſtebat, eo enim non ſecus ac Oratorum ille Princeps Tuſculano ſuo delectabatur, minime quidem otio vano ductus, ſed vt liberiori animo ſtudia perſequeretur. Ab illis enim nunquam diſcedebat, niſi quando a Sereniſſimo Principe Vinarienſi ad aulas Potentiſſimorum Electorum, MOGVNTINI inprimis, Dn. ANSELMI FRANCISCI, & PALATINI, Dn. PHILIPPI WILHELMI nec non Serenisſimi Landgrauii Haſſo-Caſſella-

Cancellar. ac Praeſes Conſiſt. Quedlinburg.

Vitam priuatam agit.

Legationes obit.

ſellani Dn. CAROLI, ablegabatur, vbi grauitatem, induſtriam & vim dicendi ita fecit teſtatam, vt Magnates imo & ipſos Principes in ſui amorem traxerit. Quamuis autem

- - non vltima laus ſit
Principibus placuiſſe viris -

ad vtilitatem tamen publicam in academia quadam omnes ſuos labores referre maluit, quod votum etiam Deus ratum eſſe voluit, dum vnanimi conſenſu & iuſſu *Sereniſſimorum Nutritorum* academiae Ienenſis beate defuncti Dn. FALCKNERI, ſucceſſor dabatur ac per Commiſſarios ad id negotium conſtitutos anno MDCXC. menſe Iulio Profeſſor Iur. Scabinatus & Curiae Prouincialis Aſſeſſor introducebatur. Eodem anno, quo alacri animo labores publicos auſpicabatur, obitus dilectiſſimae coniugis maximum moerorem illi iniiciebat. Ne igitur publicis negotiis obrutus rei familiaris iacturam faceret, tertiam vitae, in ſenium vergentis, ſociam elegit ſupra laudati IOHANN. ERNESTI NORICI, ICti, ſui quondam in arte Iuris Praeceptoris fidelisſimi, filiam ſecundam, CHRISTIANAM SOPHIAM, Viri incorruptae fidei & ſpectatae autoritatis, Dn. THEODORI OERTELII, mercatoris Lipſienſis viduam relictam, quae eum trium filiorum parentem

Ienam vocatur.

Profeſſor Publ. introducitur.

Tertiam coniugem ducit.

fecit, quorum poſtremus CHRISTIANVS HEINRICVS, cum ſex hebdomadas nondum compleuiſſet, Creatori ſuo vitam reddidit, reliqui duo autem IOHANNES FRIDERICVS, & PHILIPPVS LVDOVICVS adhuc in viuis ſunt, & bonis artibus ſtudent, quorum piis conatibus Deus ex alto benedicat! Decanatum ſua in Facultate aliquoties, & ſupremum magiſtratum in academia bis geſſit. Quamuis autem ad varias Principum aulas vocationes ipſi fuerint oblatae, Parnaſſum tamen etiam ſub magna negotiorum mole relinquere noluit, ſingulari contentus gratia Sereniſſimi Principis ac Domini, Dn. IOHANNIS WILHELMI, Ducis Saxoniae &c. a quo anno MDCXCVII. menſe Nouembri Ienae *Vice-Cancellarius* & Kal. Ianuar. MDCXCIX. *Conſiliarius intimus* conſtitutus eſt. Et hac dignitate eximia adhuc ſplendet, per multos adhuc annos ſplendeat, eiusque conſilia ac facinora praeclara nulla vnquam deleat obliuio! id quod Patrono ſummo innumeris beneficiis per tredecim ferme annos obſtrictus indefeſſis precibus a Deo efflagitare dies noctesque conor.

Conſtituitur Vice-Cancell. & Conſiliar. int. Iſenac.

Scripta ſummae eruditionis Iuridicae diuulgauit ſeqq.

Electa Iuris.

De venerabili ſigno Crucis, Diſp. pro Loco.

Chro-

Chronoſcopiam legalem, continentem Diſputationes de eo, quod iuſtum eſt.
1. Circa Nouum annum.
2. Circa tempus quadrageſimale.
3. Circa feſtum Paſchatos.
4. Circa feſtum Pentecoſtes.
5. Circa dies caniculares.
6. Circa feſtum Natiuitatis Domini.
7. Circa Angelos.

De foenore & foeneratoribus.
De Iure retentionis vxori vel viduae competente.
De Iure florum.
De tutela datiua.
De eo, quod iuſtum eſt circa arbores.
De Decaniis.
De Iure Embryonum, von ungebohrnen Kindern.
De prohibita Magiſtratuum cum ſubditis conuentione.
De Decremento.
De Cenſu Protectionis, Schutz-Geld.
De teſtium inhabilium ſaluatione.
De tutore minore, qui veniam aetatis impetrauit.
De Iure Collectarum.
De eo, quod iuſtum eſt circa bona omnia.
De bono publico, quomodo bonis priuatorum praeferre debeat.
De Imputatione culpae propriae.
De Iure ſalutationis.

De Salgamo.
De relatione iuramenti.
Theſes controuerſas tribus diſtinctis Diſputationibus comprehenſas.
De Iure Vexillorum.
De Iure Pactarum.
De eo, quod iuſtum eſt circa tempeſtates.
De Paraſynaxibus, ſiue conuenticulis extra Eccleſiam illicitis.
De Iure praetioſorum.
De caſibus non dabilibus.
De Quotidiano.
De translatione Fideicommiſſi.
De Conſortibus litis.
De Actore inuito.
De petitionibus bonorum fiſco delatorum.
De Proceſſu Concurſus Creditorum.
De aedibus exuſtis, von Brandſtätten.
De Documentorum recognitione.
De Iure manus dextrae.
De Iure Poſthumorum.
De teſtibus non rogatis.
De vltima voluntate teſtatoris non ſeruanda.
De Iudaeorum receptione.
De termino Saxonico.
De Retorſione inter Status Imperii.
De Concionibus funebribus.
De Inueſtiturae renouatione.
De Iure Seculi.
De Eſculentis & Potulentia.
De inutilibus ſponſaliorum diuiſionibus.

De

De Teſtamento holographo reciproco.
De officio Actuarii.
De fortuna Iurgiorum.
De deprecatione Eccleſiaſtica.
De Iure Gemellorum.
De Balneis & Balneatoribus.
De aequitate flebilis beneficii ceſſionis bonorum.
De ictu fuſtium.
De Cauſa propria.
De Iure thalami.
De Iure Praferentiae in locatione.
De Priuilegiis Clericorum in Proceſſualibus.
De Iudiciis Sileſiae inappellabilibus.
De transactione ob enormem laeſionem non reſcindenda.
De Sacculo ſonante.
De tribus ſententiis conformibus.
De fide hoſti a priuato data ſeruanda. &c.

LIX.

WILHELMVS HIERONYMVS BRVCKNER

VItae huius uſura frui coepit Erffurti, quod eſt metropolis Thuringiae, anno CIↃ IↃCLVI. d. XXIII. Sept. Patrem habuit HIERONYMVM BRVCKNERVM, ICtum, & ERNESTI Pii, Principis Saxo-Gotha- *Naſcitur.* *Eius parentes.*

Digitized by Google

Gothani Consiliarium aulicum: Matrem CHRISTIANAM BRANDIAM. Auum lineae paternae D. HIERONYMVM BRVKNERVM, ICtum, Consiliarium aulicum Saxo-Vinariensem, nec non Consulem Erffurtensem primarium (genitum ab HIERONYMO BRVCKNERO, ciui Lipsiensi honoratiore, & MAGDALENA, MAVRITII STEINMERII, Math. Prof. Publ. & Facultatis Philosophicae Lipsiensis Senioris, filia, quae descendit e prosapia IOHANNIS SCHILTERI, communis stirpis tot clarorum per Germaniam virorum, inter quos hodie viuit IOHANNES SCHILTERVS, ICtus per totam Europam celeberrimus.) Auiam REGINAM, (genus ducentem ex inclytis familiis IVNGERORVM, MACKIORVM, NAEVIORVM & STROMERORVM, natam quippe patre RVDOLPHO IVNGERO, Praefecturae Erffurtensis Assessore primario, Ober-Stadtvoigte/ matre SABINA NAEVIA, auo paterno PHILIPPO IVNGERO, Electoris Saxoniae Consiliario, Consule Erffurtensi primario, qui duxit vxorem REGINAM, HARTMANNI MACKII, Consulis Erffurtensis primarii, filiam, auo materno D. CASPARE NAEVIO, Elect. Saxoniae Archiatro, & Professore Medicinae Lipsiensi, auia materna BARBARA, quam HENRICVS STROMER, Elect. Moguntini Archiater

&

Digitized by Google

& Profeſſor Lipſienſis genuit.) Auum lineae maternae Noſter ſuſpicit HENRICVM BRANDIVM, Reipubl. quondam Erffurtenſis Quatuorvirum primarium, Obriſten Vierherrn / (natum CONRADO BRANDIO, eiusdem Reipubl. Conſule tertio, & CHRISTINA, HENRICI GEBHARDI, Conſulis Erffurtenſis filia) auiam eiusdem lineae BARBARAM, ortam IOHANNE RICHTHANSERO, Medicinae Doctore & Noriberg. Phyſico Ordinario, atque ESTHERA, IOHANNIS WINZERLEIN, Conſulis Straubingenſis filia. Quibus virtutibus dedita fuerit Noſtri familia, e corona virtutum, *Pietate*, colligere licet, de qua luculentum teſtem Profeſſorem & Hiſtoricum Saxonicum B. D. *CASPAREM SAGITTARIVM* audiamus in hiſtoria Gothana, vbi vitam natu maioris fratris Conſiliarii *HIERONYMI BRVCKNERI* tradit, p. m. 286. ſequentia ſcribentem: *Et vero, quod ad pietatem attinet, ſancte aſſeuerare auſim, a teneris vsque ad hunc quinquageſimum aetatis meae annum in nullam me incidiſſe familiam, cui infucatus Dei O. M. cultus, cum ſincero proximi amore, ita curae fuerit cordique, ac Brückneriana Erffurtenſi, iuuenibus non modo virisque, verum etiam virginibus, vxoribus ac viduis, Chriſtiani hominis officium καθ' ὑναμιν facientibus; vt adeo mirum nemini videri debeat, hanc ipſam quoque gen-*

gentem tot tantisque beneficiis a diuina bonitate auctam atque ornatam, sed & grauibus periculis ac cladibus, plerumque miro fere modo, fuisse ereptam. Noster inter decem parentum suorum liberos, nouem filios vnamque filiam, natu erat minimus, & quidem posthumus, fratres quoque omnes & sororem hodie superuixit. E sacro leuatus baptismate per Cancellarium Saxo-Gothanum *WILHELMVM HIERONYMVM SCHROETERVM*, domi primum, deinde *Informatur.* in publicis scholis Praedicatorum & ad S. Michaelem bonarum literarum, ad quas natura ferebatur, tyronem egit, postea priuatim cum *ZIEGLERO* & *GROMANNO* Patritiis commilitonibus per biennium vsus Praeceptore *M. CONSTANTINO MVLLERO*, anno CIↃIↃCLXXI. ab auia paterna, sumtus studiorum largiter subministrante, *Gymnasium Gothanum frequentat.* Gotham missus frequentauit Gymnasium, vbi de dexterrima *M. HENRICI RVMPELII* informatione toties sibi est gratulatus. Saepius Orationes publice habuit proprio elaboratas Marte, inter alias Hebraicam, in obitum Optimi Principis *ERNESTI PII*, *de Luctu Sionis*, & Latinam *de Suada Concionatoris aulici LVDOVICI* anno *E Gymnasio dimittitur.* CIↃIↃCLXXVI. dimissus est e Gymnasio cum amplissimo testimonio, quod *GEORGIVS HESSIVS*, Gymnasii Rector scripsit, in haec tandem verba desinens: *Sed quid multa? Suffi-*

Suffice dixisse, Brücknerum a me dimitti, auitarum, paternarum, fraternarumque virtutum ex asse seu haeredem seu omnino aemulum. Neque calcar sum additurus vltro currenti, sed reliquo studiorum cursui fausta quaeque apprecatus, quod Agricola de Erasmo, & hic de Ludouico Viue quandoque dixerunt, succinam: Hic olim Magnus erit. Sic voueo, sic ominor, rata habe, o bone IEsu! vota, omnia. Cum gemino morbo grauissimo, &, vt ab omnibus habebatur, lethali conflictatus est *Gothae*, per singularem tamen diuinam gratiam saluus euasit. Dicto anno Gotha *Erffurtum*; & hinc *Ienam* concessit, vbi per biennium & vltra moratus in Philosophico studio, cui tunc plurimum se addixerat, ab ore potissimum D. VALENTINI VELTHEMII pependit, in Theologico autem, quod primum ipsi arrisit, accuratissimis viris MVSAEO, BAIERO & GOEZIO, adhaesit, non posthabitis tamen reliquorum Professorum collegiis. In nominali, vt vocant, Philosophia, quae captat ἀκρίβειαν in nudis terminis & vocabulis, nimium se occupatum tunc fuisse dolet, vnde vegrandem scripsit & habuit disputationem *de Causa Morali*, a nonnullis quidem laudatam, in cuius tamen elaboratione se tempus & operam strenue perdidisse fatetur, vt vix sine nausea eius amplius meminisse possit. Degustauerat tunc in-

Aegrotat.

Erffurti & Ienae studet.

Disputat.

comparabile *Grotii* Opus de I. B. & P. cornu quaſi copiae realis Philoſophiae exhibens, quod ſitim ad plenius illud hauriendum accendit. Opportunam ad hoc nactus eſt occaſionem, dum in patriam academiam redux, audiret fratrem GEORGIVM HENRICVM, *Klenckii* Nucleum Grotiani Operis explicantem. Vix abſoluerat frater hunc laborem, cum Noſter laudatum *Grotii* Opus ipſum aliis exponeret, ſimulque Logicam, Metaphyſicam, Ethicam, Politicam, quas diſcendo hactenus pertractauerat, docendo traderet, in eo etiam multum deſudans, vt doctrinam de demonſtratione, in praxi tam vtilem tamque neceſſariam, a plerisque neglectam, erueret. Nec deſiit Theologorum M. STENGERI, Senioris & D. LOESCHERI Scholas frequentare. Mutauit tamen poſtea conſilium, & animum ad ſtudium Iuris applicuit, conſcientia, non leuitate animi ductus fratris ſparta Profeſſoria ornati, Collegiis Iuris diligenter interfuit, & Diſputationem Doctorandi cuiusdam Inauguralem *de Refutatione Feudi* conſcriptam, Reſpondens publice defendit. Studiorum Curſum valde turbauit peſtis, quae anno CIↃ IↃCLXXXII. & LXXXIII. Erffurti graſſari coepit. Dubius vtrum maneret, an diſcederet, (nam in vtramque partem graues aderant cauſae, nec res ferebat moram) ſortis iudicio vſus eſt,

Erffurtum redit.

Alios informat.

Theolog. audit.

Iuris ſtudium elegit.

Diſputat.

eſt, inuocato prius diuini Numinis regimine. Intrepidus etiam in loco peſtis perſtitit; vbi ſors hanc viam monſtrauerat. Id inſtitutum frater natu maior HIERONYMVS, Conſiliarius Saxonicus, reprehendit, publico ſcripto euincere conatus, argumentum id eſſe tentationis diuinae, non fiduciae & pietatis in Deum. Nolter vero in Diſputatione ſua Inaugurali, quam de *Iure Sortium* elaborauit, tam ſolide probauit, in perplexo & prorſus dubio caſu pro re nata licite adhiberi ſortem, vt frater, caeteroquin ad cedendum non adeo facilis, nihil amplius nec priuatim nec publice regereret. Suppetias tulit Matri, vt & alteri fratri RVDOLPHO, Praefecto Moguntino, quem ſemper Patris loco coluerat, in arce Vippachienſi haud procul Erffurto peſte laborantibus; his extinctis luem & ipſe contraxit, bubone & carbunculo, peſtiferis illis ſignis, in corpore extuberantibus, necemque minitantibus. Vippachio Erffurtum rediit, ad rectius curandum morbum; centum illo tempore per diem in vrbe decedebant, tanta morientium ſtrages erat. Superauit tamen per Dei gratiam etiam hunc morbum, non modicum ſe debere profeſſus Medico celeberrimo D. PETRI ab HARTENFELS. Ante aliquot annos, *Iena* diſceſſurus, non minus grauiter decubuerat, vt ſpes ſalutis ferme

Peſte laborat.

Superat morbum.

Grauiter decumbit.

me nulla superesset; peregre profectus tunc erat, aeui nostri Hippocrates, D. WEDELIVS, & alterius Medici cura ne tantillum proficiebat; reuersus ex itinere WEDELIVS puluerem dabat, quo vis morbi vno quasi ictu prostrata. Hos igitur Medicos post Deum velut statores vitae suae veneratur. Anno CIↃIↃCLXXXII. auitam, & anno LXXXIII. maternam consecutus haereditatem, qua familiam alere poterat; non protinus, vt multi sibi persuaserant, vxorem duxit, quoniam potentiorem in patria habebat aduersarium, odio religionis quamuis occasionem premendi eum captantem. Adeo autem huic non succensuit, vt inter aduersitates, quas immerens ab illo perferebat, amicis diceret, Deum haec mala in bonum finem directurum. Euentus dicta comprobauit. Extra patriam enim vrbem exoptatissimum matrimonium & munera sat ampla Deus ipsi reseruauit. Quare aduersarium nominauit Promotorem maximum, dicterio subinde vsus: Etiam ex hoste salus. Anno CIↃ IↃCLXXXIV. nomen inter Candidatos Iuris professus, sequenti anno XIX. Aprilis I. V. D. renunciatus est, Promotore IOHANNE MAVRITIO GVDENO. Ornatus deinde Professione Iuris extraordinaria, varias Disputationes ad *Grotium* habuit, quas curauit typis imprimendas. Suaserat auia paterna, dum ad-

I. V. D. renunciatur.

Professor Iur. extraord.

adhuc viueret, vt, ſi olim matrimonium iniret, eligeret tori ſociam, non propriis ſolum, ſed & parentum virtutibus claram & conſpicuam. Memor huius moniti tot oblatas occaſiones, oculis & affectibus arridentes, non acceptauit, donec frater natu maior, quem parentis loco colebat, proponeret, *ANNAM CHRISTINAM BECKERIAM* eſſe ducendam. Splendida nata erat familia, ſiue paternum ſpectes genus, ſiue maternum. Pater erat *PAVLVS BECKER*, primum Cancellarius Comitis de Bromniz, deinde *ERNESTI* Pii & *FRIDERICI* Principum Saxo-Gothanorum Conſiliarius aulicus, qui parentem habuit *PAVLVM BECKER*, Conſulem Freyſtadienſem in Sileſia, matrem *REGINAM GÜTTLER*, auum paternum *PAVLVM BECKER*, Senatorem Freyſtadienſem, auum maternum *D. IOHANNEM GÜTTLER*, Medicum & Phyſicum illius loci apud Sileſios. Mater vxoris *ANNAE CHRISTINAE BECKERIAE* eſt *MAGDALENA ELISABETHA*, e generoſa familia de *WILD* orta, cuius atauus *VINCENTIVS WILD*, Conſiliarius Epiſcopi Osnabrugenſis tres genuit filios, *IOHANNEM*, *GEORGIVM*, & *CASPAREM*, ab Imperatore *CAROLO V.* anno CIↃIↃXLIII. Cal. Aug. ob parentum & propria merita nobilitatos; a

Vxorem duxit.

primogenito *IOHANNE* descendit *IOHANNES VITVS de WILD*, pater *MAGDALENAE ELISABETHAE*, huius foeminae mater erat *ANNA SIBYLLA*, genus ducens e nobili prosapia *OBERLANDERORVM* in *Rudolphstein & Cattenau*, apud Variscos adhuc florentissima. Licet igitur Noster non solum clara natus sit familia, sed & vxorem inuenerit ita natam, non tamen ob carnalem natiuitatem contemsit vel minimos, suis potius liberis inculcandum ratus, ne animis vnquam efferantur, fastuque & supercilio mereantur a Deo, qui superbos deiicit & humiles eleuat, ad infimam sortem detrudi, aut prorsus extirpari, sicuti multis contingere familiis videmus. Hunc autem demum vere generosum censet, qui ex Deo natus est. E matrimonio, quod anno CIↃIↃCLXXXIX. d. XXVII. Augusti iniit, hactenus tres filios, & septem filias suscepit, e quibus filius *PAVLVS WILHELMVS*, & quatuor filiae, *MAGDALENA CHRISTINA, MARGARETHA SIBYLLA CATHARINA, ROSINA CHARLOTTA, & SOPHIA ELISABETHA REGINA*, sunt superstites, reliqui fato functi. Anno CIↃIↃCXC. post obitum *D. BECHMANNI* & *D. RHOTII* ICtorum, vnanimi Facultatis Iuridicae & totius Senatus academici Ienensis consensu

Prof. Iur. Ienae constituitur.

suc-

ſucceſſor denominatus, *Sereniſſimisque Principibus Nutritoribus* commendatus, primum Inſtitutionum, dein, vbi D. PETRVS MVLLERVS, Cancellariatum Ruthено-Geranum adiuit, Pandectarum Profeſſionem nactus, pariterque ad Curiam Prouincialem & Scabinatum vt Aſſeſſor clementiſſime vocatus, & ſic dignitate Conſiliarii Saxonici condecoratus eſt. Veneratur igitur humillima mente fatum ſuae familiae, quo non ſolum pater, auus & abauus, ſed & Ipſe inter fratres natu minimus cum fratre natu maximo Conſiliarii Saxonici audiere. Quae ſub eius Praeſidio cum inaugurales tum aliae Diſputationes fuerint habitae, alia occaſione dicetur. Libris quidem hactenus rei literariae grauis eſſe noluit, & illos veluti foetus immaturos in publicum protrudere, collegit tamen curioſas & vtiles in Iure & Theologia materias, quas ſubinde poliendas & exaſciandas tandem, ſi Deus vitam & vires largietur, in lucem edet, nec iniquo feret animo, ſi nondum editae cum ipſo, Deo ita volente, ſepelientur.

Curiae Prou. & Scabin. Aſſeſſor.

Digitized by Google

LX.

ADRIANVS BEIER, D.

Naſcitur. NAtus heic *Ienae*, anno ſeculi ſuperioris triceſimo quarto, die Ianuarii menſis viceſimo nono: Patre cognomine, Eccleſiaſte plusquam ſemiſeculari: Matre ANNA, nepte celebris illius Theologi, TIMOTHEI KIRCHNERI, ex filio M. PHILIPPO, Paſtore oppidi Buttelſtadienſis, longis ibidem annis meritiſſimo, quam peſtis tamen immatura praeripuit morte d. XXIV. Auguſt. MDCXXXVI. Pueritiam in Scholis, patria Mülhuſina & Altenburgenſi transegit: ad academica ſtudia MDCL. adoleſcens admodum intromiſſus, ex deſtinatione parentis, Theologiam primitus cum Philoſophia coniunxit, ac vtramque cathedram non ſemel conſcendit; ex inclinatione tamen natiua ſtudium Iuris praeoptauit, atque iuuentutem ſuam in diuerſis academiis, Ienenſi, Lipſienſi, Wittebergenſi, Roſtochienſi ac Lugdunenſi Batauorum transegit, donec menſe Octobri anni MDCLIIX. in academia patria gradum Doctoralem conſecutus fuit. Abinde, pro re nata, tam Studioſis docendo, quam Clientibus conſulendo atque orando operam addixit ſuam, donec anno MDCLXX. *Ienae* in numerum

Eius parentes.

Scholas frequent.

Studio Iur. operam dat.

I. V. D. creatur.

Ad-

Aduocatorum Curiae Prouincialis cooptaretur; Senatus quoque oppidanus ibidem MDCLXXIIX. Syndici munus eidem non cogitanti offerret. Post discessum D. GEORGII, Camerae Ducalis Procuratoris, in locum illius MDCLXXXI. successit; MDCXC. in ordinem Professorum vt extraordinarius assumtus, post discessum D. PETRI MVLLERI ad Cancellariatum Ruthenicum ordinaria Professio Institutionum obtigit ipsi; ad Professionem Pandectarum adscendit post resignationem Praeillustris Dn. BARONIS de LYNKER. Tandem MDCIIC. ℔ 7. Septembr. Curiae Prouincialis Assessor extraordinarius constitutus. Decanatum suae Facultatis quarta nunc vice, Rectoratum secunda per Dei gratiam gerit. Scripta eius sunt sequentia:

Constituitur Aduocatus Curiae Prou.
Syndicus Ienens.
Camerae Procurator.
Professor Extraord.
Ordin. Institt. Pandect.
Curiae Prou. Assessor.
Decanus.
Rector.

De Origine Iuris opificiarii. Ienae, apud *Tobiam* Oehrling.

TYRO, Praecursorum Iuris opificiarii emissarius, der Lehr-Jung. Ienae, apud *Ioh. Iacob* Ehrt.

BOETHVS: der Handwercks-Gesell. Ien. apud *Salom.* Schmiedt.

MAGISTER, der Meister bey den Handwercken. Ienae, apud *Iohann. Iacob* Ehrt.

Digitized by Google

De Artificibus Palatinis, von Hofe-Handwerckern. Vratislauiae, apud *Ioh. Georg.* Steck.

De Collegiis Opificum eorumque Proceſſu, von der Zünffte Weſen und ſonderbahrem Gerichts-Brauch. Ienae, apud *Ioh. Iacob* Ehrt.

De Officinis & Tabernis Opificum, von Werckſtädten und Krahm-Laden. Ien. apud *Ioh. Gollner.*

De Inſtrumentis Opificum, von Werck-Zeuge. Ienae, apud *Tobiam* Oehrling.

De Iure prohibendi, von der Zünffte Zwang. Ienae, apud *Salom.* Schmied.

De Conuiciis Opificum, vom Schelten der Handwercker. Ienae, apud *Ioh. Iac.* Ehrt.

De domeſticis Opificum & Praecipuis filiorum, von Meiſters-Söhnen. Ienae, apud *Ioh. Gollner.*

LXI.

Digitized by Google

LXI.

IOHANNES BERNHARD. FRISIVS,

HAereditarius in Pôſen / I. V. D. quondam Praefectus Ienenſis, hodie aulae Iſenacenſis & Conſiſtorii Ienenſis Conſiliarius nec non in academia Salana Inſtitut. Profeſſor Publ. ſplendidiſſimus &c. Multis iisque grauiſſimis negotiis iam obrutus antecedentia & Diſſertationes, quas typis exſcribi curauit, alia occaſione cum B. L. communicabit.

LXII.

IOHANN. CHRISTIANVS SCHROETERVS

PRimam vitae vſuram hauſit *Ienae*, anno ſalutis MDCLIX. V. Kalend. Febr. Patrem habuit virum conſultiſſimum ERNESTVM FRIDERICVM SCHROETERVM, in Salana Anteceſſorem celeberrimum; auum PETRVM ELIAM SCHROETERVM, ICtum, Sereniſſimi Principis ac Domini, Dn. CHRISTIANI I. Sapientis, Cancellarium; Pro-auum IO-

Naſcitur.

Maiores eius.

Digitized by Google

IOHANNEM FRIDERICVM, Sac. Pal. Caeſ. Com. Medicinae in academia Ienenſ. Profeſſorem, eiusdemque vt & Philoſophiae & Iurium Doctorem: Atauum IOHANNEM SCHROETERVM, Comitem itidem Pal. Caeſar. Imperatoris FERDINANDI I. Archiatrum & apud eundem Sereniſſimi Electoris Sax. IOHANNIS FRIDERICI, Oratorem, poſteaque primum Salanae Profeſſorem Rectoremque Magnificum: Matrem vero MARIAM FOMANNIAM. Domeſticorum Praeceptorum cura literis initiatus Noſter *Gotham* mittebatur, vbi per annos complures vitae ſtudiisque inſtituendis autor ipſi fuit vir magnificus Dominus HIOBVS LVDOLPHVS, Camerae ibidem Director, qui & effecit, vt B. Dn. REYHERI, Gymnaſii Gothani Rectoris publica eaque accurata informatione vteretur. Rediit deinde in patriam, vbi liberalibus artibus aditum ſibi ad ciuilem Iuris ſapientiam paraturus ab ore Dn. VALENTINI VELTHEMII, tum SS. Theolog. Licent. atque Philoſoph. primae & organicae Profeſſ. nec non Dn. CASPARIS SAGITTARII, SS. Theolog. D. & Hiſtor. Profeſſ. aſſiduus pependit, vſus praeterea contubernio & fideli ad plerasque Philoſophiae partes inſtitutione Domini M. PAVLI LINSII, cuius tum ſub Praeſidio

Gotham adit.

Redit in patriam.

Digitized by Google

sidio de *Statu naturali & legali* disputauit publice. Biennio ita intermisso arbitratu paterno *Lipsia* adita Excellentissimis Doctoribus Dn. OTTONI MENCKENIO, Philos. Profess. ad HORNII Orbem Politicum commentanti, nec Dn. BARTHOLOMAEO SCHWENDENDOERFFERO, ICto, Institutiones Iuris; Dn. AVGVSTO BENEDICTO CARPZOVIO, Eckoltum ad Pandectas repetenti, ac Dn. ANDREAE MYLIO, disquisitionibus priuatis Institutiones ventilanti atque Iurisprudentiam forensem Struuianam explicanti totum se dedit. Sed repentina parentum aegritudine reuocatus cum dolor pariter animi ex ipsorum obitu conceptus, atque rei familiaris turbamenta, haec vbi coeperat, pertexere haud sinerent, interea consultissimus Dn. D. SPITZIVS repetitiones & disceptationes perpetuas Institutionum atque Ludvvellianarum Exercitationum instituens, auditorem illum habuit; donec B. Dn. ORTOLPHVS FOMANNVS, auunculus, solicitudine domestica in se translata, copiam ei fecit Francofurtum Viadrinam concedendi, vbi Iureconsultis summis RHETIO, STRYKIO & VRSINO, in disciplinam se tradidit. Verum hinc etiam B. auunculi ingraueſcens valetudo pedem referre coëgit, eoque viis exemto denuo *Ienae* persistendum, vbi non

Lipsiam se confert.

Ienam reuocatur.

Francofurti studet.

Ienam redit.

Disputat.

non tantum exercitia quaedam academica subiit vnum ad A. Matthaei *de Concurs. & Priuil. Cred.* alterum propriis viribus elaboratum, *de Reliquis*, sub moderamine magni illius STRVVII: Sed & lectionibus huius ad DESSELII Erotemata, Magnifici Dn. SCHILTERI, ad eiusdem Iur. Canon. Institutiones, vt & prae-illustris liberi Baronis de LYNKER, ad Feudorum Consuetud. & Notitiam Imperii Boeclerianam, quin & peculiari Dn. Affinis D. MVHLPFORTII, Curiae Prouincialis Aduocati &c. institutioni ad Praxin, magno cum emolumento suo interfuit. Anno MDCLXXXII. ab illustri Facultate Iuridica virtutis suae praemia ea, qua par est, modestia petiit, ac speciminibus consuetis cum laude editis I. V. Doctor creatus anno MDCLXXXVII. illustris Reginis Ienensis ac deinde Curiae Prouincialis Aduocatus Ordinarius tandemque d. xxx. Maii anno MDCCI. Professor Iur. extraordinarius constitutus est. Statum domesticum quod attinet, in coniugio vixit cum HELENA MARGARETHA PASCASIA, ex qua liberos septem suscepit, qui omnes praematura morte sunt abrepti praeter filium CHRISTIANVM FRIDERICVM, sedulum paternarum virtutum aemulum. Deinde, fideli hac coniuge mortua, nuptias celebrauit cum vir-

I. V. Doctor renunciatur. Fit Ien. Reginis & Cur. Prouinc. Adu. Professor extraord.

Matrimonium eius.

virgine nobilisſima *DOROTHEA SOPHIA GOEZIA*, magni quondam Ienenſium Theologi, *B. GEORGII GOEZII*, filia, quae ipſum trium liberorum parentem fecit, e quibus non niſi filia *SOPHIA MARGARETHA* adhuc ſuperſtes. Diſputationes, quas publicae eruditorum diſquiſitioni ſubiecit, ſunt ſequentes: *Scripta.*

De reliquis duae, ſub praeſid. Struuiano vna, ſub Lynckeriano altera.

Tanquam Praeſes.

De litis Conteſtatione, Reſp. *Frid. Chriſt.* Seebach. 1685.

De Reliquis Tutorum, Reſp. *Frid.* Sigm. Schore. 1685.

De iuſta mulierum ignorantia, Reſp. *Melch. Rud.* Schwengefeld. 1684.

Sobria Iuris Critica, Reſp. *C. O.* Siegmann. 1685.

De editione actorum ad L. 2. c. de Edendo, Reſp. *G.* Paulitz. 1686.

Quomodo nuda ſcientia crimini quem inuoluat, Reſp. *I. G. Bohemus.* 1687.

De Iuramento litis deciſorio iudiciali, Reſp. *C. C. Koeberus.* 1688.

De Cautionibus indefinitis, Reſp. *W. Redecker.* 1698.

De eo, quod circa geminationem iuſtum eſt, Reſp. *I. W. Thilo.* 1703.

De

De adoptionibus iure ciuili & moribus Germaniae vsitatis, Resp. *D. F. Eggelingk.* 1703.

De Vasallo non statu imperii, Resp. *L. C. Dahn.* 1704.

De lamiis earumque processu criminali, von Hexen in dem peinlichen Proceß wider dieselben / Resp. *Mich. Paris* Walburger.

* * *

Et sic etiam per Dei gratiam classem Professorum Iuridicorum, qui in academia Ienensi Iura docuerunt & adhuc docent, absolui. Coronidis loco hoc addo votum: Mortuorum fama nunquam moriatur! Viuentium gloria vna cum viribus crescat, nunquam decrescat! Viuant fideles Iustitiae sacerdotes, quo[d] per ipsos Respublica quoque vireat, ita, vt quilibet

DEVM colat,
neminem laedat
& cuique suum tribuat!
FIAT!

Digitized by Google

CLASSIS III.

VITAS MEDICORVM IENENSIVM EXHIBENS.

Digitized by Google

Digitized by Google

CLASSIS III.
PROFESSORVM MEDICORVM IENENSIVM VITAS EXHIBENS.

PEr DEI gratiam nuper Iuridicorum quoque Profeſſorum de inclyta academia Ienenſi meritorum Βιολογίαν abſolui, nunc igitur ad Medicos me conuertens, ab eo merito facio initium, qui non ſolum illuſtris Facultatis Medicae, ſed etiam totius academiae Salanae commodis mirum in modum ſeruiit. Eſt autem ille

I.

IOHANNES SCHROETERVS,

Schroeterus

QUi vitae theatrum ingreſſus eſt *Vinariae* Thuring. A. C. MDXIII. natus patre, PETRO SCHROETERO, Conſule; matre, e DIEZIORVM

Naſcitur.

Eius parentes.

Digitized by Google

familia oriunda. Puer in schola primum patria, deinde *Numburgensi* literas didicit, tum *Wittebergam* venit, & praefuit aliquandiu scholae Stambsensi in Rhaetia. Mense Ian. MDXLIII. denuo *Wittebergam* se contulit, breuique tantum in Philosophicis profecit, vt Magisterii gradum cum honore consecutus sit. Anno MDXLV. *Viennam Austriae* abiit, & in addiscenda Medicina vsus est institutione MATTHIAE CORNACIS, FRANCISCI EMERICI ac WOLFFGANGI LAZII, Medicorum Caesareorum. Aliquandiu etiam ludo Prouinciali operam suam addixit, inque eo officio vxorem duxit viduam, VRSVLAM, e CAPITONVM, Germanice Großhaupt/ familia, ex qua liberos vtriusque sexus suscepit. Anno MDXLIX. in *Italiam* iter suscepit & *Patauii* sub IOH. MONTANO medicinam perdidicit. Anno MDLI. reuersus *Viennam*, libellum *de Praedictionibus* eruditum edidit. Die II. Ian. MDLII. *Viennae* insignia Doctoratus in aede D. *Stephani* adeptus est, & postea in numerum Professorum publice docentium adscitus, nec multo post a MAXIMILIANO, tunc *Bohemorum* Rege in aulam, medicinae faciendae causa, accersitus est. A. MDLIV. in patriam reuocante Electore, IOH. FRIDERICO, se recepit, & quamuis Elector interea III. Martii obiisset; tamen statim, ac

Studet Numburgi.
Wittebergae.
Magister creatur.
Viennam abit.
Studet Medicinae.
Ludo dat operam.
Vxorem ducit.
In Italiam proficiscitur.
Fit Doctor.
Professor.
Archiater.
In patriam reuocatur.

ac venit, Professor in academia *Ienensi* & Ducum Sax. Archiater designatus est. Ibi cum aliquando Princeps, IOHANNES FRIDERICVS II. morbo decumberet, longo ac difficili itinere bis in *Italiam* profectus est, partim vt Medicorum *Patauinorum* sententias cognoiceret, partim vt Principi suo ad thermas *Aponenses* abituro a LAVRENTIO PRIOLO, Venetorum Duce, Saluum Conductum impetraret. Academiam *Ienensem* non parum illustrauit, dum anno MDLVII. d. xv. Aug. vt sceptra academiae essent argentea & deaurata impetrauit, aedes in oppido multas ad habitandum commodas exstruxit, & alios, vt idem facerent, inuitauit, atque vt Collegium, Musarum hospitium liberalitate Principum exaedificaretur, elaborauit. Anno MDLVIII. d. II. Febr. Salanae Rector primus proclamatus CLXII. Studiosos matriculae inscripsit. *Deinde* fasces academiae administrans ab anni MDLXI. mense Iulio vsque ad seq. anni Cal. Ian. vna cum Rectore Magnificentissimo, Illustrissimo Domino, Domino HEINRICO RVTHENO, L. B. a Plauen ciues nouos LXXV. Tum ab A. MDLXIV. Cal. Febr. vsque ad Calend. Iun. LXXIII. post a Cal. Iun. anni MDLXIV. ad Cal. Ian. seq. anni Illustrissimi Comitis, Dn. GEBHARDI, Comitis Gleichensis, Prorector LXV. *Adhaec* ab anni MDLXVIII.

Professor Ienae.

In Italiam profecturus.

Academiam Ienens. illustrauit.

Rector academ. primus.

Cal. Iun. vsque ad annum MDLXIX. Cal. Ian. CXI. porro a XXIV. Iul. MDLXXIII. vsque ad seq. anni XVII. Febr. CCXXVII. *Rursus* ab anni MDLXXIV. d. XIIX. Febr. ad XXIII. Augusti. *Sereniſſimi Principis*, Dn. FRIDERICI WILHELMI I. Ducis Saxon. Prorector CCXIIX. *Tandem* a IX. Cal. Aug. anni MDLXXXII. vsque ad XIIX. Febr. seq. anni CL. *Denique* a XXV. Iul. anni MDLXXXVIII. ad X. Ian. anni seq. XCI. recepit. A Ducibus Saxon. ad FERDI-

Impetrat priuilegia Salanae.

NANDVM Imperatorem missus, academiae priuilegia, ope inprimis IACOBI IONAE, Procancellarii, & PHILIPPI GVNDELINI, Consiliarii integra impetrauit, eo tempore, quo id optarent potius omnes, quam sperarent. Anno Chr. MDLXXIX. d. XIX.

Creatur Comes Pal. Caes.

Febr. *Patauii* autoritate Caesarea Comes Palatinus Caesareus vna cum filiis creatus est, cum antea anno MDLVII. VI. Decembr. nobilitatis insignia in aula D. FERDINANDI I. Imperat. Rom. vltro oblata adeptus fuisset. In praxi medica de eo fere potuit affirmari, quod ipse de FRANCISCO EMERICO, Medico Viennensi Praeceptore suo retulit: ipsum simul atque ingressus ad aegrum aliquem, & faciem eius contemplatus esset, incredibili mentis sagacitate perspexisse, qualis morbus & quid agendum esset. Aetate tandem ac laboribus fractus, cum *Ienae* vltra annos XXX. docuisset, asthmate

pri-

primum tentatus, accedente eryſipelate in pede familiari, eique ſuccedente gangraena inter preces ardentes animam efflauit vltimo Martii A. C. MDXCIII. aetatis LXXX. Biduo poſt in aede ſacra honorifice ſepultus eſt, concionem funebrem habente D. GEORG. MYLIO. In coniugio vixit gemino, primum cum VRSVLA ſupra dicta, *Viennae* ducta, deinde cum CATHARINA, BASILII MONNERI, ICti & Prof. Publ. Ienenſis, vidua. Filios ſuſcepit ſibi ſimiles tres, quorum natu maximus WOLFFGANGVS, Iur. Licent. fuit primum *Comitum Mansfeldiorum* Cancellarius, deinde IOACHIMI FRIDERICI, Adminiſtratoris *Magdeburg.* Conſiliarius. Alter PHILIPPVS IACOBVS, Medic. Doctor & Prof. academiae Ienenſis. Tertius IOHANNES FRIDERICVS, *Baſileae* Med. Doctor anno aetatis XXI. renunciatus cum *Ienae* Philoſophiam & Medicinam cum laude docuiſſet & Anatomen edidiſſet, ac Commentariis *Hippocratem* illuſtraſſet, tandem *Budiſſinam Luſatiorum* euocatus abiit, vbi cum quinquennium exegiſſet, in patriam regreſſus eſt. Anno MDLXVI. peſtis tempore ſchola Ienenſi diſſipata ipſe in oppido ſubſtitit, & quos potuit, opera ſua ſubleuauit. Edidit:

Moritur.

Coniugium eius duplex.

Filii.

Scripta.

Librum de natura contagii & peſtis. Ien. 1584.

Theſes varias de difficillimis materiis.

Scholam medicam, ab auditoribus excepiam.

Conſilia aliquot medica, ext. in Op. Brendelii. *Francof. 4. 1615.*

Epiſtolam medicam, ad Iuſtinum Petzoldum *de morborum malignorum ſui temporis curatione, ext. in Op.* Laur. Scholzii. *Franc. 1598.*

Typum ex Hippocrate, Galeno, aliisque, *per quem Cognitis ex motu & curſu ſiderum mutationibus anni, vno intuitu de futuris inde morbis vnusquisque facile praedicere poterit. Vienn. 8 1551.*

Varios Tractatus Anatomicos, quos Iuuenis Viennae ſcripſit.

II.

Cornarius

IANVS CORNARIVS, ante Haympol vel Hagenbut

Naſcitur.

CYgneae *Variscorum*, oppido ad Muldam ſito, A. C. MD. primum hauſit aërem, primumque ſtudiorum fecit tyrocinium, ſat negligenter, quoad victum, educatus. Verum adoleſcens admodum & corpore non adeo firmo a patre in exte-

exteras ſcholas eſt miſſus. Ideoque quod fortes ſolent milites, ab infimo ordine ad ſummum progreſſus, omnes ſuae aetatis doctrina & omni literarum genere ſuperauit. Nam ſi linguas ſpectes Graecam atque Latinam, in iisdem ita excelluit, vt vtramque adoleſcens viginti annos natus non doceret modo publice; ſed & anno vigeſimo primo *Wittebergae* Magiſter renunciatus & mox anno vigeſimo tertio Licentiatus Medicinae, poſteaque demum *Ticini* vel *Pauiae* in *Italia* Doctor apud Germanos noſtros non mediocriter illuſtrauerit & excitauerit id, quod vel inprimis ex operibus Graecis in Latinam linguam ſummo ſtudio atque induſtria conuerſis apparet. In maioribus autem & vberioribus artibus ita verſatus eſt, vt earundem cognitionem non ſubtili obſcuritate, ſed vtilitate praecipue in Rempublicam deriuanda metiretur. Ideoque huc cogitationes ſuas non veluti ad paruulam cynoſuram: ſed ad clariſſimos ſeptentriones dirigens Philoſophiam ipſam ac artem medicam tum apud *Liuones*, *Rutenos & in Principum Megalopyrgicorum* Ducatu & aula: tum vero in academiis *Roſtochiana*, *Marpurgenſi* & *Ienenſi* docuit publice, atque *Northuſii*, *Francofurti ad Moenum* & denique in patria ſtudium induſtriamque ſuam ad hominum valetudinem conſilio & opera iuuandam contulit. Quin ad exte-

In exteras ſcholas miſſus.

Renunciatur Magiſter.

Licent. Medic.

Doctor.

Docet publice Philoſ. & Medicinam.

Ienae.

In patria.

peregrinatur. ras nationes transiit per *Belgas*, videlicet ad *Anglos*, & ab his per *Gallos* peregrinatus, *Italiam* petiturus, nisi in transitu *Basileae* in Graecos incidisset Medicos, *Hippocratem*, *Galenum*, *Paulum Aeginatem* & *Dioscoridem* in *Allina* officina *Venetiis* excusos. Ex quo porro tempore Medicis illis Graecis se totum addixit illorumque medicinam variis in locis exercuit postmodum. Cum itaque iis praecipue artibus & studiis iam esset notissimus, *Francofurto*, vbi tum Physicum agebat, a PHILIPPO, *Landgrauio* anno MDXLII. Calend. Iulii *Marpurgum* ad medicinam publice docendam euocatus, in eam scholam tunc temporis *Grünbergam* translatam VI. Calend. Nouembris venit, cumque nihil praestantius iudicaret, quam optimum artis Doctorem Hippocratem in lucem reuocare, quod immensae difficultatis opus a nemine vnquam ante ipsum tentatum atque in transferendo eo Autore perpetuis XV. annis laborauit, quem cum Senatui Aug. dedicasset, ab eoque C. solaribus Coronatis donatus, eundem in sua lingua, hoc est, Graece, praelegere aggressus, artemque medicam postmodum exquisitis traditionibus persecutus est, & academiae clauum Rectoris dignitate Cal. Iulii A. C. MDXLIII. auctus tenuit. Zwiccauiae vltra D. ex militibus praesidiariis curauit, nemo tamen abeuntium & loculos onustos aspor-

Physicus Francofurti.

Marpurgum vocatur.

Grünbergam venit.

Hippocratem transfert.

Rector Magnificus.

Cigneae curat milites.

aſportantium ſeſe gratum erga Medicum fidelem oſtendit. *Ienae* tandem primus ſuae Facultatis Decanus apoplexia correptus obiit A. C. MDLVIII. d. XVI. Martii aetat. LVIII. ſepultus in templo Michaëlitano, & Epitaphio impenſis Vniuerſitatis erecto ornatus relictis filiis duobus ACHATE & DIOMEDE, Medicinae Doctoribus. Aduerſarium habuit LEONHARDVM FVCHSIVM, qui ſuper verſionibus quibusdam litem ei mouit. Inter ſcripta, quae reliquit, ſunt: *Ienae moritur.* *Aduerſarius eius.*

Commentariorum Medic. in x. libb. Galen. de compoſitione Medic. ſecundum locos, Lib. x. ext. cum Gal. Libb. Baſil. 1537.

Sicut e Medicis Graecis Hippocrates, Galenus, Aetius, ita e Theologis veteribus Baſilius, Epiphanius, Chryſoſtomus & alii donati ſunt latina lingua.

De conuiuiorum veterum Graecorum, & hoc tempore Germanorum ritibus, moribus ac ſermonibus: it. de Amoris praeſtantia &c. Baſil. 8. 1548.

Hippocrates, ſiue Doctor verus, Oratio. Ext. cum operibus Hippocratis a ſe ipſo Latine verſis. Baſil. fol. 8. 1543. 1556.

Medicina ſ. Medicus, liber vnus. Baſil. 8. 1556. 1568.

Diſſertat. de ciborum receptaculis.

Ora-

Digitized by Google

Orationes duae, vna Hippocratis, altera de rectis medicinae ſtudiis amplectendis. ibid.

De peſte lib. 2. Baſil. 8. 1551.

Vniuerſae rei medicae Epigraphe ſeu Enumeratio. ib. 4. 1529. 1534. 8. 1551.

Hippocratis Epiſtolas interpretatus eſt & edidit Colon. 8. 1544.

Vulpecula excoriata, ſiue Refutatio hiſtoriae *Leonh. Fuchſii*, de Plantis. Francof. 4. 1543.

Nitra ac Brabyla pro Vulpecula excoriata aſſeruanda. ib. 4. 1545.

Interpretatio Latina ex Graeco ſelectorum, de Re ruſtica xx. libris comprehenſorum. Baſil. 8. 1538.

Interpretatio Latina, ex Graeco Phyſiognomonicorum Adamantii ſophiſtae. ib. 8. 1544.

Interpretatio Aetii Amideni, Lib. IV. Medicinae ſuae ex veteribus contractae. ib. fol. 1542. 1549.

Interpretatio Latina Anatolii de re ruſtica. ib. 8. 1540.

Artemidori Lib. IV. de ſomniorum interpretatione, de auguriis & manuum inſpectione Lib. IV. Latine reddidit. Baſ. 4. 1539.

Galeni de difficultate Reſpirationis Lib. III. interpretatus eſt. ib. fol. 1537.

Mar-

Digitized by Google

Marcelli de medicamentis Empiricis ſuae integritati plerisque locis reſtituit.

Pauli Aeginetae Libb. VII. de re medica in Latinum vertit, adiectis annotationibus.

Pedacii Dioſcoridis Libb. V. de materia medica caſtigauit, in Latinum tranſtulit & Emblemata adiecit, addita interpretatione eiusdem Dioſcor. de beſtiis venenum eiaculantibus. Lib. 2. fol. Baſil. 1557.

In dictum Hippocratis: *Vita breuis; ars vero longa*, Oratio. Ien. 8. 1557.

Hippocratis Coi libelli aliquot ad artem medicam praeparatorii. Baſ. 4.

De podagrae laudibus, Oratio. *Patauii*, 8. 1553.

Interpretatus eſt Galeni libros de vteri diſſectione, foetus formatione & ſemine &c Baſ. fol. 1536.

Conſilium de articulis religionis.

De Platonis & Xenophontis diſſenſione & eorum ſympoſia.

III.

LAVRENTIVS HIELIVS *Hielii*

VItam hanc ingreſſus *Veſaliae Belg.* Medicinae Baccalaureus creatus eſt *Roſtochii* A. O. R. MDLV. Doctor vero *Patria. Promotio. Baccalaur. Doctoralis.*

vero *Ienae* MDLX. Disputatione inaugurali prius habita *de morbo Gallico.* In *Ienensi* Academia Professorum Medicorum Ordini anno MDLIX. adscriptus Magistratum academicum gessit mense Iulio anni MDLXII. ac in album Studiosorum CXI. retulit. Tori sociam habuit GERTRVDIM, Dn. PETRI SCHROETERI, Consulis Vinarienſis filiam, Magni illius D. IOHANNIS SCHROETERI, sororem anno MDLXI. ductam, ex qua parens factus filioli vnius. A. C. MDLXVI d. XVI. Sept. peste correptus vna cum iisdem ac domesticis nonnullis rebus humanis exemtus est. Memoriam eius commendant

Profeſſio.
Rectoratus.
Coniugium.
Mors.

Epitome historiae animalium quadrupedum.
Dissertat. Inauguralis de Morbo Gallico.

IV.

MICHAEL NEANDER

Neander

Natus. LUcem primitus adspexit in *Valle Ioachimica*, oppido Bohemiae & Misniae confini, d. III. April MDXXIX. Promotus Baccalaureus Philosoph. *VVittebergae* d. XVII. Sept. MDXLIX. Magister d. X. Augusti MDL. Medicinae autem Doctor

Promotus. Baccalaureus. Magister. Medic. Doctor.

Ienae

Ienae Diſputatione inaugurali *de Thermis* praemiſſa Praeſide & Decano Dn. IOH. SCHROETERO, d. xxii. Aug. MDLVIII. Ibidem nactus Profeſſionem Publicam iam Mathematum & Graecae Linguae d. vi. Ian. MDLI. iam Medicinae d. xxv. Iun. MCLX. Faſces academiae adminiſtrauit *primum* menſe Iulio anni MDLX. & LVIII. nouos ciues recepit. *Deinde* a Calend. Iun. MDLXVI. vsque ad Cal. Ian. anni ſeq. XLVI. ſtudioſos inſcripſit. *Denique* a XXVII. Ian. ad XVIII. Iul. anni MDLXXVI. per quod ſemeſtre tempus album academicum CLIII. nominibus auxit. Coniugii ſocietatem iniit cum CATHARINA, PAVLI MVHLPFORTII, Praefecti in Ichtershauſen / filia d. XII. Febr. MDLV. Animam Deo reddidit d. XXIII. Octobris, anno Chr. MDCXIII. Scripta, quibus aliis prodeſſe voluit, ſunt ſequentia:

Profeſſor Publ. Math.

Medic.

Rector Magnif.

Coniugium eius.

Obitus.

Scripta.

Synopſis menſurarum & ponderum ponderationisque menſurabilium ſecundum Romanos, Athenienſes &c. Baſil. 4. 1555.

Phyſica, ſiue potius Sylloge Phyſica rerum eruditarum ad omnem vitam vtilium. Lipſ. 8. 1591.

Methodorum in omni genere artium breuis & ſuccincta ὑφήγησις.

Sphaerica elementa cum computo Eccleſiaſtico.

Diſp. Inaug. de Thermis.

LV-

Digitized by Google

V.

Sturmii

LVDOVICVS STVRMIVS

Patria. Promotio Magiſt. *Doctoralis. Profeſſio.* *Obitus.*

VInaria *Thuringus*, Philoſophiae & artium Magiſter declaratus eſt *Ienae* d. III. Ian. MDLIX. Medicinae vero Doctor *Patauii*. In academiam *Ienenſem* redux inter Profeſſores Medicos cooptatus d. XXIV. Maii MDLXVII. *Iena* d. XXVII. Maii MDLXIX. abiit & *Martisburgi* poſtea obiit.

VI.

Ellingerus

ANDREAS ELLINGERVS

Natus. *Creatus Magiſter. Doctor Medic.* *Docet.*

VItae theatrum ingreſſus *Orlamundae Thuring.* A. C. MDXXVI. Philoſophiae Magiſter creatus eſt in academia *VVittenbergenſi* MDXLIX. Medicinae Doctor in *Lipſica* d. XXVIII. April. anni MDLVII. in qua per XV. annos Medicinam docuit & fecit, Rectoris quoque axioma anno MDLXV. adeptus fuit. Anno MDLXIX. menſe Iun. a Sereniſſimo Duce Saxon.

Digitized by Google

Saxon. Dn. IOH. WILHELMO vocatus in academiam *Ienenſem* venit ad ſpartam in Facultate Medica obeundam. Ibi non ſolum docuit artem medicam; ſed etiam Rectoratum academicum aliquoties geſſit, nempe primum a x. Ian. vsque ad xxx. Iul. MDLXXI. intra quod tempus CLIV. inſcripſit. Deinde a xxx. Ian. ad xv. Iul. MDLXXVIII. quo ſemeſtri cum Illuſtriſſimo Domino OTTONE, Comite in Mansfeld ꝛc. Rectore Magnificentiſſimo, CXLII. nouos ciues recepit, ac tandem a xxx. Ian. A. MDLXXXII. vsque ad XII. Martii, quo XVI. nominibus matricula aucta ad vitam abiit meliorem. Viduam reliquit MARGARETHAM, IOHANNIS Steinhoffers/ Lubeca Saxon. Medicinae Doctoris & in academia Lipſienſi Profeſſoris Publ. filiam, nec non filium ANDREAM, Ienae Doctorem Med. I. Nou. MDCII. creatum. Edidit:

Profeſſor Ienae.

Rector Academ.

Moritur.

Eius relicta.

Filius.

Hippocratis Aphorismorum paraphraſin Poëticam. Francof. 8. 1579. Accedunt *Cornelii Celſi* aliquot Aphorismorum Hippocratis conuerſio Latina. Oratio in Aphorismos Hippocratis &c.

Scripta.

Conſilia quaedam Medica. Ext. in Opere, quod *Ioh. Wittichius* collegit & edidit Lipſ. 8. 1604.

VII.

GERVASIVS MARSTALLERVS

Marſtallerus.

Studet Heidelb. & Wittebergae.

Fit Baccalaureus.

Magiſter.

Peregrinatur.

Doctor Medic.

Ienae Prof. P.

Medicus Cellenſis.

Moritur.

Eius filii.

FRiburgo-Brisgoius *Alemannicus*. Adoleſcens in academiis *Heidelbergenſi* & *Wittenbergenſi* ſtudiis operam dedit & in hac D. LVTHERO charus impetrauit lauream in Philoſophia tum primam anno Salutis MDXXXIX. tum ſupremam MDXLIV. Ibidem cum DAVIDE CHYTRAEO amicitiam coluit ſingularem. Exinde per *Hispaniam*, *Galliam*, *Angliam* & *Italiam* peregrinatus & *Piſis* Doctoratu Medico inſignitus anno MDLIII. *Wittenbergam* rediit. *Wittenberga* relicta *Brunopolim* adiit ac decennio inibi in medicina facienda laudabiliter conſumto in academiam *Ienenſem* ſe contulit, ibique inter Profeſſores Medicos Publicos eſt cooptatus d. XXVIII. Iul. MDLXX. Tandem *Cellae Luneburgicae* WILHELMI, Ducis *Brunſuic.* Medicus aulicus in coeleſtem aulam euocatus obiit III. Iun. MDLXXVIII. Filios reliquit tum GERVASIVM, Medic. Doct. & Archiatrum Dn. BVGISLAVI, PHILIPPI II. & FRANCISCI, Pomeraniae Ducum: tum PROTASIVM, I. V. D. & Conſiliarium *Pomeranum* primo, deinde *Megapolitanum*: tum MARTINVM, IC. Co-

Digitized by Google

Comitem Pal. Caes. Dn. *PHILIPPI II.* Pomer. Ducis Consiliarium intimum, & Ducalis Paedagogii Prouisorem: tum *WILHELMVM*, I. V. D. & Consiliarium Dn. *VLDARICI*, Ducis Pomeraniae. Priores tres suscepit ex *DOROTHEA TRVTGERIA*, aliis Dreygers/ familia apud *Hallenses* patricia, ducta MDLV. posteriorem ex *BENIGNA*, ANDREAE GENZELII de Perneck/ Praefecti in Sachsenburg ad Onestrum, filia. Senior hic *GERVASIVS* non Medicus solum; sed & Mathematicus, Philosophus & Poëta eximius libellum edidit, cui titulus: *Vxores.*

Artis diuinatricis Encomia.

VIII.

IACOBVS FLACHIVS *Flachius*

NAtus fuit Ienae, anno MDXXXVII. d. IV. Nouembr. Patre ERASMO FLACHIO, Senatore ac Consule *Ienensi*; matre vero DOROTHEA ENGELHARDINA; quibus a parentibus non tantum generosam indolem & temperatum corporis habitum accepit; sed etiam accuratam educationem sortitus est. Ad studia literarum cum animum adiecisset, & eorum in schola patria fundamenta locasset; *Witteber-* *Nascitur.* *Literas excolit.*

Wittebergam abit. *tebergam* abiit. A. C. MDLIX. & ſequenti, cum ſub *PHILIPPO MELANCHTHONE* aliisque praeſtantisſimis Viris egregios in omni Philoſophia progreſſus feciſſet, gradum *Magiſter Philoſ.* Magiſterii octauus inter quadraginta & octo *Ienam redit.* Candidatos obtinuit. *Ienam* exacto *VVittebergae* biennio reuerſus totum ſe Medicinae addixit & anno ſeptuageſimo ſupra ſesquimilleſimum primus Ienenſium a *D. MICHAELE NEANDRO*, *Doctor Medic.* Medicinae Doctor publice factus & renunciatus eſt. In nume- *Profeſſ. Philoſ.* rum Profeſſorum receptus fuit cum Philoſophorum anno *MDLXXII.* ſcientias Ma- *Prof. Medic.* thematicas docens; tum Medicorum anno *MDLXXXII.* Quinquies functus eſt offi- *Rector Magnif.* cio magiſtratus ſcholaſtici, primum ab anni *MDLXXX.* Calend. Febr. vsque ad IV. Aug. nominibus LXXXIII. matriculae datis. Deinde a VI. Aug. anni *MDXC.* vsque ad IV. Febr. ſeq. anni ſtudioſis CLVII. receptis. Tum a V. Aug. *MDXCVI.* vsque ad III. Febr. *MDXCVII.* ſtudioſorum albo CXXXIX. nominibus aucto. Poſt a V. Aug. anni *MDCII.* vsque ad III. Febr. anni ſequ. ciuibus academicis XCI. inſcriptis. Denique tanquam Sereniſſ. *IO. ERNESTI* Iunioris, Ducis Sax. Pro-Rector a XIV. Aug. *MDCX.* ad XXI. Feb. anni *MDCXI.* ſtudioſis CXXXVIII. inſcriptis. *Coniugium eius prius.* Geminum contraxit matrimonium, & primo quidem anno Chr. *MDLXII.* vxorem duxit *WALPVRGIM, D. IOHANNIS BVRCK-*

BVRCKARDI, Praefecti in valle *Bürgelenſi*, filiam, ex qua factus eſt parens ſex filiorum & filiarum duarum. Alteram, priori mortua *CATHARINAM*, D. *BASILII MONNERI* filiam & *D. IOH. MYLII* viduam, quae hunc ſuum maritum quatuor liberorum parentem fecit. Quamuis autem aetate grauis eſſet & prope attigiſſet terminum illum, quem vitae humanae Pſalm. xc. praeſtituit; tamen longe, quam alii, pauciora ſenectutis incommoda ſenſit, & recte ſemper valuit: Donec d. xix. Iul. anni *MDCXI.* oborta laſſitudine tandem lectulum petere coactus fuerit, in quo non niſi diem vnum decubuit, & augeſcente morbo placidiſſime hanc vitam mortalem finiuerit ac in coeleſtem Academiam demigrauerit anni modo dicti xxi. Iulii.

Poſterius.

Valetudo eius.

Moritur.

IX.

HEINRICVS MILICHIVS

Milichii

NAtus eſt *Wittebergae* Saxon. Patre *IACOBO MILICHIO*, Med. D. & Profeſſore P. in Albana. Perluſtratis *Germaniae*, *Galliae*, *Italiae*, *Prouinciis*, *Senis* mitram purpuream legitime obtinuit. Reduci *Iena* ſpartam obtulit & Profeſſorum

Patria.

Promotio.

Profeſſio.

Publ. Catalogo adſcripſit ipſum III. Nou. *MDLXXIII.* Anno MDLXXI. vxorem duxit *Matrimonium.* *ANNAM*, *IOHANNIS* Schneideweins / IC. in Albana Prof. P. & *ANNAE* Dörings *Slaizam abit.* filiam. Anno MDLXXXI. *Iena* relicta, *Slaizam*, oppidum Dominis Ruthenis &c. ſubiectum profectus, Poliatri & Archiatri munus ſuſcepit, vbi & diem ſupremum obiuit.

X.

PHILIPPVS IACOBVS SCHROETERVS

P. I. Schroeterus

Naſcitur.

HAnc in lucem prodiit *Viennae Auſtriae.* d. VIII. Iul. A. O. R. MDLIII. natus Patre celeberrimo, *IOHANNE SCHROETERO*, Med. Doctore, primo academiae *Ienenſis* Rectore Magnifico &c. *Medicinae ſtudet.* in eadem pariter ac in *Philyrea* Medicinae operam dedit. A. C. MDLXVII. creatus eſt *Baccalaureus creatur.* Baccalaureus Philoſophiae ac MDLXXVI. Medicinae. Ex peregrinatione ad exteras na- *Peregrinatur.* tiones, inprimis *Italiam*, ac in ea *Patauium* *Doctor Med.* ſuſcepta, redux *Ienae* inſignia Doctoratus Medici ambiit & adeptus anno Chr. MDLXXXI. d. XIX. Iun. Decano Parente & Brabeuta *D. ANDREA ELLINGERO*, Diſputatione de *Febri ardente* habita. Sequente anno MDLXXXII.

Digitized by Google

MDLXXXII. d. XXIX. Martii inter Profeſſores Publ. Medicos cooptatus Patris ac breui fratris ſimul Collega eſt factus. Faſces academiae quinquies adminiſtrauit, ita vt *primum* a XXX. Iulii anni MDLXXXIV. vsque ad XI. Febr. anni ſeq. nouos ciues CI. *Deinde* a Calend. Aug. MDXCIV. ad VIII. Febr. MDXCV. CXXXIV. *Tum* a Cal. Aug. MDC. ad ſeq. anni V. Febr. XCIII. *Poſt* a VII. Auguſt. MDCVI. vsque ad V. Febr. MDCVII. CXL. ac *denique* a VI. Aug. MDCXII. vsque ad XXV. Febr. anni ſeq. vna cum Sereniſſimo Principe ac Domino, Dn. *IOH. ERNESTO*, Iun. Rectore Magnificentiſsimo, CX. receperit. Obiit ibidem I. Iun. MDCXVII. ſepultus in templo Michaëlitano & Parentatione decoratus a *IOHANNE* Oberndorff / Graecia-Styro. Scripſit

Profeſſor Med.

Rector Magnif.

Moritur.

Diſputationem de Febri ardente. Ien. 4.

XI.

IOHANNES FRIDERICVS SCHROETERVS

I.F. Schroeterus

NAtus eſt *Ienae* anno Chr. MDLIX. Patre Excellentiſsimo Medico, D. IOH. SCHROETERO, cuius opera academiae *Ienenſis* Priuilegia impetrata & allata fuere, primo eiusdem Rectore Magnifico: Matre vero ex familia nobiliſsima

Naſcitur.

Eius parentes.

Digitized by Google

Grosheuptiorum oriunda. In hoc puero cum felix indoles eluceſceret, illum Parentes ita liberalibus diſciplinis inſtitui curarunt, vt ſumma cum laude anno aetatis decimo quinto primam Philoſophiae lauream; neque multo poſt decimo ſeptimo, Magiſterii dignitatem *Ienae* menſe Ian. MDLXXVII. peteret ſuſcipieretque. Tum vero ad exteras & vicinas academias miſſus *Patauinam*, *Viennenſem*, *Lipſienſem*, *Genuenſem* & *Baſileenſem*, tantos in Medicinae ſtudio fecit progreſſus, vt dignus Patre ſuo filius *Baſileae* Doctor huius crearetur, & eam peculiari cum ſucceſſu faceret. Poſt triennium A. MDLXXXIV. vxorem duxit BARBARAM, ex familia *Vogeliorum Dreſdenſium* originem ducentem; neque multo poſt nempe MDLXXXIII. a Sereniſſimis Principibus Saxon. de conſenſu Senatus academici in Profeſſorum ordinem allectus fuit & electus Rector a. IV. Auguſt. MDLXXXVI. vsque ad Cal. Febr. ſequentis anni LXXVIII. ſtudioſos recepit. Aliquot vero annis elapſis rebus ſuis ita ferentibus *Budiſſinam*, vt Phyſici Ordinarii munere fungeretur, auocatus diceſſit. Licet autem hac in arte ſuccederent omnia, nec quidquam ſpem eius falleret; tamen ad Iuris quoque prudentiam animum applicuit ſuum, anno enim MDXCIII. d. XXXI. Martii *Ienam* reuerſus denuo *Baſileam* eſt profectus & in hac quoque Facultate ſummum honoris

Philoſoph. Baccalaureus. Magiſter.

In academias mittitur exteras.

Medic. Doctor.

Vxorem ducit.

Profeſſio.

Rector acad.

Phyſicus Budiſſ.

Doctor. Iur.

Digitized by Google

ris gradum d. I. Iun. feliciter obtinuit. Domum reuersus artem vtramque fecit, vnde Doctor geminatus, vulgo der Duppel-Doctor in patria cognominatus. Non defuerunt ipsi vocationes ad splendida officia Principes & alios illustres apud viros: sed ille sibi viuere maluit, quam suas Magnatibus locare operas & in pectore ac ore semper habuit tritum illum versiculum:

NEMO SIT ALTERIVS, QVI SVVS ESSE POTEST.

E BARBARA vxore, cuius pater fuit M. ELIAS VOGELIVS, Secretarius Electoralis Causarum feudalium & Iudicialium apud *Dresdenses*, eiusque Reipubl. tandem Consul, liberos procreauit nouem, IOH. FRIDERICVM, PETRVM ELIAM, FRIDERICVM, IACOBVM, MAGDALENAM, SIBYLLAM, BARBARAM, ANNAM & ANNAM MARIAM. *Liberi eius.* Saepenumero autem, vt ad finem veniamus, acerrimis calculi doloribus laborauit ac tandem anno MDCXXV. filio D. PETRO ELIAE, Cancellario, morbo graui correpto noctes simul atque dies assistens cum ex superiori aegritudine vix respirasse videretur, per contagium diarrhoeam, febrim lentam ac continuam, cum Cordialgia & in quietudine con- *Morbus.*

Moritur. contraxit, & accedente ſummo ex obitu filii moerore defecit ac d. XI. Decembr. vita functus d. XIII. eiusd. vna cum filio dicto ſepultus eſt. In poſteritatis vſum ab eo edita ſunt ſeqq.

Liber de omnibus in vniuerſum totius corporis humani humoribus. Patau. 4. 1582.

Comment. in librum Hippocratis περὶ φύσεως ἀνθρώπε.

Digreſſiones de propagatione & autoribus Philoſophiae nec non de praecipuis illuſtrium Philoſophorum ante Ariſtotelem circa principia generationis opinionibus. Ien. 8. 1585.

XII.

Varus

ANTON VARVS

Naſcitur. NAtus eſt *Vinariae Thuring.* XII. Decembr. MDLVII. Perluſtratis in *Germania* & *Gallia* Vniverſitatibus triennioque *Lutetiae Pariſiorum* contrito in-

Doctor. Medic. reditu patrios ad lares, Medicinae Doct. promotus *Baſileae* XIX. Aug. MDLXXXVI. in-

Profeſſ. Phil. & Medic. *Salana* Profeſſor cum Extraordinarius Logices d. XI. Sept. tum ordinarius Medicinae XVII.

Rector Acad. Dec. MDXCIII. receptus. Rectoratum academi-

Digitized by Google

demicum octies administrauit, ita, vt vice-prima a x. Aug. an. MDXCII. vsque ad seq. an. xv. Febr. Dn. REINPRECHTI, *L.B. a Polhaim* & Lichteneck/Pro-Rector CXLV. secunda a III. Aug. an. MDXCVIII. ad VIII. Febr. an. seq. XC. Tertia a XIII. Iul. MDCIV. ad VII. Febr. an. seq. CLXIII. Quarta a x. Aug. MDCVIII. vsque ad XXI. Febr. MDCIX. sub radiis Serenissimi Principis ac Domini, Dn. IO. ERNESTI, Iun. Rectoris Magnificentiss. CXLVII. quinta ab VIII. Aug. an. MDCXVI. vsque ad seq. anni XIV. Febr. CXXXIX. Sexta a XXIX. August. MDCXXII. ad XVIII. Febr. MDCXXIII. Rectore Magnificentiss. Illustrissimo Dn. Dn. ERNESTO LVDOVICO, Comite *Mansfeld.* LIV. Septima a VII. Aug. MDCXXVIII. vsque ad seq. an. XII. Febr. CI. Octaua a XII. August. MDCXXXIV. vsque da V. Febr. MDCXXXV. LXXXIII. ciues receperit. Tori sociam sibi elegit CATHARINAM, IOHANNIS COBOLDI, Med. D. & Archiatri Vinarienſis, filiam. Hac defuncta ad secunda vota transiuit, domum ducens SVSANNAM DOROTHEAM, VIRGILII PINGITZERI, IC. & P.P. in Salana, filiam. Obiit totius Academiæ Senior XX. Aug. A. C. MDCXXXVII. aet. LXXX. Reliquit:

Coniux eius prior.

Posterior.

moritur.

Dispp. de Calculo renum & vesicae.
De vsu lienis. &c.

XIII.

XIII.

ZACHARIAS BRENDELIVS, sen.

Brendel. sen.

Ortus.

VItae huius mortalis vsuram accepit *Bürgelae*, in valle eiusdem nominis oppido vicina, natus patre reuerendo, *IOANNE BRENDELIO*, loci huius Pastore Lutherano post Reformationem secundo, denique Serbestano, d. xx. Octobr. A. O. R. MDLIII. Strenuus Musarum castra secutus in academia *Ienensi* III. Iul. MDLXXVI. Philosophiae Magister ac MDLXXXI. in *Patauina* Medicinae Doctor creatus est. Redux pro loco Disputationem *de Spiritibus* anno MDLXXXII. habuit & quidem absque Respondente. Ordine cooptatus in ordinem Professorum Publ. cum Philosophorum III. Iul. MDLXXXIII. tum Medicorum, V. Mart. MDCXII. Rectoratum academicum gessit primum priori semestri anni MDLXXXVII. & CXIX. inscripsit. Deinde anni MDCIII. quo CCI. recepit. Tum posteriori semestri an. MDCXIV. quo LXXXII. nomina matriculae inseruit. Post anni MDCXVIII. qvo in album studiosorum retulit CXLI. Tandem a XXVII. Aug. anni MDCXXIV. vsque ad x. Feb. an. seq. CXL. illi inseruit. Coniugii societatem iniit prima vice cum *ELISABETHA, CHRISTOPHORI WEXII*, Consulis

Studet Ienae. Magister & Doctor Medic.

Professor Phil. Medic.

Rector Magnif.

Matrimonium primum.

Ie-

Ienenſis, filia, ex qua praeter alios liberos ſuſcepit filium paterni nominis, eruditionis & Profeſſionis haeredem. Hac coniuge viuis erepta ad ſecunda vota tranſiit, domum ducens *ANNAM*, *HIERONYMI* Klein / Medic. D. & Poliatri Cizenſis viduam A. *MDXCVI.* xv. Nou. ſponſalia tertia celebrauit xxx. Auguſt. *MDXCIX.* cum *ANNA* Beinetzin. Tandem *Arterae*, oppido ad Oneſtrum, Comitibus Mansfeldenſibus, quos vocatus inuiſerat, ſubiecto obiit xxv. Aug. A.C. *MDCXXVI.* aet. *LXXIII.* Ingenii monumenta reliquit:

Secundum.

Tertium.

Moritur.

Diſp. pro veterum technologia Rhetorica aduerſus *Petri Rami* ſectatores.
Diſp. de Spiritibus, pro loco. Ien. 1582.
Orationem de vita *Ioh. Schroeteri.*
Orationem parentalem in obitum Iacobi Flachii.

XIV.

EVSEBIVS SCHENCKIVS

E. Schenckius

LVcem primitus adſpexit in *Bohemiae* Caſtello *Grolopp*, vno lapide a *Cadena* & *Comatouia*; quatuor vero ab *Anneaberga* Myſorum diſtante A.C. *MDLXIX.* d. xi. April. Patrem habuit Dn. PETRVM SCHENCKIVM de BVRGKSTATT, SS. Theo-

Naſcitur.

Eius patria.

Parentes.

Digitized by Google

Theolog. Baccalaureum, *Lipsiae* promotum, *Ecclesiae Groloppensis* Pastorem: Matrem REBECCAM, AMBROSII GESNERI, Praetoris Cygnei, filiam. Parentem amisit anno *MDLXX. Annaebergae*, quo negotiorum quorundam causa conficiendorum sese contulerat, adeoque extra paroeciam suam demortuum, infans admiculus. Mater autem relicta *Bohemia Annaebergam* primum cum quatuor suis liberis orphanis, quos inter *EVSEBIVS* noster aetate erat minimus, secessit, inde *Crimnitziam*, vbi ad secunda transiit vota. Hic ergo & pueritiam suam ad annum vsque *XII.* Noster traduxit & prima pietatis ac literarum fundamenta feliciter locauit. Hinc anno aetatis *XII.* qui Christi erat *MDLXXX. Cygneam*, tanquam ad vberiorem artium ac linguarum mercaturam, fuit ablegatus, vbi qua corporis sustentationem parce & tenuiter suis partim sumtibus, partim alienis ex beneficiis viuens inter alios Praeceptores nactus virum doctrina rara excellentem PAVLVM OBERMEIERVM, totum decennium transegit. Singulari autem diligentia, obedientia ac pietate effecit, vt cum Nobilissimus ac maxime Strenuus Dn. HILDEBRANDVS a Kreißen / Sereniſſimi Saxoniae Electoris Capitaneus generalis ea in vrbe filiis suis tribus anno *MDLXXXVI.* paedagogum posceret, praedictus Dn. OBERMEIERVS, vnum hunc ex multis deligeret, quem ei commen-

Patrem amittit.

Studet Cygneae.

Eius Praeceptor

Virtutes.

Paedagogus constituitur.

mendaret. Hac in ſtatione fidei ſuae commiſſos tanta fidelitate erudiit, vt qvadriennii intra ſpatium ad academicam lucem aptos redderet. Menſe itaque Martio anni *MDXC.* cum filio natu maximo ad academiam *Ienenſem* fuit miſſus, ac in D. IOH. SCHROETERI, Medic. Prof. Publ. conuictum receptus. Sexennium integrum *Ienae* exegit, Philoſophiae primum inde & Medicinae operam ſedulam nauans, lectiones Profeſſorum publicas audiendo. Sexennio exacto & diſcipulis ex academia domum reuocatis *Graeciam*, *Stiriae* metropolin, ad Profeſſionem Phyſicam & Con-Rectoratum in Gymnaſio vocatus Matris tum ſexagenariae conſenſu ſub initium anni MDXCVI. eo contendit. Sed diuturna haec functio non fuit. Ingruente enim perſecutione, Ieſuitarum inprimis aliisque Auguſtanae Confeſſioni male fauentium importunis cohortationibus a Sereniſſimo Archiduce Auſtriae, FERDINANDO, poſt Imperatore exorta anno MDXCVIII. circa Michaelis Feſtum ſolum vertere cum collegis ſuis Eccleſiarumque miniſtris cogitur. In *Auſtriam* itaque abiens hoſpitem liberaliſſimum fuit expertus Dn. *IOHANNEM KYNAST*, Medicum Paracelſicum praediuitem, apud quem totam hyemem transegit. Inde *Vngaria* perluſtrata & *Stiria Graeciaque* vrbe clam, quanquam non ſine periculo praeſentiſſimo reuiſis, menſe Maio an. MDXCIX. in

Ienam ſe confert.

Graeciam vocatur.

In Auſtriam abit.

In Italiam contendit. in *Italiam* contendit : vnde post sesquiannum, quod *Patauii* potissimum ac *Venetiis* transegerat, sub finem anni MDC. comitibus duobus Nobilibus ex *Stiria* oriundis in *Stiriam* rediit & a nobilium istorum fratre natu maximo, Generosissimo Dn. *GEORG. GALLERO* in arce *Schuanebergensi* in Stiria humaniter exceptus fuit & benigne habitus. Quanquam vero vir ille illustris nouae Scholae, quam erigebat, moderatorem eum optabat; integrum tamen ei non fuit, ob interdictum Archiducale, ne quis in *Graecensi* Gymnasio qui docuerat, vel in prouinciam istam rediret, vel scholam aperiret, functionem oblatam susciperet. Interim a perillustri ac generoso Barone ab *HERBERSTEIN*, Capitaneo Prouinciae generali expetitur, & filio Dn. Baroni ab *HERBERSTEIN*, eiusq; studiorum socio Dn. *MAXIMILIANO* a *TRAVTMANSTORFF* morum studiorumque ipsorum Moderator praeficitur, quamuis aegre hanc spartam susciperet. His ergo cum Baronibus in *Italiam* an. MDCI. d. XIV. Iunii abit. *Patauii* per sesquiannum vna substitere; inde *Bononiam* concessere sub finem anni MDCII. Hinc *Florentiam*; post de consensu parentum totam *Italiam* per *Marchiam Anconitanam Romam* indeque *Neapolin* & *Puteolos* pergendo : in reditu *Senensem & Pisanam* academiam adeundo, postea Liguslicum per mare *Genuam* traiiciendo & per *Ticinen-*

In Stiriam redit.

Baronibus morum studiorumque moderator datur.

In Italiam proficiscitur.

cinenſium agros *Mediolanum* perueniendo viſisque reliquis *Lombardiae* vrbibus clariſſimis *Patauium* tandem *Venetiasque* redeundo perluſtrarunt. Duobus ergo annis & dimidio hoc itinere conſumtis circa ipſum anni MDCIII. exordium in *Stiriam* ſunt reuerſi. *In Stiriam redit.*
Cum anno *MDCIV.* menſe Febr. ſupra nominatus *GEORGIVS GALLERVS* Procerum *Stiriae* nomine ad Sereniſſimum Sax. Electorem legatus *Dresdam* peteret, comitem ſibi *SCHENCKIVM* adſciuit, qui cum eo circa Feſtum Paſchatos eius anni *Dresdam* peruenit. *Dreſdam venit.*
Cygneam exinde ad conſanguineos ſuos contendit & menſe poſt Maio rurſus ad academiam Salanam colophonem medico ſtudio impoſiturus. Perſuaſus a Dominis Profeſſoribus Medicis *Ienae* ſubſtitit & Doctorales hónores modeſte ambiuit, quos peractis peragendis eodem anno *MDCIV.* d. x. Decembris Promotore *IOH. FRID. SCHROETERO*, Philoſ. Medic. & I. V. Doctore glorioſe reportauit. *Doctor Medic. creatur.*
Cygneam Iena ſub initium anni *MDCV.* rediit, ibidemque artem ſuam annos tres cum dimidio exercuit. *Cygneam reuertitur.*
Anno *MDCIX. Numburgenſes* Capitulares de ipſo in Medicum cooptando conſilia agitant; ſed ſegnius aliquanto ipſis reſpondentibus ab Illuſtriſſimo Domino, Dn. *HENRICO*, *Iun. Rutheno*, Domino a *Plauen* &c. & a *Gerano* Senatu in Medicum aulae & oppidi ordinarium, per literas interea vocatus, ope- *Medicus Giranus.*

ram ſuam his addicit. Anno MDCXVIII. ad
Ienae fit Prof. Medic. Profeſſionem Medicam *Ienenſi* in academia legitime denominatus & accedente *Sereniſſimorum Nutritorum* confirmatione, ſolenniter vocatus fuit, cui functioni menſe Maio feliciter aditae tam legendo quam tum priuatim, tum publice diſputando fideliter
Rector Magn. praefuit. Magiſtratus academici munere gemina functus eſt vice, nempe I. a XXXI. Aug. MDCXX. vsque ad VIII. Febr. anni ſeq. quo ſemeſtri ſpatio XCVII. ſtudioſos inſcripſit & II. a X. Aug. MDCXXVI. vsque ad XXXI. Iun. anni ſeq. album ſtudioſorum XLIV. no-
Vxorem ducit. minibus augens. Matrimonium contraxit anno MDCVI. *Chemnitii* cum virgine VRSVLA, Dn. ZACHARIAE NAEVII, Praetoris illius vrbis & negotiatoris primarii, relicta filia, quae quatuor liberorum parentem ipſum fecit, ſexus melioris duorum totidemque ſequioris. Obiit vero haec tori conſors anno MDCXXII. menſe Auguſto,
Moritur. quam etiam viduus anno Chr. MDCXXVIII. d. XVII. Ian. hemiplexia eaque fortiori percuſſus) XXV. Octobr. vitam mortalem finiens, eſt ſecutus.

ZA-

Digitized by Google

XV.

ZACHARIAS BRENDELIVS, iun.

Brendel. iun.

NAtus est *Ienae* ipsis Cal. Ian. A. C. MDXCII. Patre homonymo itidem Medicinae Doctore eiusdemque Profess. *Ienensi:* Matre vero ELISABETHA, CHRISTOPHORI WEXII, Consulis *Ienensis*, filia. Parentis vestigiis mature insistens V. Nou. MDCXVII. Medicinae Doct. promotus medicinam fecit ordine *Glauchauiae*, in patria mea, apud L. B. a Schönburg: insuper apud Dn. FRANCISCVM, Ducem Sax. inferioris Angriae, Westphal. tandem *Vinariae*, vsque ad annum MDCXXVII. cuius xv. Ian. in patria Medicinae Professor Publ. est constitutus. Ibidem non solum munere Professorio, sed etiam Decanatu sua in Facultate aliquoties & Rectoratu academico bis cum laude est functus, & hoc quidem primum a XII. Aug. anni MDCXXX. vsque ad XVIII. Febr. seq. anni, quo semestri spatio XCVIII. ciues recepit, ac deinde a X. Aug. anni MDCXXXVI. vsque ad seq. anni XV. Febr. intra quod tempus XXXVI. inscripsit. Die XIII. Iun. anni MDCXXXVIII. aet. XLVI. placide exspirauit relictis

Nascitur.

Medic. Doctor creatur.

Medicinam facit.

Med. Prof. Ienae.

Decanus.

Rector Magnif.

Moritur.

Chymia in artis formam redacta. Ien. 12. 1630. 1641. 1671. Lugd. & Amstel. 1659. 1668.
Disp. Medicis de ventriculi imbecillitate &c.
Tract. de inductorum purgantium viribus, dosi &c. Ien. 4.

XVI.

GVERNERVS ROLFINCKIVS

Rolfinckius

Nascitur.

HAnc vitam ingressus est *Hamburgi* A. C. MDXCIX. d. XV. Nouembr. Natus patre auoque cognomine, vtroque scholarum *Hamburgensium* Moderatore: Matre autem CATHARINA HERMESIA, Consulis *Buxtehudensis* filia. Post primam in fonte fidelium lustrationem ad eximiae pietatis & elegantiae speciem continuo formatus est, & parentibus fato concedentibus tenerum & orphanum agnati, Dn. *CHRISTOPHORI SCHELLHAMMERI*, P. L. C. & Collegae ad *D. Iohann.* amor ad pleniorem religionis, humanitatis & plurium linguarum notitiam prouexit, quod mouit amicos, vt septendecim annorum adolescentem *Wittebergam* ire sinerent, vbi Philosophiae penetralia integro biennio perlustrauit & Medicinam duce celeberrimo SEN-

Informatur.

Wittebergam abit.

Digitized by Google

SENNERTO feliciter auſpicatus eſt, incepta vero *Lugduni Patau.* per alterum biennium idque ab anno MDCXVIII. valde auxit. Deinde *Anglia*, *Gallia & Italia* perluſtratis *Paduae* ſubſtitit, vbi inter alios Proceres ipſis in Sereniſſ. Republ. illuſtriſſimis Contarenis Fratribus PETRO & FRANCISCO tam cordi erat, vt Palatium ſuum liberaliter permitterent publicae Anatomiae, quam in coetu CCC. ſtudioſorum magno applauſu inſtituit. Ibidem VII. Apr. MDCXXV. in panegyri *Patauinae* academiae ſplendidiſſima, vtpote ipſo *Venetorum* Duce, & nominatis ante Contarenis aliisque magnis viris ſpectatoribus, Philoſoph. & Medic. Doctor eſt creatus. Anno MDCXXVIII. *Wittebergam* reuerſus concordibus *Venetorum & Germanicae Nationis Patauinae* deſideriis ad Anatom. Profeſſionem reuocabatur, ſed inter moras deliberantis poſt dies paucos *Iena* ad idem officium, Chirurg. & Botan. Profeſſione auctum d. IV. Febr. anni MDCXXIX. inuitat. In *Salanam* venit XIII. Maii, inque ea Diſputationem *de Epilepſia* pro loco habuit. Proximo anno XXX. Chirurgia, ante publice audiri non ſolita, in cadauere per artus ſingulos oſtenſa, & hortus medicus diſponi & exoticis plantis exornari coeptus eſt, quae induſtria Noſtro Praefecti titulum a *Nutritoribus Academiae* obtinuit. Ita ſequentibus annis corporum humanorum

Lugduni ſtudet.

Paduae anatomiam inſtituit.

Philoſ. & Med. Doctor.

Wittebergam redit.

Ienae fit Prof. Med.

Diſputat pro loco.

Chirurgiam docet.

Hortum medicum inſtruit.

publica sectio vndecies repetita easque inter illustris habita est, quam *Vinariae* in corona sex Principum peregit. Excepit an. MDCXLI. d. XXI. Febr. Chymiae Professio, quam & primus *Ienae* orsus est immenso medicae rei bono & Practica accedente ad fastigium perduxit. Praeterea Nobilium, Baronum, Comitum, Principum, nominatim D. WILHELMI IV. Ducis Saxon. &c. D. ALBERTI, D. IOHANNIS PHILIPPI, D. ERNESTI, Archiater fidelissimus ac felicissimus est dilectus. A Serenissimis Ducibus *Holsato-Gottorpicis*, parente ad Archiatri speciosam & vtilem prouinciam, & filio pro illustri *Kilonienſis* academiae incremento, ad primarii in Medica Facultate Doctoris munus clementissime vocatus, *Ienam* senectuti sedem manſuram praeoptauit. Rectoris Magnifici munus sexies summa dexteritate gesit, Decanatu sua in Facultate saepius est functus & tam a Collegis quam a ciuibus omnibus enixe amatus. Domesticum statum quod attinet, vxorem d. IX. Febr. MDCXLII. duxit *SOPHIAM MARGARETHAM*, Excellentissimi ICti & Consiliarii aulici ac Ecclesiastici *Vinar.* meritissimi, GVNTHERI HEINRICI PLATHNERI, filiam, quod coniugium & concors & foecundum fuit. Ex filiabus, maximam partem ante parentis fatum denatis, ANNA CATHARINA, Magnifico Aulae Saxo-

Chymiam profitetur.

Principum Archiater.

In academiam Kilon. vocatur.

Ienae Rector Magnif. Decanus.

Coniugium eius.

Mar-

Digitized by Google

Martisburgicae Cancellario, D. IOH. CHRISTOPH. WEXIO nupsit; MARIA SOPHIA autem Dn. D. IOH. OTTONI HORSTIO, Medico excellentisimo, Archiatro Ducali Saxo-Isenac. meritisimo. Integer autem ROLFINCKIVS fuit valetudinis, in robusto & continuis laboribus exercito corpore. Anno demum MDCLXXIII. febris lenta & marasmus in senili & exhausto viribus corpore vitalia sensim depascens, per deliquia crebra docuit, ventum ad supremum, nec aliam principi medicorum, nisi a medica Iehouae dextra opem peti haberique posse. Vitae igitur satur aeternitatem totus meditabatur. Post sacrae synaxeos percepta mysteria, praeeunte summo Ecclesiae Ienensis Antistite *D. SEBAST. NIEMANNO* in preces & desideria beatae ἀναλύσεως effusus, d. VI. Maii anni dicti inter preces & lacrymas circumstantium placide obdormiuit, anno aetatis LXXIII. Memoriam eius commendant scripta seqq. *Valetudo eius.* *Moritur.*

Methodus cognoscendi & curandi affectus capitis particulares. Ien. 4. 1653. 1671.
Epitome methodi cognoscendi & curandi particulares corporis affectus, ibid. 1655. & 1675. 4. accurante *G. W. Wedelio.*
Methodus cognoscendi & curandi febres. ib. 1658.

Digitized by Google

Ordo & methodus partium generationi dicatarum. ib. 1664.

Ordo & methodus medicinae ſpecialis commentatoriae ad normam veterum & nouorum dogmatum propoſita. ib. 1665.

Eius continuatio. 4. 1669.

Non ens chymicum, mercurius metallorum & mineralium. ib. 4. 1670.

De Purgantibus, vegetabilibus &c. 4. 1667.

Conſilia medica. 4. 1669.

Chymia in artis formam redacta. 4. 1671.

Diſſert. chymicae VI. de tartaro, ſulphure, margaritis, auro, argento, antimonio, ferro, cupro. Ien. 1661.

Diſpp. de Partu difficili; de Hernia; de renum & veſicae calculo; de febri hectica; de tertiana intermittente; de vertigine; de mania; de dolore capitis; de Strophulis ſ. Strumis. De chylificatione laeſa. De ſanguificatione laeſa. De valore miſſarum. De quartana intermittente. De tuſſi. De Scorbuto. De febre pedechiali. De Catarrho ſuffocatiuo. De ſaliuatione. De ſuppreſſione menſium. De foetu. De dolore colico. De Apoplexia. De Calculo. De Scabie. De Epilepſia. De Hepate. De Corde. De Cardialgia. De Pollutione nocturna. De Ichore vlcerum ſeroſo. De Aphthis. De Pyretologia in genere &c.

Comment. in Hippocratem.

XVII.

Digitized by Google

XVII.

PAVLVS MARQVARDVS SLEGELIVS

Slegelius

IN lucem editus eſt *Hamburgi A. O. R.* MDCV. menſe Auguſto. Hic cum teneram adhuc aetatem agens mirabili impetu ad ſtudia ferretur: fidelibus praeceptoribus mature tradebatur, quorum cura & induſtria linguarum & artium rudimentis ita imbuebatur, vt Philoſophicis diſciplinis plenius vacare, ac interea certo alicui generi ſtudia ſua addicere potuerit. Prae aliis autem arriſit MEDICINA, quam vt ſolide addiſceret, *Germaniam*, *Galliam*, *Belgium*, *Angliam Italiamque* perluſtrauit, praeſtantiſſimos artis medicae Doctores eſt ſectatus, tantumque profecit, vt ſingularem non modo laudem ſibi parauerit; verum etiam honores & in Philoſophia & in Medic. ſummos MDCXXXVII. *Paduae* legitime impetrauerit. Sequenti anno MDCXXXVIII. in academia *Ienenſi* conſtitutus Profeſſor Publ. de ſuae Facultatis imo totius academiae incremento maximopere fuit ſolicitus. Ergo fidelem pariter ac prudentem ſe geſſit, quando Decanatu & Rectoratu eſt functus. Fasces autem academiae adminiſtrauit ab anni MDCXL. VI. Auguſt. vsque ad XXV. Febr. anni ſequentis. Anni Sal. MDCXLII.

ortus Hamburg.

Studet

Philoſophiae.

Medicinae.

Peregrinatur.

Doctor Philoſ. & Med.

Profeſſor Ienae.

Hamburgum redit. d. XI. Octobr. *Iena* auocatus in patriam rediit, eique Physicas praestitit operas fidelissimas & felicissimas, ac ibidem diem obiit supremum XX. Febr. anno MDCLIII. aet. XLVIII.

Moritur. Bibliothecam Patriae legauit instructissimam. Edidit:

Comment. de motu sanguinis. Hamburg. *4. 1650.*

Aduersaria Memorabilium Med. Vlmae, *4. 1676.*

Disputationes Medic. de natura lactis; de quartana intermittente; de Ascite &c.

XVIII.

GOTHOFREDVS MOEBIVS

Moebius

Nascitur. L*Aucha-Thuringus*, Medicus & Chymicus suo tempore felicissimus, natus est XVII. Octobr. MDCXI. Patre MARTINO, Consule ibidem; matre MARIA, IOHANNIS IENISCHII, Senatoris filia. Auspiciis BARTHOLOMAEI BERBIGERI, t. t. scholae patriae Rectoris, praesertim in latina graecaque lingua egregios fecit profectus, vsque ad annum MDCXXVII. quo, cum paulo ante matrem amisisset, in scholam *Portensem* a patre missus sexennium in ea studiis

Frequentat scholam patriam,

Portensem.

diis incumbendo exegit, ſub Rectoribus M. ANDREA KESHIO, M. ELIA EHINGERO & M. ANDREA CVNADO, SS. Theol. Licent. item M. CHRISTOPHORO ZAHNIO, M. CHRISTOPH. KAVLBELIO Con-Rectoribus ſe ita probauit, vt cum tam eruditionis quam morum teſtimonio ſuis anno MDCXXXIII. remitteretur. Sequentis anni d. xxv. Apr. in academiam *Ienenſem* venit, & biennium ſtudiis Philoſophicis impendit, Phyſicae inprimis & Aſtronomicae ſcientiae deditus. Poſtea ſtudium Medicum ſelegit, in quo manuductorem & Praeceptorem nactus eſt D. GVERNERVM ROLFINCKIVM, Med. Profeſſ. Primarium, qui adeo eum dilexit, vt in domum ſuam & Muſeum receptum fideliter in arte medica informauerit. Sub eiusdem praeſidio Diſputationem chymicam *de Marte & Venere* publice defendit, xxv. Octobr. MDCXXXIX. praegreſſo examine ſolito ſub eodem D. ROLFINCKIO pro impetranda Licentia gradum in medicina ſummum aſſumendi publice diſputauit *de natura Cerui eiusque vſu & arcanis Chymicis*. Die iv. Maii anni MDCXL. gradu Doctoris Medici ſolenniter inſignitus paulo poſt xiii. Nou. Profeſſor Med. Ordinarius in *Salana* factus eſt, & ſtatim Diſputationem pro more ſolennem *de affectu hypochondriaco*, pro loco in Facultate Medica obtinendo habuit. A. C. MDCXLVI. triplex Archiatri munus accepit a FRIDERICO

In academiam venit.

Philoſophiae & Medicinae dat operam.

Diſputat.

Med. Doctor & Prof. Publ. Ien.

Archiater.

Digitized by Google

CO WILHELMO, March. & Electore Brandenburgico, ab AVGVSTO, Duce Saxon. & Archi-Episcopatus *Magdeb.* Administratore, atque a WILHELMO, Duce Saxo-*Vinarienſi*, quos omnes neceſſitate exigente acceſſit, iisque pro viribus arte medica tulit opem. A. C. MDCXL. ſponſalia *Ienae* celebrauit cum IVSTINA, VALERIANI THEODORI CLEMENTIS, in Vniverſitate *Ienenſi* Directoris Chymici & Practici, relicta vidua, M. THEOPHILI AENETII, Profeſſoris Phyſicae & Facultatis Philoſ. Senioris, filia, ex qua V. filios cum filia vnica ſuſcepit, ſed duos tantum filios, GOTHOFREDVM & PAVLVM CHRISTOPHORVM Medicos reliquit ſuperſtites cum filia SOPHIA, WOLFFGANGO CHRISTOPHORO WISENERO, S. Theol. Studioſo, ipſo adhuc viuente deſponſata. Anno MDCLV. d. XXVIII. Ian. quae erat Dominica IV. poſt Epiphan. neceſſarium iter ad aegrotum quendam, inuitus licet, ſuſcipiens auxilium Dei praeſentaneum expertus eſt. Cum enim iuxta *Seeburgum* ciſiarius ſtagnum frigore induratum traiicere vellet, glacie disrupta ciſioque cum equis & vectore ſubmerſis ipſe ſolus, ciſio egreſſus, inſcius quomodo id factum fuerit, ſaluus euaſit. Id quod poſtea domum reuerſus in tabula depingi curauit, & quotannis illa Dominica pauperibus eleemoſynam certam diſtribuit. Academiae *Ienenſ.*

Sponſalia celebrat.

Liberi eius.

Vitae periculum.

Rector Academ.

nenſ. Rector fuit quater, ſuae Facultatis Decanus ſaepius. Tandem *Halae* ſubſiſtens febri correptus, cui diarrhoea lethalis accessit, fruſtra D.FRIDER. HOFMANNO, Medico Saxo-Magdeburgico ſubſidia medica ferente, praeſente & adſtante D. IOHANNE OLEARIO, Generali Superintendente Magdeb. ſpiritum Creatori reddidit xxv. April. & quarta morbi die A. C. MDCLXIV. aet. LIII. Corpus exanime *Halae Ienam* reportatum III. Maii terrae gremio demandatum eſt. *Moritur Halae. Sepeltiur Ienae.*

Ingenii foetus edidit:

De vſu cordis. Ien. 4. 1654.

De vſu hepatis & bilis. ibid. 4. 1654.

Fundamenta Medicinae Phyſiologica. ibid. 4. 1657. 1662.

Anatomiam Camphorae, eius originem, qualitates &c. ib. 4. 1660.

Synopſin Epitomes Inſtitutionum Medicinae. *Ien.* fol. 1662.

Synopſes Epitomes Medicinae Practicae in gratiam tyronum concinnatae, opus poſthumum, cura *G. Moebii*, filii *Patauii.* f. 1667.

Epitome Inſtitutionum Medicarum ex Neotericorum fundamentis. Ien. 4. 1663.

Examen vſus partium.

Diſpp. de natura & vſu Clyſterum ſaluberrimo; de Chylo; de Rheumatico affectu; de Balneorum natura & vſu; de Epilepſia; de affectu hypochondriaco; de Anore-

Digitized by Google

norexia ſ. inappetentia; de Menſium ſuppreſſione; de Phrenitide; de Febre Petechiali; de Scorbuto; de Haemorrhagia eiusque ſpeciebus principalibus; de natura Cerui eiusque vſu &c.

XIX.

CHRISTOPHORVS SCHELHAMMERVS

Schelhammerus

Naſcitur.

CVi natalis contigit locus *Hamburgum*, celeberrimum ad Albim emporium. Ibi A. C. MDCXX. die Pro-Feſto Paſchatos, qui tum xv. dies menſis Aprilis fuit, natus, parentem habuit ſibi cognominem, virum literatiſſimum Dn. CHRISTOPHORVM SCHELHAMMERVM, Poëtam laureatum & ſcholae *Iohanneae* ibidem Collegam: Matrem vero foeminam laudatiſſimam, MARGARETHAM, Viri clariſſimi M. WERNERI ROLFINCKII, eiusdem ſcholae Rectoris filiam, experientiſſimi quondam GVERNERI ROLFINCKII, Med. D. & Profeſſ. Publ. *Ienae* nec non Medici Ducalis Saxo-*Vinarienſis* amitam: Auum autem paternum Dn. IOHANNEM SCHELHAMMERVM, primum Sereniſſimi Principis ac Domini, Dn. WOLFFGANGI, Ducis *Brunſui-*

Eius parentes.

ſuicenſis ac *Luneburgenſis*, Lineae *Grubenhagenſis*, Superintendentem, poſtea *Hamburgi* ad D. *Petri* Paſtorem & Miniſterii Seniorem per annos XXXI. A prima ſtatim aetate ad pietatem & liberalium artium ſtudia aſſuefactus tantos ob praeclaram indolem in hiſce breui vltra aetatem progreſſus fecit, vt ad *Ienenſem* academiam anno MDCXXXVII. vberioris culturae ergo mitteretur, vbi, poſtquam tam in Philoſophia quam in Medicina & quidem in hac ſub manuductione inprimis praelaudati D. ROLFINCKII, matruelis ſui fundamenta poſuiſſet, animum ad peregrinationes extera in loca anno MDCXLI. applicuit: praecipuas itaque academias in *Belgio*, *Anglia*, *Gallia*, *Italia* inuiſit: anno autem MDCXLIII. reuerſione in *Germaniam* inſtituta, *Baſileae* ſummos in Medicina honores & inſulam Doctoralem ambiens XIII. Iul. reportauit eodemque anno *Ienae* praeuia legitima a Facultate Medica & Academia denominatione & ab vtraque linea Saxonica Sereniſſ. electione & confirmatione in numerum Profeſſorum XXI. Aug. fuit receptus. Decanatum ſua in Facult. ter geſſit, Promotoris in actibus Doctoralibus munere bis fuit functus, Rectoris quoque Magnifici bina vice. Matrimonium iniit A. C. MDCXLVIII. cum *virgine* CATHARINA ELISABETHA, Viri conſultiſſimi GVNTHERI HENRICI PLATHNERI, Conſiliarii

Ienam mittitur.

Peregrinatur.

Doctor Medicinae.

Profeſſor. Med.

Decanus.

Promotor.

Rector Magnif.

Matrimonium init.

Digitized by Google

arii Saxo-*Vinarienſis* & ſupremi Conſiſtorii Eccleſiaſtici, quod *Vinariae* eſt, Aſſeſſoris grauiſſimi, filia, xxx. Maii eius anni nuptialibus interuenientibus ſolennitatibus, *Vinariae* ipſi tradita. Protulit matrimonium hoc filium vnicum GVNTHERVM CHRISTOPHORVM, hodie Med. Doct. excellentiſſimum & *Kilonenſium* Profeſſorem celeberrimum &c. caeterum pacatum fuit ac tranquillum. Valetudinem quod attinet, ab ipſa quidem iuuentute hypochondriaco affectui obnoxius vixit, qui A. C. MDCLI. accedentibus συμπτώμασι grauibus variis aliis adeo incrementa ſumſit, vt maiorem anni partem lecto affixus transegerit. Quamuis autem praeſtantiſſimis adhibitis medicamentis interdum melius ipſe habere viſus ſit, vt eiusdem anni autumno Rectorales labores ſatis expedire potuerit; inualuit tamen iſte morbus & virum excellentiſſimum plane deiecit. Eiusdem anni menſe Iulio *Vinariam* ad praelaudatum ſuum ſocerum ſe contulit periculum facturus, an aëris mutatio inualetudinem ſit mutatura; ſed fruſtra omnia fuere vota ſpesque, die enim xxi. menſis Iunii anni iam dicti pias inter preces animam exhalauit, corpusque exanime *Ienam* delatum ibidem Fer. *Iohannis Baptiſtae* terrae eſt mandatum.

Valetudo eius.

Mors.

Sepultura.

Diſputauit de Conuulſione, pro Loco, Ienae. De Febre ardente.

De

De humani corporis humoribus.
De Peripneumonia.
De Paralysi &c.

XX.

IOHANN. THEODORVS SCHENCKIVS

I. T. Schenckius

Nascitur.

Eius parentes.

IENA-*Thuringus*, natus XV. August. MDCXIX. Pater ei fuit excellentissimus Dominus EVSEBIVS SCHENCKIVS, dictus de *Burgkstadt*, vltra decennium in academia *Ienensi* Medicus Professor Publ. Mater VRSVLA NAEVIA, religioso Numinis cultu & virtutibus conspicua. Auus paternus Vir admodum Reuerendus PETRVS SCHENCKIVS de *Burgkstadt* dictus, SS. Theol. Baccal. *Groloppensis* in Bohemia Ecclesiae Pastor; auia vero paterna REBECCA, ANDR. GESNERI, Praetoris Cygnaei, filia. Mater ex vetusta & patricia Chemnicensium familia *Naeuia* ortum traxit vt dixi, quae non modo patriae vrbi, ZACHARIAM, REBECCAE patrem, Praetorem, & PAVLVM, auum eiusdem, Consulem: sed etiam rei literariae duos dedit fratres, professione Medicos, IOHANNEM & CASPARVM, eiusdem laudatae matronae propatruos, quorum ille duorum Saxon. Electo-

rum, *D. MAVRITII* ac *D. AVGVSTI*, Medicus & bis a *D. FERDINANDO I.* Caesare valetudinis causa *Viennam* euocatus; *CASPARVS* autem Medic. in academia *Lipsiensi* Professor fuit, felix septem filiorum pater, quorum tres vtriusque Iuris, duo Medic. Doctores, ac duo reliqui Iurium Candidati. Nostrum autem *IOH. THEODORVM* matre anno aetatis tertio statim, patre octauo, orbatum propinqui anno *MDCXXIX. Numburgum* in ludum litterarium missum, Conrectori illius *M. ADAMO RVPERTO* commiserunt. Illic exacto biennio reuocatus a Tutore suo & suasu celeberrimorum Theologorum D. *IOH. GERHARDI*, susceptoris sui, ac *D. IOHANNIS HIMMELII* in scholam *Arnstadiensem* est ablegatus, vbi fideli institutione *D. IOH. GROSHAINI* & *M. ANDR. STECHANII*, Rectorum; ac *DAVIDIS* item *ALBERTI*, Conrectoris, sexennii spatio eos in studiis fecit progressus, vt anno *MDCXXXVI.* in academiam patriam redire posset. Verum ob turbas bellicas & grassantem ibi luem pestiferam statim anno seq. discedere coactus est. Concessit igitur *Seruestam* ad affinem suum *D. NATHANEM VOIGTIVM*, vrbis illius Medicum Ord. a quo non solum filii loco habitus, & fideliter Institutiones Medicas & Botanicen cum Pharmaceutica edoctus: sed etiam anno *MDCXXXVIII.* in academiam

Numburgum mittitur.

Arnstadii studet.

Ienam redit.

Seruestam concedit.

miam *Lipſienſem* miſſus & illic celeberrimo Medico, *D. IOH. MICHAELIS* commendatus fuit. Sed cum incendium belli etiam *Miſniam* corriperet, nec ille vltra frui ſtipendio *Naeuiano* poſſet, anno *MDCXXXIX.* *Ienam* rediit, ac telam ſtudiorum ſuorum proximo biennio ductu clariſſimorum Medic. Profeſſorum *D. GVERNERI ROLFINCKII* ac *D. PAVLI MARQVARDI SLEGELII*, auſcultando diſputandoque pertexuit. Eorundem ſuaſu anno *MDCXLI.* cum in transitu academiam *Altdorfinam* & illius tractus ciuitates Imperiales & *Venetias* adiiſſet, *Patauium* ſe contulit. Heic per biennium integrum feliciter ſtudia continuauit ſua, Promotoribus eorum praecipuis vſus Viris celeberrimis IO. VESLINGIO, IOH. BAPTISTA SILVATIO, DOMINICO SALA, PETRO MARCHETTO & ANDREA VIRSVNGO. Eodem tempore & *Bononiam*, *Senas*, *Florentiam*, *Neapolim* ipſamque *Romam* excucurrit. Mox relicta ob aduerſam valetudinem cultiſſima terrarum *Italia* redux in patriam, *Numburgi* praxi Medicae operam dedit. Anno MDCXLIII. d. VII. Decembr. ſummos in Medicina honores ſuadente iam laudato *D. ROLFINCKIO* modeſte ambiit, ac editis conſuetis profectuum ſpeciminibus, habitaque ſub eiusdem vmbone inaugurali *de Melancholia hypochondriaca* Diſputatione, paulo poſt cum applauſu in

Lipſiam venit.

Ienam reuertitur.

Peregrinatur.

PraxiMed. dat operam.

solenni panegyri adeptus est. Ex eo tem-
Medic. Doctor. pore gratiosissimi Medicorum Collegii per-
missu scholas medicas priuatas instituit ac
Medicinam facere perrexit, donec anno
Physicus Chem-nic. MDCXLV. à *Chemnicienſibus* ad munus Physi-
ci Ordinarii euocaretur. Anno MDCXLIX.
ab Illustriss. itidem Domino, Dn. *GVOLF-GANGO HENRICO & CHRISTIANO*, Do-
Medic. Schön-burg. minis a *Schoenburg*, Dynastis *Glauchae* &
Waldenburgi &c. ad obeundas functiones
Medici aulici accitus, vtrobique, sicut & in
aulis reliquorum Dominorum à *Schoenburg*,
quoties ab iis opera eius expetita est, fideli-
ter Medicinam exercuit. Anno MDCLIII. à
Profess. Med. Ienae. Serenissimis *academiae Ienenſis* Nutritoribus
Professioni Medicae praefectus est, quam per
annos XVIII. magna diligentia administrauit.
Amicitiam cum eo & literarum commerci-
um inierunt viri celeberrimi, quos inter
THOMAS REINESIVS, CVNRADVS
VICTOR SCHNEIDERVS, IOH. GEOR-
GIVS VOLCAMERVS, HEINRICVS MEI-
BOMIVS, PHILIPP. IACOB SACHSIVS,
GEORG. HIERONYMVS WELSCHIVS,
Germani: Ex Italia vero, ATHANASIVS
KIRCHERVS, OTTO TACHENIVS,
MARCELLVS MALPIGIVS: e Gallia GVI-
DO PATINVS: e Dania THOMAS BAR-
THOLINVS: e Belgio FRANC. SYLVIVS
Rector Acad. de le BOE. Rectoris academici munere
ter, Decani ac Brabeutae saepius functus est.
Ma-

Digitized by Google

Matrimonium bis iniit; ſemel cum lectiſſima virgine, ANNA, Dn. MELCHIORIS STRAVBII, *Chemnicenſium* Conſulis, filia anno MDCXLVIII. d. XIX. Septembr. iterum, cum puella ornatiſſima, ANNA ELISABETHA, Dn. IOHANN. SOERGELII, *Ienenſis* Reipubl. Conſulis, filia natu minore, anno MDCLIX. Et ceſſit vtrumque haud male: prius foecundum fuit quadruplici prole. Filiolum enim in eo ſuſcepit vnum, EVSEBIVM ERDMANNVM; filiolas tres, CATHARINAM REGINAM, CHRISTIANAM SOPHIAM, ANNAM MARTHAM: ſed omnes vix dum anniculos amiſit. Poſterius ſterile quidem fuit: ſed damnum id abunde compenſauit fides & amor coniugis. Ad finem autem vt perueniamus, a teneris hereditaria quadam diſpoſitione in morbum hypochondriacum, catarrhum & phthiſin procliuis fuit, ſaepiusque ſputo ſanguinis afflictus eſt, quibus malis anno MDCLVIII. cum viduus per hebdomadas quinque grauiſſime decumberet, dolores ex calculo acceſſerunt, quos & ex eo tempore ſubinde ad finem vitae vsque exquiſitiſſimos ſenſit, qui tandem aliis accedentibus moleſtiis, omnes aegri vires exhauſerunt, omnemque remediorum vim ſuperarunt. Die igitur XXI. Decembr. anni MDCLXXI. rite praeparatus, ſacro praecipue viatico corporis ac ſanguinis Dominici inſtructus, inter ſuorum &

Matrimonium init.

Liberi eius.

Valetudo eius.

Dn. NICOLAI WEBERI, Paſtoris & Adiuncti in Groſſen-Eitersdorff/ preces placide exſpirauit, cum vixiſſet annos LII. menſes IV. ac dies VI. Corpus exanime d. XXVII. eiusd. menſis in aede academica iuxta exuuias prioris coniugis eſt humatum, Concione funebri a SEBAST. NIEMANNO, S. Theol. D. & Prof. habita. Scripta ab eo edita ſunt ſeqq.

Moritur.

Obſeruationes medicae. Lugd. Bat. 1644. fol. Francof. 1665. 1670.

Catalogus plantarum horti medici Ienenſis. Ien. 12. 1659.

De Sero ſanguinis, ex veterum & recentiorum ſcriptis, hiſtoria. 4. 1655. 1671.

Exercitationes anatomicae. 4. 1662. 1664.

Corporis humani Hiſtoria generalis, Ien. 4. 1663. Francof. 1684.

Synopſeos Inſtitutionum Medicinae diſputatoriae Prolegomena &c. Ien. 1668. 1672.

Pars ſemiotica, Hygieine & Therapeutica. ibid. 4. 1671.

Schola partium corporis humani. ib. 4.

Syntagma componendi & praeſcribendi medicamenta. ib. 1672.

Medicinae generalis nou-antiquae ſynopſis. Ien. 4. 1672.

Diſpp. de imbecillitate ventriculi; de Foeniculo; de Dyſenteria; de Pleuritide; de Macie puerorum ex faſcino; de Opthal-

Digitized by Google

thalmia; de Peſte; de laſſitudine; de morbillorum & variolarum cognoſcitiua & curatiua; de fermentantibus ſedatiuis & praecipitantibus; de Conceptione; de Methodo cognoſcendi & curandi obſtructiones; de Angina; de Cholera; de terra ſigillata; de ſero ſanguinis; de natura lactis; de cura vexatorum; de ſcorbuto; de Catalepſi; de Morbo hypochondriaco; de diaphragmatis natura & morbis; de Paralyſi; de Epilepſia; de Moſcho; de Arthritide; de Conuulſione; de capitis dolore; de grauiſſimo & rariſſimo capitis affectu caro; de Catalepſi; de Cauſo; de Colica; de Palpitatione cordis.

XXI.

IOHANNES ARNOLDVS FRIDERICI

Frideric.

IN hoc mundi theatrum prodiit *Altenburgi* anno recuperatae gratiae MDCXXXVII. d. XXIV. Iun. Patrem habuit IOH. MAVRITIVM, virum ampliſſimum, qui longo tempore Sereniſſ. domui Saxonicae a literis ſecretioribus fuit: Matrem REGINAM, VICTORINI GRVNERI, ſupremo Conſiſtorio Eccleſiaſtico, quod *Altenburgi*, quon-

Naſcitur.

dam a ſecretis, & ROSINAE, D. TOBIA FABRO, Medico Ducali, natae, filiam. Nutritus vero in ſinu parentum atque educatus eas virtutes omnes, quibus vel mollior aetas, vel matura & plena ſolet ornari, imbibit. Cum de gremio exire inciperet, literarum culturae atque hauriendis artibus liberalibus fuit deſtinatus. In Gymnaſio igitur patrio ſub Rectore GEORGIO CRAVSERO ita animum inſtruxit, vt d. XVII. Apr. MDCLV. dignus aeſtimaretur, qui ad capeſſendum maiorem ingenii cultum in academias ſe conferret. Poſteaquam igitur publica Oratione Gymnaſio ac patriae valedixiſſet, *Ienenſi* academiae ciuem dedit. Sereniſſima autem munificentia per octennium ſubleuatus primo ſapientiae Doctoribus operam nauauit. Domeſticos Praeceptores ſecutus fuit clariſſimos M. ABRAHAMVM TRILLERVM, TOBIAM HEVBLERVM & M. MICH. CHRISTIANVM LVDOVICI, praecipue ſub Magnifici D. FRIDEM. BECHMANNI diſciplina in Philoſophiae ſtudio multum profecit. Huius auſpiciis quoque de *Enunciatione ſimplici* in genere Exercitationem publice diſceptandam propoſuit. Anno MDCLVII. d. XV. Febr. ſummus in Philoſophia gradus ipſi a Dn. CASPARO POSNERO, Naturalis Scientiae Profeſſore excellentiſſimo, conferebatur. Inde ad Medicinam totum ſe applicuit, conuictu iuxta ac in-

Studet Altenburgi.

Ienae.

Diſputat.

Magiſter Phil.

Medicinae ſtudet.

inſtitutione viri experientiſſimi D. IO H. THEOD. SCHENCKII vſus. Quadriennio quaſi exacto de conſilio ſuorum *Lipſiam* petiit, a D. IOHANNE MICHAELIS, Medico celeberrimo, in diſciplinam & conuictum receptus. Anno MDCLIX. in *Italiam*, *Angliam*, *Belgium*, ac per *Germaniam* iter ſuſcepit. Proximi anni menſe Nouembri redux in patriam & academiam Ienenſem per ſeptem admodum annos apud Magnificum virum D. GVERNERVM ROLFINCKIVM commoratus, nec vnquam fere animo, nunquam corpore ab hoc Praeceptore ſuo diuiſus fuit. Anno MDCLXI. Cal. Maii Doctoris Medici titulum atque inſignia petiit, quae poſt edita ſpecimina & habita ſub eiusdem Praeſidio diſputatione *de Apoplexia*, etiam eſt conſecutus. Exiguo deinde temporum interuallo primum Sereniſſimorum Salanae Nutritorum mandato extra ordinem Profeſſorio muneri; mox *Altenburgenſi* Ducatui ad obeundas Phyſici ordinarii functiones; tandem *Anatomiae*, *Chirurgiae* ac *Botanices* Profeſſioni eſt praefectus. Demonſtrationes Botanicas ſingulis aeſtatibus habuit in horto Medico, itemque chirurgicas & anatomicas non ſine magno inſtrumentorum apparatu. Septem vtriusque ſexus cadauera publice diſſecuit, a Sereniſſimis academiae Nutritoribus ſibi conceſſa, & iam in *Italia* nobilis puellae quatuor-

Lipſiam abit.

Ienam redit.

Doctor. Medic. creatur.

Profeſſor Ien.

Phyſicus Altenb.

Anatomicae demonſtrationes.

tuordecim annorum corpore idem feliciter praeſtiterat. Denique & conſultatoria progymnaſmata magno cum applauſu inſtituit. Decani officio intra hos annos quinquies; Rectoris academici bis eſt defunctus. In his autem dum verſaretur, ſimul etiam factum eſt, vt cum ornatisſima virgine ANNA MAGDALENA, Dn. IOH. CHRISTFRIDI SAGITTARII, SS. Theol. D. & Ducatus Saxo-*Altenburgici* Superint. Generalis &c. filia natu maxima anno MDCLXVI. d. IV. Decembr. matrimonium contraheret atque Reuerendisſimi Archi-Epiſcopi *Moguntinenſis* duobus illuſtribus Legatis, Serenisſimo Principe ac Domino, Dn. FRIDERICO WILHELMO II. vna cum Serenisſima Coniuge ac liberis nuptiarum ſolennitatem praeſentiae ſuae ſplendore auguſtiorem reddentibus, rite iniret. Ex illo coniugio duas ſuſcepit filias, ANNAM MAGDALENAM & REGINAM MARIAM. Quod ad mores ipſius pertinet, deuotus Deo, conſilio, cura, vigilantia cuiuis ciuium obuius, nihil intermiſit, quod ad ſalutem aegrotorum facere videretur. In caſuum aduerſis, quibus conflictatus fuit, iſta praecipue poni merentur, quod anno MDCLIX. dum in Belgio viueret & anno MDCLXX. in vicinia infelici fato bis aquis ſubmerſus ſummum vitae periculum adierit. Valetudinis ſtatus fuit mediocris in hypochondriacum morbum ac ſcorbu-

Eius matrimonium.

Filiae eius.

Mores.

Periculum.

Valetudo.

Digitized by Google

butum procliuis, catarrhis & tusſi cum atrophia totius corporis accedentibus. Anno MDCLXXII. d. XXV. Maii rigore ac mox vehementi aeſtu febrili correptus fuit, vomitus quoque ac gelidus ſudor per aliquot horarum ſpatium toto corpore manans, cum grauibus anguſtae reſpirationis ſymptomatibus vires aegri proſternebat, ita, vt pretioſiſſimis remediis fruſtra adhibitis animam ſacris myſteriis expiatam, d. XXVII. Maii, hora II. pomeridiana Deo reddiderit.

Diſputationes ſub eius Praeſidio habitae: De Pica; de Poeonia; de Abortu; de Malo Caſtrenſi ſeu Hungarico; de Ileo; de Vertigine; de Aure; de Melancholia; de Aloë; de Aſthmate; de Lethargo; de Hydrocephalo; de Atrophia; de Corpulentia nimia; de Diaphragmate ex vulnere laeſo; de Foemina, naturae miraculo; de Gangraena & Sphacelo; de Incubo; de Conuulſione inferioris maxillae; de Oculo; de Tentigine; de Fluore albo mulierum; de Peripneumonia; de Ventriculo; de memoriae laeſione ſiue obliuione; de Liene; de Phthiſi; de Lethargo; de vteri hydrope; de Apoplexia; de renum & veſicae Calculo. &c.

RV-

tuordecim anr XXII.
praestiterat.
gymnasmata 'S WILHEL-
Decani. off CRAVSE
Rectoris
his autem : vsuram hausit *Numbur-*
Eius matrimonium. est, vt e, d. XXII. Octobr. A. C.
MAGD II. Patrem habuit illustrem
DI SA num Dn. D. RVDOLFVM
Saxo M CRAVSIVM, Haereditari-
lia n ngen / ICtum, Consiliarium in-
cen icellarium & Protosynedrii Prae-
ue Vinariensem anno MDCLXXXIX.
d ortuum: Matrem vero matronam
exempli, MARIAM WOLFFIAM.
lineae paternae PETRVM Krauß /
D. Portensium Medicum & Numbur-
m Physicum ac Consulem primarium:
Filiae eiu n eiusdem lineae BARBARAM, filiam
TI Brauns / vf Grossen-Jehna / ICti
Mores Consulis Numb. primarii (qui Senatui
umburgensi Ius Patronatus; sibi vero &
uae familiae nobilitatis insignia & priuilegia
conciliauit, quae D. FERDINANDVS, Rom.
Peri Imperator ipsi anno MDCXIII. clementissime
conferebat.) Auum lineae maternae PAN-
CRATIVM WOLFFIVM, Consulem de
Numburgensibus optime meritum; Proauum
lineae paternae PETRVM Krauß / Capituli
Magdeburg. Canonicum & aulae *Berolinen-*
sis quondam Ministrum celeberrimum. Pro-
auiam

auiam eiusdem lineae MARGARETHAM Eberts/ CONRADI RODII, Patricii Magdeburg. viduam. Abauum lineae paternae PETRVM Krauß/ potentisſimi Electoris Brandenburg. Conſiliarium: abauiam eiusd. lineae MARGARETAM Lindholtzin/ quae annum aetatis CX. attigit. Abauum maternum VALENTINVM BRAVN, *Wurcenſium* Superintendentem Generalem, *Philippo Melanchthoni* charum, qui eum ſaepe ita eſt allocutus: Tu (*Brauni*) meus es *Oecolampadius* (propter faciei ſimilitudinem) ſed heus tu, eruditionem huius imitare, religionem fuge! quae etiam omni ſtudio obſeruauit. Originem ducit haec CRVSIORVM familia a maioribus Equitibus pariter ac Baronibus, quod facile demonſtrari poſſet, niſi indignationem Noſtri, ambitionis etiam ſpeciem mirum in modum fugientis, timeremus. Noſter igitur, vt Maiorum veſtigiis feliciter inſiſteret, omnem pii parentes curam intenderunt, quare ſacro lauacro tinctum & annum aetatis quartum agentem eruditorum Praeceptorum fidei commiſerunt, quorum primus erat MICHAEL CASPARI, poſtea Conſiliarius *Naſſouienſis:* ſecundus CASPAR ZIMMERMAN, poſt Eccleſiaſtes in Groß und Klein Ebringen: Tertius NICOL BEYER, poſtmodum Paſtor *Salbornenſis* & *Kiliansrod.* Inſpectores etiam, quorum cura & conſiliis ſtudia tractabantur, conſtituebantur M.

Praeceptoribus traditur.

Eius Praeceptores.

Inſpectores.

CHRI-

CHRISTIAN CHEMNITIVS, eo tempore Ecclesiae Vinar. Archidiaconus, post *Ienae* SS. Theol. D. & Professor P. necnon Superintendens & Pastor Prim. MARTINVS MOSE, Concionator aulicus & CHRISTOPHORVS GIGLINGIVS, negotiorum feudalium Secretarius. Tandem & morum & studiorum rector ei dabatur M. GEORG GOETZIVS, post *Ienae* Philos. Professor P. ac denique SS. Theol. Licentiatus & Superintendens Generalis &c. cuius ductu in capitibus pietatis pariter ac in studiis Philologicis & Philosophicis intra triennium ita profecit, vt cum praeceptore fideli & fratre PETRO PANCRATIO in academiam Ienensem mitti potuerit, vbi eadem studia continuauit ea industria, vt deinde & aliorum Dominorum Professorum Collegia frequentauerit & publice ac priuatim opponere conatus sit. GOETZIVS cum Nostrum ingenio felici praeditum animaduerteret, vt studium Theologicum excoleret, suasit: ad Medicum tamen, ad quod propensior, animum adiecit. Ductu igitur excellentissimi Medici & Professoris, GOTHOFREDI MOEBII, cui excellentissimus parens Nostrum commendauerat, Medicorum castra strenue est secutus. Intererat etiam reliquorum Dominorum Professorum medicorum collegiis lectoriis, dictatoriis, examinatoriis, disputatoriis, anatomicis &c. ventilabat Disputationes sub praesidio ROLFIN.

Ienam mittitur.

Medicinae studet.

Disputat.

FINCIANO *de Calculo Veſicae*, nec non ſub IO. THEOD. SCHENCKII, ex ipſius ſchola partium, praetereaque ſaepe Opponentis munus publice ſuſcipiebat. *Ienae* autem cum ingenium ſatis excoluiſſet, non ſolum Germaniae vrbes primarias; ſed & exteras Nationes inuiſit, inprimis *Lipſiam*, *Wittebergam*, *Francofurtum ad Moen.* *Darmſtadiam*, *Hamburgum*, *Moguntiam*, *Erfurtum*, *Hamburgum*, *Emdam*, *Groeningam*, *Vltraiectum*, *Amſterdamum* &c. eſt contemplatus, non eo quidem modo, quo hodie plerique, qui adſpectu ſolo contenti ſunt: ſed in omnes partes, angulos, templa, arces &c. oculos & mentem ita coniecit, vt magnum peregrinationis fructum reportaret. *Peregrinatur.* *Amſterdamo Lugdunum* profectus in ſtudioſorum numerum ibidem fuit receptus a Magnifico Rectore, Dn. FLORENTINO SCHNYLS, gratusque celeberrimo Profeſſori Medico IOHANNI van HORN, commendatione D. IO. THEODORI SCHENCKII, ad cuius literas commendatitias traditas reſpondit: SCHENCKIVS *tuus eſt homo profunde doctus & iudicioſus*: nec non clariſſimo FRANCISCO de le BOE SYLVIO, qui Noſtro conſilia de ſtudiis ſalutariter tractandis fideliter ſuggerebant. *Lugduno* cum ſtudioſis quibusdam in *Britanniam* migrabat & poſtquam *Hagam*, *Scheuelingiam*, *Dordracum*, *Harlemum*, *Delphos*, *Alckmorum*, *Harderuicum*, *Woer-*

Lugduni inſcribitur.

In Britanniam abit.

Woerdam, *Schiedam*, *Schonhoſiam*, *Vorconium*, *Roterdamum*, *Brielam* aliasque celebres vrbes luſtrauerat, nauigatione ſecunda *Londinium* perueniebat, vbi inprimis BOYLEVM & GLISSONIVM viſebat, ac abſolutis demonſtrationibus anatomicis a LOBORO inſtitutis *Amſterdamum* redibat, eo quidem tempore, quo celebris Medici FRANCISCI IOSEPHI BVRRI, qui ob aeris alieni magnitudinem ſolum verterat, ſupellex & libri plus licitantibus vendebantur, cuius ex Bibliotheca Noſter ſibi pretioſum librum comparabat. Ibidem ſtatim aggrediebatur Doctorem & Profeſſorem Medic. celeberrimum GERHARDVM BLASIVM, cuius conſiliis & amore ex voto fruebatur, explicabat enim ipſi priuatim FRANCISCI IOELIS Praxin atque in cadauerum brutorum ſectione & in exercitio chymico ductorem ſeſe praeſtabat. Appropinquabat interea tempus, quo iuſſu magnifici parentis in *Italiam* ſe conferre debebat, Diſputatione igitur *de Angina* ſub praeſidio BLASIANO publice habita ac viſo celeberrimo RYSCHIO, cuius primam demonſtrationem publicam anatomicam in theatro chirurgico perceperat, laudatae vrbi & praeceptori valedicebat ac per *Arenacum*, caſtellum *Schenkenſchantz*, *Veſaliam*, *Reinbergam*, *Düſſeldorffium*, *Bonnam*, *Confluentiam*, *Aquisgranum* aliasque celebres vrbes *Francofurtum* ad *Moenum*

Londinium venit.

Audit Gerh. Blaſium.

Diſputat.

num proficiſcebatur, vbi ipſi *Auguſtam Vindelicorum* ac inde in *Italiam* progrediendi ſuggerebatur occaſio. Per DEI gratiam quoque intra vndecim dies non quidem ſine magno periculo magnisque moleſtiis *Venetias*, hinc autem *Patauium* perueniebat, vbi eodem hoſpitio, quo quondam ROLFINCKIVS, vtebatur. Ibidem Domini Parentis iuſſu ſummum in Medicina gradum ambiebat ac ſub Decanatu viri excellentiſſimi ANTONII MOLINETTI, P. P. in numerum Doctorandorum receptus atque eruditionis ſpecimínibus datis conſenſu omnium Doctorum & Profeſſorum, nemine eorum diſcrepante aut diſſentiente, Promotore ac Brabeuta D. IACOBO CADENEDO, Scoto, Prof. P. in praeſentia plurimorum ſtudioſorum & Doctorum publice Doctor Philoſophiae & Medicinae creabatur. Deinde cum die Aſcenſionis Chriſti Dux *Venetorum* mare *Adriaticum* pro more ſolenniter ſibi deſponderet: Noſter cum quibusdam ſtudioſis *Patauio* illuc nauigio proficiſcebatur. *Lidum* prius accedebat, vbi annulus ante deſponſationem dictam ſolenniſſime conſecratur, inde pergebat in altum maris, vbi Dux in vndam immittebat annulum. Quo facto *Malomacham* & *Muranam* Inſulas viſebat, ac die ſequente *Venetias* ſe conferebat, vbi omnia viſu notatuque digna Noſtro oſtendebantur. *Patauium* vero reuerſus optatam

Venit Venetias & Patauium.

Doctor Philoſ. & Medicinae creatur.

Venetias proficiſcitur.

Redit Patauium.

nanciſcebatur occaſionem *Palmam nouam*, caſtellum munitiſſimum, viſendi, ac inde *Forum Iulium*, vbi ipſi militum in noſocomio demortuorum anatome concedebatur.

Longina proce-dit. Facile quoque *Candiam*, *Graeciam*, *Siciliam* & *Hieroſolymam* adire potuiſſet, niſi parentum conſenſu deſtitutus fuiſſet. *Palma noua* vero *Venetias* rediturus mari ventis fluctibusque moto & naui ad ſcopulos appulſa tantum fecit naufragium, vt, niſi cymba ad littus peruenisſet, cum ſupellectili ſua etiam vitam amiſiſſet. *Venetias* igitur per Dei gratiam reuerſus excellentiſſimi parentis literas iter in *Candiam* prorſus diſſuadentes accipiebat. Cum vero paucos poſt dies Veneti naues tres cumque illis milites a Noſtro antea, cum caſtra voluntarie ſecutus eſſet, conſcriptos, qui *Candiam* obſidione Turcica liberarent, *Zacynthum* mittere vellent, Noſter, quem impenſe amabant, rogabatur, vt illos per Iſtriam comitaretur, quod non recuſabat; ſed *Zacynthum* & *Corfu* viſurus annuebat, ea tamen conditione, vt itinere in Iſtriam abſoluto reuerti eſſet licitum. Poſtquam igitur quinque hebdomadas multis iisque magnis periculis expoſitus conſumſerat, decem dierum ſpatio *Venetias* redibat. *Venetias redit.* Hinc priſtinae valetudinis, quae nauigando mirum in modum infirmata erat, recuperandae gratia *Bergomum*, oppidum ab aëris clementia commendatum, ſe recipiebat. *Bergomum ſe recipit.*

Ro-

Romam inde perrecturus *Mediolani* varias perpessus est calamitates, in morbum enim incidebat grauissimum, comes *Forerius*, Clericus *Bergomensis* res Nostri inhians, mucronem insidiose in ipsum acuebat, venenum in offa abdebat, & opio sopito omnia, quae secum portauerat, subducebat. Per DEI gratiam tamen malis hisce superatis *Romam* petiturus vrbes adibat claras, inprimis *Melignanum*, *Laudem Pompeiam* ad *Adduam*, *Placentiam*, *Florentiolam*, *Burgum S. Domini*, *Parmam*, *Bononiam*, vbi consilio celeberrimi MALPIGHII biduum subsistebat, & nomen suum apud Dn. MAXIMILIANVM a CAVRIANI & Comitem a WOLCKENSTEIN, inclytae nationis Germanicae Consiliarios profitebatur, a quibus etiam in studiosorum numerum recipiebatur & diploma accipiebat, cuius inscriptio ita se habebat: Nos MAXIMILIANVS a CAVRIANI & PARIS DOMINICVS a WOLCKENSTEIN, *S. R. I. Comites, inclytae Germanicae nationis in alma Bononiensium Vniuersitate Consiliarii, & sanctae aulae & Palatii Lateranensis Comites Palatini* &c. cuius autoritate Noster tributo, vectigali aliisque in ditione alias soluendis liberabatur. Interea laudatus MALPIGHIVS Nostro insignia beneuolentiae exhibebat signa, dum in suo domicilio illi ostendebat omnia rara, quorum in anatomicis suis mentionem facit. Eiusdem commendatione

Mediolanum.

In periculum incidit.

Bononiae subsistit.

Noſtro Comitis *FERDINANDI CVSPI* nec non *ALDROVANDI* muſea variis raris inſtructa aperiebantur. Inuiſebat etiam *ALOYSIVM MAGNVM*, qui anno decimo Doctor creatus, duodecimo Profeſſor P. in academia *Bononienſi* conſtitutus fuit. His aliisque viſis cum quodam *Marco Guliermetto Piſtoriam, CLEMENTIS IX.* tum *Romae* imperantis Pontificis, oppidum patrium, hinc *Lucam* vsque ad *Piſam* progrediebatur. Ibi etiam notatu dignis perluſtratis *Liburnum*, emporium celebre, *Florentiam*, *Tuſciae* caput, ac denique *Senam*, peruenit. Moribus ciuium & puritate linguae Italicae allectus ſubſtitiſſet ibidem ad tempus aliquod, nec Romam feſtinaſſet, niſi ſanctum ieiunii tempus inſtitiſſet, quo ritus ſolennes videre ſibi propoſuerat. Cum comite igitur *Guliermetto* per *Aculam*, montem *Flaſconis* (in cuius radicibus oculis aduentantium ſe offerebat hoſpitium, cuius in clypeo ſuſpenſo pedes, quem eques ſequebatur, praeſentabatur, adiecta inſcriptione: Eſt Eſt, in memoriam hiſtoriae eruditis notae,) deinde per *Viterbium*, *Roncilionemque Romam* veniebat. Plurimis iisque notatu digniſſimis ibi in *Vaticano*, Bibliothecis, hortis, noſocomiis, templis, capitolio; viris item celeberrimis, inprimis ATHANASIO KIRCHERO, imo ipſo Pontifice, viſis auditisque *Neapolim* vento ſecundo nauigauit, vbi templa, palatia & reliqua viſu digna perluſtrauit, Veſuuium quoque ad-

Piſtoriam abit.

Romam venit.

Neapolim nauigat.

Digitized by Google

adſcendit. Inde *Puteolos* proficiſcebatur, qua occaſione non procul a crypta *Panſilippi* in horto *Seuerini* ſepulchrum *Virgilii* videbat. Per *Neapolim* autem *Romamque* cum comitibus *Venetias* reuerſurus *Narniae* grauibus pedum doloribus corripiebatur: breui tamen illis liberatus *Terniae* in hoſpitio ſolitario nocte hoſpitis & ſociorum, raptorum conatibus in vitae diſcrimen adigebatur, quod tamen per Dei gratiam repellebatur, ita, vt *Spoletium*, *Vmbriae* oppidum, *Tolentinum*, *Maceratum*, *Recinetum*, *Fanum Mariae Lauretanae*, vbi camera lapidea, in qua Chriſti conceptionem angelus Mariae annunciaſſe fertur, feliciter veniret. Inde *Anconam*, *Fanum*, *Fortunae*, *Piſaurum*, *Vrbinum*, *Rauennam*, *Forum Liuii*, *Vincentiam*, *Villam Francam*, *Mantuam*, *Brixiam*, *Cremam*, *Mediolanum*, *Nouariam*, *Tortonam*, *Pauiam*, *Burgum*, *Genuam*, *Nicaeam*, *Montem Peſſulanum* aliasque vrbes adiit. Deinde abitum parabat in *Hiſpaniam*, certior autem factus, ſe ſcopum ſuum non eſſe aſſecuturum; animum mutauit, & *Lugdunum*, *Viennam* ac porro per Delphinatum *Gratianopolin*, *Ebrodunum*, *Valentiam Lutetiasque* ſe contulit. Harum templa, palatia & reliqua rara poſtquam contemplatus erat: *Stampas*, *Aureliam*, *Bleſas*, *Verſaliam*, quo & Rex ſe recipiebat, *Ambaciam*, *Salmurium*, *Andegauum*, *Ambianum*, *Flexiam*, deinde per *Picardiam*,

Puteolos proficiſcitur.

Aegrotat.

Periclitatur vita.

Lugdunum venit.

Bruxellas, *Sedanum*, *Louanium* proficiſcebatur *Dubrim* in *Anglia*, & *Londinium*, vbi & Regem & Reginam in regio Palatio quotidie ferme bis videre licebat, THOMAM WILLIS quoque, Reginae archiatrum aliosque viros celeberrimos viſitabat. Interim praeter ſpem a parente accipiebat literas, quibus ſignificabatur matrem aegrotare & peregrinationem ante eiusdem anni finem eſſe abſoluendam. Cui mandato obeditus Cantabrigiam & Oxoniam adiit ac *Londinium* reuerſus d. I. Nou. MDCLXX. pedem referre incepit atque per *Roterdamum*, *Amſterdamum*, *Osnabrugam*, *Helmſtadium*, *Magdeburgum*, *Halam* menſe Decembri anni dicti, peregrinationis vero quinto eoque ferme abſoluto *Vinariam* ad patrios lares redibat, atque a parentibus maxima laetitia receptus Deo T. O. M. pro benigna protectione gratias egit maximas. Sereniſſimi autem Principes, Nutritores *academiae Ienenſis* Clementiſſimi de Noſtri eruditione certi circa initium anni MDCLXXI. mandabant, vt *Ienae* Medic. Profeſſor extraordinarius cum ſpe ſucceſſionis introduceretur, quo facto publice HIPPOCRATIS Aphoriſmos explicabat, domi vero & lectoria & diſputatoria collegia aperiebat. Poſt paucos menſes Domini D. IOHANNIS THEODORI SCHENCKII, pie demortui, ſucceſſor denominabatur, & Diſputatione pro Loco

Domum reuocatur.

Vinariam redit.

Ienae fit Profeſſ. Med. extraord.

Succedit Schenkio.

ad

de Ictero publice sine Respondente habita introducebatur illustris Facultatis Medicae membrum secundum, atque academiae Prouisor. Anno vero MDCLXXIII. quo Excellentissimus D. ROLFINCKIVS diem supremum obibat, laudatae Facultatis Prof. primarius ac Senior constituebatur. Anno MDCLXXIV. mense Septembr. nuptias celebrabat cum virgine lectissima ELEONORA, Concionatoris aulici ac post Superintendentis *Gerani* filia secunda, quae, quamuis prima vice abortum faceret: postmodum tamen edebat filiam MARIAM ELEONORAM, (Domini D. IO. CHRISTOPHORI Popigs / *Altenburgi* Aduocati aulici & Syndici sponsam) MDCXCVI. beate demortuam: Nec non CHARLOTTAM REGINAM, hodie Dn. IOHANNIS CHRISTIANI FRITSCHII, Haereditarii in Mellingen / Med. Doctoris & Vinariae Ducalis Archiatri, coniugem: item filium RVDOLFFVM HEINRICVM, ac RVDOLFFVM WILHELMVM anno aetatis tertio mortuum. Cum altera coniuge Noster Rectoratu academico aliquoties; Decanatu sua in Facultate saepius est functus. A. MDCLXXVI. praeter expectationem recipiebatur Collega academiae Naturae Curiosorum & *Tiphys* cognominabatur. Viuat vir excellentissimus saluus ac sospes quam diutissime, & in posterum quoque, vti in hunc vsque diem

Rolfincio.

Matrimonium init.

Hodie tranquille viuit.

fecit, ſingulari ſua cura, prudentia, conſilio atque opera rem literariam & inprimis Parnaſſum Salanum ſuffulciat!

Scripta excellentisſimi Crauſii ſunt ſeqq.

Diſputatio Medica de Scorbuto. 1671.
Diſp. inauguralis de cordis palpitatione. 1671.
Diſp. inaugur. de ferro. eod. anno.
Diſp. inaugur. de Marte. eod. an.
Diſp. Medica de Podagra. 1673.
Diſp. inaug. de Frigidis. 1674.
Diſp. de Sterilitate. eod. anno.
Diſp. inaug. de fonticulis. 1675.
Diſp. inaug. de Febribus catarrhalibus. 1676.
Diſp. inaug. de foetus extractione ex vtero. 1677.
Diſp. inaug. de ſpaſmo Cynico. anno eod.
Diſp. inaug. de Cachexia. eod. an.
Diſp. inaug. de febre intermittente. 1678.
Diſp. inaug. de tuſſi. 1678.
Diſp. inaug. de Sphacelo. anno eod.
Diſp. inaug. de ranula ſub lingua. 1680.
Diſp. inaug. de Cachexia ſcorbutica. an. eod.
Diſputatio de hypercatharſi. 1681.
Diſp. inaug. de Pleuritide. eod. anno.
Diſp. inaug. de contractura. eod. an.
Diſp. inaug. de tabe. anno eod.
Diſſertatio inaug. de Lochiis. 1682.

Diſſer-

Digitized by Google

Diſſertatio inaug. de fermentatione in ſanguine non exiſtente. an. eod.
Diſp. inaug. de febre petechiali. 1685.
Diſp. inaug. de atrophia. eod. an.
Diſp. inaug. de cordis palpitatione. 1686.
Diſp. inaug. de Gonorrhoea ſimplici. eodem anno.
Diſp. inaug. de Iſchuria. anno eod.
Diſp. inaug. de delirio in genere. an. eod.
Diſp. inaug. de Principiis & transmutatione metallorum. eod an.
Programma de Calendario valetudinariorum perpetuo. 1687.
Diſſert. inaug. de ſtrumis. an. eod.
Diſſert. inaug. de morbiliis. eod. an.
Diſp. inaug. de anorexia. eod. an.
Diſp. inaug. de morbis Spirituum. 1688.
Diſp. inaug. de Phrenitide. 1689.
Diſp. inaug. de aegro chylificatione laeſa hypochondriaca laborante. eod. an.
Diſp. inaug. de calculo renum & veſicae. an. eod.
Diſp. inaug. de morbis mammarum. anno eodem.
Diſp. inaug. de apoplexia. an. eod.
Diſp inaug. de vertigine. 1690.
Diſp. de abſceſſu. an. eod.
Poſitiones medicae inaugurales. an. eod.
Diſp. inaug. de nymphomania. 1691.
Diſp. inaug. de diabete. 1692.

Diſp. inaug. de febre quotidiana intermittente. 1692.
Diſp. inaug. de dyſenteria. 1693.
Diſp. iuaug. de fulmine tactis. 1694.
Diſp. inaug. de Schirro lienis. 1694.
Programma de principatu cordis. an. eod.
Diſp. de dentium ſenſu. 1694.
Diſp. inaug. de hirundinibus. 1695.
Diſp. inaug. de natura & vſu ſternutatiorum. an. eod.
Diſp. inaug. de ſclopetorum vulneribus. 1695.
Diſp. inaug. de Cardomomis. an. eod.
Diſp. inaug. de febre Hectica. an. eod.
Diſp. inaug. de aegro bulimico. an. eod.
Diſp. inaug. de aphiſtotono. 1696.
Diſp. inaug. de memoria eiusque remediorum natura, vſu & abuſu. an. eod.
Diſp. inaug. de varis. 1697.
Diſp. inaug. de abortu. an. eod.
Programma de aurora, quomodo vt muſis, ita quoque ſanitati amica ſit. an. eod.
Diſp. inaug. de potu frigido. an. eod.
Programma de aſtrorum influxu. an. eod.
Diſp. inaug. de ſignaturis vegetabilium. anno eod.
Diſp. inaug. de pica. 1698.
Diſp. inaug. de Malacia. an. eod.
Programma de meteoris microcoſmi ſeu flatibus. 1699.
Diſp. inaug. de Carminatiuis. an. eod.

Diſp.

Digitized by Google

Diſp. inaug. de phtiſi. 1700.
Programma de temerario quorundam ſimplicium remediorum a priſcis commendatorum contemtu. an. eod.
Diſp. inaug. de incantatis. 1701.
Commendatio ſtudii inquirendi facultates medicamentorum. 1702.
Diſp. inaug. de aphonia. an. eod.
Programma de aerumnoſa muliebris ſexus conditione. an. eod.
Diſp. inaug. de regulis antimonii. 1703.
Programma de peregrinationibus Germanorum medicae artis ſtudioſorum. 1704.
Diſp. inaug de philtris. an. eod.
Diſp. inaug. de menſtruis difficilioribus. anno eod.
Diſp. inaug de morbo caſtrenſi. an. eod.
Theſes medicae inaugurales. an. eod.
Diſp. inaug. de tonſillis. 1704.
Diſp. de ardore ſtomachi. 1705.
Programmata quatuor de varietate luſuum naturalium, ſpeciatim in animalibus & cumprimis hominibus. an. eod.
Diſp. inaug. de Podagra. an. eod.
Diſp. inaug. de arteriotomia. an. eod.
Diſp. inaug. de liene. an. eod.
Diſp. inaug. de dentium dolore. 1707.
Tractatus luculentus de ruta, nondum editus.

GE-

Digitized by Google

XXIII.

GEORG. WOLFGANGVS VVEDELIVS

HAereditarius in *Schwarza*, Medicae artis Doctor vndique celeberrimus, Comes Palatinus Caesareus grauissimus, Sereniſſimorum Saxoniae Ducum Conſiliarius & Archiater excellentiſſimus, in academia *Ienenſi* Theoretices Profeſſor Publ. Ordinarius longe meritiſſimus, perpetua negotiorum procuratione diſtrictus hiſtoriam vitae ſuae in poſterum contexere & typis excudendam tradere promiſit. Largiatur Deus O. M. & otium & vires ex animo precor!

Catalogus Scriptorum eius in Bibliopolio Bielckiano extat.

XXIV.

AVGVSTINVS HENRICVS FASCHIVS

Faſchii natalis & parentes.

PRimam auram vitalem hauſit *Arnſtadii* A. O. R. MDCXXXIX. d. XIX. Febr. Patre genitus plurimum reuerendo & clariſſimo viro, M. AVGVSTINO FA-

FASCHIO, ibidem Archidiacono & Conſiſtorii Aſſeſſore; matre honeſtiſſima foemina MARGARETA ECKOLDINA, viri amplisſimi IEREMIAE ECKOLDI, Senatoris *Ordruf.* prudentiſſimi, filia. Sub oculis parentum domi profecit ad pietatis & boni moris exempla adſuefactus ſollicite, vt quamprimum caperet literas & praecepta audiret, ſpem de ſe eximiam faceret. Educatus itaque ab annis primis & inſtructus quotidiana induſtria, nec quidquam commiſſum, ex quo ſentiret aliquando impedimentum. Iam pubertati propior ſcholam frequentauit patriam & linguas praecipue didicit Latinam atque Graecam, probe gnarus iſtarum cognitione plures cum dedecore deſtitui. Saepe hinc in concione aemulorum & claſſe publica, ſaepe auſcultantibus paucis, ſed doctis & grauibus viris, in vtraque lingua dedit ſpecimina, moderante ſemper ac ſtimulante ad vlteriora IO. STECHANIO, exercitato inprimis ac perito homine in ſcholaſticis meditationibus. Annos viginti natus in *Ienenſem* abiit academiam, ingenium porro variis diſciplinis exculturus. Nulli autem Doctorum ſe magis obſtrictum eſſe adſeuerauit memori animo multoties, quam inclyto quondam Philoſopho ac Medico, GVERNERO ROLFINCKIO, qui muſeum illi conceſſit in aedibus ſuis & quinquennio amplius ſecum eſſe voluit; ſic adeo exoptatiſſima fuit occaſio pa-

Educatio & ſtudia

in ſchola patria.

in academ. Ien.

patefacta Noſtro, in chymicis & practicis ad plenam ſcientiam adſpirandi. Interea temporis eum Doctoribus Medicis MOEBIO, SCHENCKIO, FRIDERICO in diuerſis ſcholis conſuetudinem habuit, & id praeſertim egit, vt DEO volente patriae cum fructu deinceps inſeruiret, at placuit aliter Numini benignisſimo. Quamuis enim anno MDCLXV. aulae *Arnſtadienſi* ab excellentisſimo D. ROLFINCIO optime commendaretur; varia tamen obiecta ſunt, quo minus voti ſui compos fieri potuerit. Quae cum laudatiſſimo ROLFINCIO renunciarentur, indignabundus quaſi Noſtrum ſic alloquebatur: Ey / Herr Doctorand, laſſet den Arnſtädtiſchen Gott fahren / in Jena wird auch einer ſeyn. Paulo poſt in aula *Bernhardina* ipſi patuit aditus, vbi etiam reducem ex Vngaria militem, lue caſtrenſi infectum, & per hunc plures quaſi contagione cum eo laborantes feliciter reſtituit. Primordia haec fuerunt promotionis futurae, quibus mox acceſſerunt ſupremi Doctoratus honores, anno MDCLXVII. & non multo poſt in complementum veluti, auſpicatiſſimae nuptiae cum nobiliſſima virgine ANNA SIBYLLA KRAVSOLDIA. Matrimonii tam fauſte contracti foecunditatem teſtantur nouem vtriusque ſexus liberi, ex quibus deceſſit filiolus vnicus, quinque autem filii ſuperſtites & tres filiae, quarum *prima* admodum reuerendo D. CHRI-

Aulae Arnſtad. commendatur.

Doctor creatur.

Nuptias celebrat.

Digitized by Google

CHRISTIANO EBERH. OTTONI, verbi diuini ministro; *secunda* viro summe reuerendo atque excellentissimo, Dn. IO. PHIL. TREVNERO, SS. Theol. Doctori celeberrimo, & quondam Ienensi Professori Publ. longe meritissimo, hodie Augustae Vindelicorum Pastori Minorit. & Reuer. Ministerii Seniori grauissimo: *tertia* Nobilissimo ac Consultiss. HVLSEMANNO, hodie Arnstadiensi Praefecto, nupsit. Cum anno MDCLXXIII. collegiali denominatione rite facta *Ienae* in ordinem adscriberetur Professorium, iussuque Sereniss. Sax. Ducum, Nutritorum Salanae Clementissimorum Chirurgiae, Botanices & Anatom. Profes. introductus esset: non in academia modo, sed in aulis & ciuitatibus quoque omnia cum salute mortalium peregit. Inter omnia notatu est dignissimum, quod sex & quadraginta foetus in vtero mortuos citra noxios foeminei sexus angores peritissime extraxerit vitamque matribus ita oppressis conseruauerit, vna saltem excepta, quae aliquot dies post foetus extractionem animam efflauit. His de extractionibus feliciter peractis aliquando insigne prodebat gaudium, affirmans, nullam sibi visam esse maiori agnitam gratia quam eam, quam paupercula quaedam pyxide butyro impleta remunerare conata fuerat, quam & puerperio suo finito ipsa attulerat. Hoc vnicum dolebat

Professor P. Ienens.

Felix in foetuum extractione.

aca-

academia, quod cito nimis ereptus fuerit, morbo ex dispositione cacochymica serosa orto, quem postea febris catarrhalis & anginosa magis magisque accendit, licet oppositis remediis deflagraret ignis ac paulatim cederet: interim remanens acrior lympha, viscida & intemperata, dubia valetudinis signa praebebat. Ad omnem tamen euentum optime praeparatus, cum antea ordinasset singula prudenter, & Christo Saluatori reconciliatus esset per sacro-sanctam corporis & sanguinis Dominici communionem, primo anni MDCXC. mense placide exspirauit & XXVI. eiusdem die sepultus est. Extant Dissertationes variae sub Praesidio Faschiano habitae.

Moritur.

XXV.

GVNTHER. CHRISTOPH. SCHELHAMMERVS

Schelhammerus

nascitur.

NAtus est *Ienae* A. C. MDCXLIX. d. XIII. Martii, patre viro nobilissimo Dn. CHRISTOPHORO SCHELHAMMERO, Philosophiae & Med. Doctore ac Professore *Ienensi* excellentissimo, cuius incomparabile ingenium omnia summa promittebat, verum post paucos annos in ipso aetatis flore extinctus est. Educatus au-

autem est Noster a vitrico optimo, IO. ERNESTO GERHARDO, SS. Theol. Doct. & Professore celeberrimo, cuius benevolentiam summam expertus est & vere paternam. Cum vero de arte discenda deliberaretur: beati Parentis memoria & magni ROLFINKII exemplum effecit, vt medicam amplecteretur. Itaque ab hoc initiatus annum agens decimum septimum *Lipsiam* missus ibi per annum cum dimidio substitit in Philosophicis bonisque literis institutus a D.D. ALBERTI, SCHERZERO, & in stylo se tum diligenter exercuit. In medica vero arte D. BOHNIVM Praeceptorem nactus est tum nondum Professorem; mox tamen post Nostri abitum in eorum numerum arcessitum. Hinc *Ienam* rediit, ROLFINCII domesticus & per quadriennium fere in Praxi ab eo exercitatus, dispensauit remedia aegrotis eius. Inde MDCLXXII. abiens in *Westphaliam* per Ducatum *Brunsuic. & Lüneburgens. Hamburgum* venit, hinc *Rostochium*, *Stralsundam* & *Gryphiswaldam* adiit in *Sueciam Daniamque* abiturus & per *Holsatiam* reuersurus: sed tempestatibus ventoque aduersis rediit *Hamburgum*, indeque abiit per *Bremam Frisiamque* Orientalem atque Occidentalem in *Hollandiam*. Biennium *Lugduni* exegit, dehinc MDCLXXIV. in *Angliam* abiit integram hyemem ibi commoratus. Longum esset omnia narrare, quae viderit,

Educatur.

Studium medicum eligit.

Lipsiam mittitur.

Ienam redit.

Peregrinatur.

legerit, didicerit *Londini*, *Cantabrigae*, *Oxoniae*. Primo vere transfretauit in *Galliam*, quam peragrauit integram, *Lutetiae* subſtitit plurimos menſes *Rotomagum*, *Aureliam* & *Ligeris* oris adiacentes vidit ciuitates, *Andegaui* subſtitit per hyemem, ſequente anno per *Rupellam*, *Burdegalam*, *Toloſam*, *Aquitaniam* omnem migrauit. *Monspelii* rurſum ſubſtitit integram aeſtatem, hinc *Prouinciam* adiit, *Maſſiliam* venit, inde per *Arelatenſe* regnum reuerſus *Auenionem*, *Rhodani* accolas ad *Lugdunenſes* vsque, hinc per *Sabaudiam Pedemontium* accesſit, *Mediolanum*, porro per *Parmam*, *Placentiam*, *Mutinam*, *Bononiam*, *Florentiam*, *Piſam*, *Lucam*, *Liburnam*, *Sienam*, *Romam* venit, anno Iubilaeo Portam D. *PETRI* clauſit Papa CLEMENS X. (Altieri) moxque aeſtate ſequente vitam. Tum conclaue & *Odescalchii* electionem expectauit, quo conſtituto *Romam* poſt integrum annum reliquit; verum & *Neapolim* viſitauerat ante, *Roma* per *Adriatici* maris litora legens *Ferrariam*, *Rauennam* &c. *Bononiam* rediit, inde *Patauinam* academiam adiit, vbi denuo ſubſtitit, ac deinde cum Ducibus *Würtembergenſibus Venetias* abiit, & hinc tandem cum ibi quoque vnum vel alterum menſem commoratus, per *Vincenziam*, *Veronam*, *Breſciam*, *Lacum di garda*, *Tridentum*, *Tirolenſem* Comitatum, *Monachium*, *Vlmam*, *Stutgardiam*, *Noribergam*, in patriam ad veteres ami-

Redit in patriam.

amicos rediit. Ibi tum Doctoris gradum *Doctor creatur.*
suscepit, dein cum literis commendatitiis amplissimis & gratiosissimis Sereniss. Ducis BERNHARDI *Heidelbergam* tendere constituisset, diuina vocatione *Helmstadium* abreptus per decem annos Professorio ibi munere functus in patriam reuocatus B. Parentis locum obtinuit. Post quinquennium vero *Kilonium* ad Professionem Medicam vocatus venit, infelici quidem omine, cum enim condixisset & eo properaret, Princeps benignissimus, a quo Noster vocatus erat, CHRISTIANVS ALBERTVS, moriebatur. Aduenienti igitur omnia inueniebat mutata, interim non dabatur regressus. Decimus quintus nunc agitur annus, ex quo *Kilonium* venit, vbi per Dei gratiam munere Professorio adhuc ex omnium voto fungitur, cui vt in posterum quoque benedicat Numen, ex animo precamur. Matrimonium quod attinet, contraxit illud cum illustris CONRINGII filia, ex qua suscepit tres filias. Scripta ab ipso edita sunt seqq.

Professor Helmstad. Ienensis.

Kilonium abit.

Disput. inauguralis, in qua vocis humanae rationem primus omnium expediuit. 1677.
De dolore capitis. Ien.
Liber de auditu, quo eius quoque naturam omnem primus omnium mathematice demonstrauit.
In Physiologiam Introductio. Helmst. 1681.

Digitized by Google

De ſpiritibus animalibus diſquiſitio. 1682.
De peſte diſputatio. 1682.
Catalogus plantarum in horto domeſtico cultarum. 1683.
De lymphae ortu & lymphaticorum vaſorum cauſis, 1683. quae bibliothecae Anat. inſertae ſunt.
Pathologia generalis, ſed quae nondum tota prodiit. 1687.
De motu cordis ac pulſu, quem itidem mechanice demonſtrauit. 1690.
De genuina febres curandi methodo. 1691.
De humani corporis tumoribus. 1695.
De noua plantas in claſſes digerendi ratione ad Ioh. Raium & A. Z. Riuinum epiſtolica diſſertatio. 1695.
Natura ſibi & Medicis vindicata. 1697.
Phocae matis anatome. 1699.
Naturae vindicatae vindicatio. 1701.
De reſolutione corporum per ignem disquiſitio 1702. quae propediem aucta & reuiſa prodibit.
Acidularum Swalbacenſium, & Pyrmontanarum collatio. 1703.
Theſes ſelectae anatomicae & Phyſiologicae Exercitationibus XII. comprehenſae.
Multae praeterea Diſputationes & Programmata.

Prodibunt etiam poſthaec:

1. de demonſtratione medica rite inſtituenda opus multorum annorum.

2. de

2. de Nitro, Vitriolo, Alumine & Atramentis opuſculum, ad illuſtris *Conringii* Diſſertationem de ſale pertinens.
3. Vita Arniſaei ab ipſomet conſcripta, ex Bibliotheca Conringiana.
4. Anatome Xiphii piſcis.
5. Via regia ad artem.
6. Philoſophiae naturalis ſuccincta & accurata ratio, veterum principiis & recentiorum experimentis ſuperſtructa.
7. Pathologia omnium morborum accuratiſſima.
8. Methodus medendi morbis ſingulis huic ſuperſtructa.

Electionis Clementis X. & Innocentii XI. hiſtoria cum relatione Curiae Romanae.

Edidit etiam Bluntii, equitis itinerarium in Germanicam linguam & Anglicam translatum.

XVI.

IACOBVS WOLFFIVS

Wolffius

NAtus eſt *Numburgi* ad Salam, A.O.R. MDCXLII. d. xxx. Dec. Patre IACOBO, Pharmacopola Ducali & oppidano; matre CATHARINA ROMANA, nepte IVSTINI PERTVCHII, ob editum Portenſe Chronicon celebratiſſimi: Auo

Naſcitur.

Eius Maiorēs.

PANCRATIO WOLFFIO, Pharmacopola & Conſule *Numburg.* primario. Ab his ſuis parentibus ad pietatis atque eruditionis fundamenta ſedulo eſt adductus & patre quidem procurante (vtpote qui diutius in vita ſuperſtes fuit quam mater) cum priuatae tum publicae informationi Praeceptorum in patria commiſſus. Praeceptores autem publicos inprimis laudauit M. IAC. HENDELIVM, Con-Rectorem, M. THEOPH. COLERVM, deinde *Ienenſium* Paſtorem ac Superintendentem Generalem meritiſſimum & M. IO. TOEPFERVM, Rectores: Domeſticum vero M. CHRISTOPHORVM GRAESIVM, poſtea *Altenburgenſ.* Scholae Subconrectorem, ac demum Paſtorem Breitenhanenſem. Studium medicum ac huius pars egregia, Botanice, iam a teneris illi arriſit, ſuaque iuduſtria in Botanicis alios commilitones excitauit, & in his Dn. OTTONEM, Dn. HAHNIVM & BARTHIVM, quorum primus Conſiliarium, Archiatrum & Profeſſorem Saxo-Weiſenfelſ. egit, ſecundus Medicus aulicus Saxo-Eiſenbergenſ. eſt conſtitutus, tertius *Numburgi* Praxin medicam exercuit. Studiis triuialibus abſolutis & in Conſiſtorio Citizenſi examinatus accepta etiam ibidem, licentia ac habita in ſchola patria Oratione valedictoria *Lipſiam* abiit d. XVI. anni MDCLXV. quo ab excellentiſſimo D. IOH. ERNESTO NORICO, aca-

Inſtituitur.

Eius Praeceptores.

Lipſiam abit.

academiae Rectore Magnifico, albo academico inscriptus est. Ibidem priusquam artem medicam excoleret, accuratius Philologicis & Philosophicis studiis summa cum diligentia se mancipauit variisque tam lectoriis, vti vocant, quam examinatoriis & disputatoriis nomen dedit publice & priuatim sedulo audiendo Dn. ALBERTVM, CARPZOVIVM, FRANCKENSTEINIVM, ITTIGIVM, OLEARIVM, RAPPOLTVM, THOMASIVM, Professores celeberrimos & M. VALENTINVM FRIDERICI, Facultatis Philosoph. Assessorem. A. MDCLXVIII. d. XIX. Dec. Baccalaureus annoque proximo d. XVIII. Ian. Magister Philosoph. renunciatus est, ac statim d. XXVI. Mart. Physicam *de Insectis in genere* Disputationem praesidendo habuit non modo a Decano Philosophicae Facult. sed & a Doctoribus & Professoribus Medicis per tres horas strenue exercitus. Interea tamen tantum abest, vt neglexerit medica, vt potius tum hoc, tum superioribus annis Praeceptoribus medicis vsus fuerit Doctoribus ac Professoribus BOHNIO, FRISIO, ETTMVLLERO aliisque, quorum ductu in chymicis, anatomicis &c. insignes fecit profectus. In Botanicis strenue perrexit, &, vt syluas, campos ac prata taceam, complures horti Lipsienses, *Ettmüllerianus*, *Laurentianus*, *Weidemannianus* aliiq; ipsi patuerunt.

philosophatur.

Philosophiae Baccalaureus, Magister renunciatur.

Disputat.

Medicinae studet.

runt. Anno MDCLXVIII. d. xi. Decembr. Praeſide D. BOHNIO Diſputationem habuit *de Chyli motu ex inteſtinis*. Baccalaureatum Medicinae anno MDCLXIX. d. xxvii. Aug. impetrauit, iamque eiusdem anni menſe Nouembri per quatuordecim dies pro licentia Medica *de Pilorum Philol. Phyſico-Medica conſideratione* publicas lectiones habuit. Praeterea tum hoc tum praecedentibus annis varia Collegia Philoſophico-Medica in muſeo ſuo docendo aperuit. Anno MDCLXX. *Ienam* ſe conuertit, vbi ROLFINCKIVM, SCHENCKIVM & FRIDERICVM, Profeſſores Medicos publice praelegentes ac partim diſputantes audiuit, & quia occaſio illo tempore ſe offerebat, aegrotos aliquot non infeliciter curauit. Exin animus erat in *Italiam*, *Belgium* ac *Britanniam* iter ſuſcipiendi; ſed propoſitum hoc morbi grauioris inſultus declinauere. Quamobrem in patria manendum erat, vbi praeterquam, quod ſuae valetudini inuigilauit, porro Deo adiuuante alios a grauioribus morbis liberauit. In his dum occupabatur, A. MDCLXXII. de nouo Profeſſore Med. *Heidelbergae* conſilia agitabantur ac ipſe quoque inter Candidatos referebatur, ſed *Heidelbergenſium* conſilia non minus, quam eius propoſitum ferale bellum Gallicum ſuperius turbauit. A. C. MDCLXXIII. d. xxvii. Iun. Licentiati Medic. honores impetrauit, Doctorales vero de-

Diſputat. Baccalaureus Med.

Ienae ſtudet.

Aegrotat.

Licentiatus Medic.

demum XXIV. Nou. MDCLXXXI. idque nulla culpa ſua, ſed quia competitorum numerus deerat, cum promotiones *Lipſienſes* maiores, quam alibi, exigant impenſas. A. C. MDCLXXV. d. XIX. Ian. vxorem duxit MARIAM MAGDALENAM, virginem praeclaris virtutibus praeditam, D. IOHANNIS CHRISTFRIEDI SAGITTARII, *Altenburgi* Paſtoris Primarii & Superintendentis Generalis, filiam, ex qua duobus filiis tribusque filiabus eſt auctus. *Matrimonium init.* Anno eodem de Phyſici *Kauſbeurani* in Sueuia munere ipſi demandando agebatur ſerio, quoniam vero filiam ſuam aegre ad tam longinquas vias demittendam cenſebant ſocer & ſocrus ac alia inſuper promotionis affulgebat expectatio, *Altenburgi* manendum fuit, vbi non minus, ac in oppido *Schmoellen* (vnde aliquid ſalarii ipſi reddebatur) ſydere non infauſto Praxin medicam exercens, quicquid ſupererat temporis, vnice impendit ſtudiis, lectioni, meditationi, ſcriptioni. Labor hic cum iucunditate ac vtilitate mixtus propter vitam ſedentariam ipſi ſubinde literatorum mercedem, malum videlicet hypochondriacum minabatur. Eo vero labore continuato ex autoribus Medico-Philologico-Philoſophicis cumprimis optima quaeque rara collegit, ſperans fore, vt ſi in academiis aliquando daretur viuere, ad lectiones & diſputationes luculentum haberet apparatum, ac ſtudioſae

Physicus Kauſbeiranus eligitur.

Praxin medicam exercet.

Praxis eius Altenburg.

iuuentuti maiore cum fructu posset inseruire. Quod ad Praxin *Altenburgensem* attinet, si quando vel D. RABIVS, Archiater, vel D. PILLINGIVS, Physicus oppidanus abessent aut aegrotarent, bona cum eorum gratia aegris iis curandis, quos laudati Viri ipsi commendarunt, magna industria nec infelici cum successu operam dedit. Quamuis autem ipse D. PILLINGIVS illum collegam vicarium adsciscere perlibenter voluerit; noluit tamen litigiis optimo Viro motis se inuoluere. Anno MDCLXXIX. praecipua illustris ac Magnifici Dn. D. WEDELII opera in Naturae Curiosor. academiam Leopoldino-Imperialem receptus Socratis titulum retulit, suaque scripta ad LL. academiae *Ienens.* conformauit annoque MDCLXXXIX d. I. Febr. Adiuncti munus ipsi fuit demandatum. Anno MDCLXXXII. multorum bene ipsi eiusque studiis volentium suasu *Ienam* concessit, vbi praestitis praestandis priuatim docendi publiceque disputandi licentiam adeptus est. Anno MDCXC. d. XVII. Maii *Ienae* Serenissimorum Ducum Saxon. academiae Nutritorum clementissimorum mandatis Professor Medic. Extraordinarius est renunciatus. Quod ad Collegia priuata attinet, complura eo tempore habuit, quae ad integram medicinam excolendam necessaria duxit Studiosis Medicinae, inque iis ita se gessit, ne vel gratiosissimae Facultati Medi-

Ienam concedit.

Prof. Medic. extraord. Collegia eius priuata.

cae,

Digitized by Google

cae, vel vlli Profeſſorum de ſe querendi occaſionem relinqueret. Caeterum mens eius inprimis in Dei gloriam proximique emolumentum erat intenta, quare paci & concordiae ſtuduit ſuumque munus vt rite exequeretur, omnem nauauit operam. Colophonem autem vt huic vitae curriculo imponam, breuiter ipſius finem attingam. Anno MDCXCIV. morbo contagioſo laborantes viſitabat, quibus (mali vehementia) extinctis Noſter pretii loco morbum, imo mortem ipſam reportauit, die enim xxv. Iul. eiusdem anni vitam cum morte mutauit. *Moritur.* Vxor eius chariſſima anno MDCCV. d. xxx. Ian. poſt horam noctis duodecimam ipſum ſecuta eſt. Vtriusque corpus *Ienae* in templo Paulino fuit humatum. Exercitationes medicas conſcripſit ac in cathedra medica propoſuit ſeqq.

De obeſitate exuperante.
De Potu literatorum eiusque vſu & abuſu. 1684.
De Cereuiſia Numburgica.
De Cruſta lactea, vulgo Anſprunge. 1687.
De vrinae incontinentia. 1688.
De Autodidactis.
Scrutinium amuletorum medicum. 1690. &c.

10.

Digitized by Google

XXVII.

IO. HADRIANVS SLEVOGTIVS

Sleuogtius

Nascitur.

NAtus est in ipso Musarum domicilio, quod *Ienae* est, A. C. MDCLIII. mense Septembr. Patre excellentissimo viro, Dn. PAVLO SLEVOGTIO, Logicae & Primae Philosophiae in academia *Ienensi* Prof. Publ. de vniuersa republica literaria meritissimo: Matre, matrona pientissima, BARBARA CATHARINA RINGLERIA. Felicissimi sane parentes, qui in tribus filiis omnium Facultatum, & quidem in primo M. PAVLO, *Pastore* quondam in Ober-Weimar fidelissimo Theologicae; in secundo, IO. PHILIPPO, in *Salana* Doctore & Professore Iur. excellentissimo Iuridicae; in tertio, IO. HADRIANO, ibidem D. & Professore Med. experientissimo Medicae: in omnibus autem Philosophicae ornamenta pariter ac fulcimenta reliquerunt! Hunc igitur quod attinet, binos nondum compleuerat annos, quando a beato Parentis obitu traderetur curae affinis sui, Nobilissimi Excellentissimique Viri, Dn. IO. FRISCHMVTHII, Linguarum Orientalium Professoris celeberrimi, Collegii Philosoph. illo tempore Senioris, cuius amorem vere paternum, in studiis consilia aliaque summa

Curae Frischmuthii traditur.

in

in se merita adhuc praedicat. Nec mater, vidua filii indole adducta, ipsum studiis addicere cessauit. Primis enim literarum rudimentis idoneum percipiendis fratri suo, clarissimo viro Dn. M. MARTINO RINGLERO, scholae oppidanae Rectori meritissimo in disciplinam tradidit. Cum publica institutione coniuncta erat priuata fidem ac studia liberaliter addicentibus Dn. CHRISTIANO KOEBERO, scholae Episcopalis Citicensis post Conrectore; demum ad D. *STEPHANI* Pastore, nunc beato: mox Praecellentissimo Viro, Dn. M. CHRISTIANO GRVBELIO, post Gymnasii *Tremoniensis* Rectore optime merito, quorum assidua cohabitatione ad sublimia indies perductus anno aetatis decimo sexto dignus iudicabatur, qui scholis Philosophicis qua publicis qua priuatis traderetur. Vsus igitur summe reuerendorum atque excellentissimorum virorum informatione Dn. HENRICI MATTHIAE a BROK, hucusque *Altenburgensium* Pastoris Primar. & Superintendentis Generalis celebetrimi, nunc beati, nec non Dn. VAL. VELTHEMII, tum SS. Theol. Lic. Log. ac Metaph. Prof. Publ. post vero SS. Theol. Doct. & P. P. affinis sui honoratissimi, etiam nunc beati, huiusque in Collegio Pansophico, illius in lectorio Disputatorio. Neque minori diligentia audiuit viros excellentissimos, Dn. CASP. POSNERVM, tum Naturalis Phi-

Praeceptores eius.

Philosophatur.

Philoſ. P. P. Phyſica, & Dn. ERHARDVM WEIGELIVM, Mathem. P. P. affinem ſuum plurimum colendum, itemque Dn. MARTINVM HARTMANNVM, Phil. & Med. D. Matheſin docentes. Artis Medicae autem praeſtantiam contemplatus ei totum ſeſe dare animum induxit, & primo *Ienae* viam ad propoſitam metam feliciter ingreſſus modo laudatum D. HARTMANNVM, affinem ſuum, *Obrdrufium* euocatum medicum aulicum & prouincialem, integrum annum ſectatus eſt, inter continua anatomica, botanica, chymica & practica exercitia tempus ſolerter diſtinguens & optime collocans. Inde reſtitutus patriae coeptam telam pertexere omni ope conatus eſt, accedente ad ordinarias curas nouo linguarum exoticarum, *Gallicae* inprimis & *Italicae* amore, quarum vſum nunc in omni vita, pro ſeculi genio, maximum videbat. A. C. MDCLXXVI. *Holſatiam*, hinc *Hamburgum* petiit, vbi nec otio diffluebat, nec tempus inutiliter terebat, experientiſſimis Medicis ibidem adhaerens, maxime vero Dn. D. KIRSTENIO, Phyſico *Hamburgenſi* & Prof. in Gymnaſio ibidem Publico, atque Dn. DAVIDI von der Beck charus & acceptus erat. Cum vero vlterioribus conatibus dura belli lues obſtaret, ad *Ienenſes* rediit & illuſtri Collegio Medico eruditionis documenta & priuatis collocutionibus & publicis Diſputationibus pro-

Medicinae ſe conſecrat.

Peregrinatur.

Ienam redit.

Digitized by Google

probauit. Sic interpretationi Aphorismorum *Hippocratis*, quam excellentissimus atque experientissimus Dn. RVDOLPHVS WILHELM. KRAVSIVS, Phil. & Med. D. Chym. & Pract. Prof. Publ. illustris Facult. Med. Senior, instituit, eiusdemque duobus collegiis chymicis publicis sedulam operam nauauit. Sic excellentissimi ac experientissimi Dn. GEORG. WOLFG. WEDELII, Med. D. Theor. Prof. Publ. &c. Institutiones repetita vice, doctrinam de febribus, it. de medicamentis simplicibus ac lectiones publicas assiduus & indefessus auditor frequentauit. *Collegia D.D. frequentat.* Eadem etiam industria addiscendique ardore excellentissimi Dn. AVGVSTINI HENRICI FASCHII, Med.D. Anat. Chirurg. & Batan. tum Professoris Publ. atque Archiatri Ducalis Saxonici, *νῦν ἐν ἁγίοις*, Anatomicas, Chirurgicas Botanicasque audiuit demonstrationes, sectionibus variis & priuatim & publice non adstitit solum sed, ipse etiam manum in principaliorum viscerum praeparatione saepius solus admouit. His aliisque conatibus, indefessae industriae speciminibus, quae praeeuntibus praeter viros laudatissimos, excellentissimis Medicis, Dn. D. SORGELIO, Medico Ducali Saxo-Vinar. auunculo suo, & Dn. D. GRVBELIO, Physico *Neostadii* ad Orlam felicissimo aliisque edidit, illustri Facultati Medicae purpura Doctorali sese probauit dignum. *Doct. Med. creatur.* Anno igitur

MDC

MDCLXXXI. ſummos in Medicina honores ambiuit, eosque conſuetis examinibus, Lectionibus & Diſputatione inaugurali *de Anthrace peſtilente* praemisſis ex voto eſt conſecutus, Praxin Medicam deinde feliciter exercuit ac Phyſicum Prouincialem per aliquot annos egit, tandem anno MDCXCV. Anatomiae, Chirurgiae & Botanices Profeſſ. Publ. Ordinar. conſtitutus, Rectoratu & Decanatu ſua in Facultate aliquoties functus eſt. Tori ſociam habet matronam omnibus virtutibus ornatam MARIAM ELISABETHAM, Excellentiſſimi quondam Theologi, IO. ERNESTI GERHARDI, P. P. *Ienenſis*, filiam, magni illius IOANNIS GERHARDI neptem, ex qua decem pignora ſuſcepit, quinque nimirum filios totidemque filias, ex quibus tamen non niſi duo filii adhuc in viuis ſunt, Medic. Doctor alter, & Practicus felicisſimus, alter vero Philologiae & Philoſophiae cultor, excellentisſimi Parentis aemulus vterque. Faxit Deus O. M. vt multos adhuc annos muneri mandato ſaluus ac ſoſpes praeſit!

Diſſertationes ſub eius praeſidio habitae ſunt:

De Carie Cranii. Ductu chylifero Pequetiano. Dura matre. Gurgulione. Torminibus infantum. Fermentationibus microcoſmicis. Epilepſia infantili. Sudo-

doribus. De Paracentheſi thoracis & abdominis. Cachexia. Ambuſtione eiusque remediis. Polypo capitis. Crepatura viſcerum. Puella variolis malignis laborante. Lapſu vaginae vteri. Foemina mola laborante. Dolorum partis ſpuriorum cum veris collatione. Wie man iſſet/ſo arbeitet man auch. Puerpera ſuffocationis hypochondriaco-hyſtericae periculo expoſita. Aegra retentione ſecundinarum laborante. Matrona fluore albo laborante. Lochiorum fluxu nimio. Aegra lochiorum fluxu nimio laborante. Cholera humida & ſicca. Effluuiorum efficacia. Foemina chlorofi laborante, vel cachexia muliebri. Aegra paralyſi laborante. Balſamo vero ſiue Opobalſamo. Partu naturali cum praeternaturali collato. Pauoribus puellae morbo complicato laborante. Aphthis. Incontinentia vrinae. Vrticis. &c.

XXVIII.

ERNESTVS HENRICVS WEDELIVS

Wedelius

VItae theatrum ingreſſus eſt *Gothae Thuring.* anno ſalutis humanae recuperatae MDCLXXI. Calendis *Naſcitur.*

Augusti, natus Patre illustri & excellentissimo, Domino GEORGIO WOLFFGANGO WEDELIO, Med. Doctore celeberrimo, Com. Pal. Caes. Theoret. Professore Ord. Consiliario & Archiatro Ducali Sax. & matre CHRISTINA SABINA AVEMANNA, illustris atque excellentissimi ELIAE HENRICI AVEMANNI, ICti celeberrimi, Consiliarii *Saxo-Isenacensis* intimi & regiminis Ducalis Praesidis, piae memoriae, filia. Hinc sacri baptismatis lauacro initiatus, simul per aetatem licuit, in omni pietatis studio educatus & priuatae Praeceptorum informationi commissus prima stamina linguarum Latinae inprimis hinc & Graecae quoque addidicit. Adultior factus in illustre Gymnasium Electorale Saxonicum, quod *Portae* floret, missus liberalibus artibus operam dedit, concreditus curae fidelissimae perinclytorum illic Professorum, Rectoris inprimis M. IO. GEORGII LAVRENTII, M. CHRISTOPHORI FRANCKII, Inspectoris, M. CHRISTIANI GVNTHERI, Conrectoris, M. IOH. GOTTLOBII HARTMANNI, Collegae tertii, M. MICHAELIS RÖSSERI & M. IOH. HENR. KROMAYERI, quorum omnium informationem grata mente depraedicat. Exacto in hoc Gymnasio quinquennio & vltra, in academiam *Ienensem* reuocatus MDCXC. d. II. April. in ci-

Praeceptoribus traditur.

Gymnasium Portense frequentat.

Ienam venit.

ciuium laudatae academiae numerum receptus Philosophicis animum applicuit studiis non minus ac Medicis, in vtrisque, vt & hinc alibi viros excellentissimos & celeberrimos sectatus. In istis audiuit Dn. CASPAREM POSNERVM, Physices Prof. Ordinarium, de *animalium generatione* differentem: in Metaphysicis, Ethicis, Politicis, imo singulis scientiis Philosophicis Dn. D. IOH. ANDR. SCHMIDIVM, hodie SS. Theol. Professorem in academia *Iulia* meritissimum & Abbatem Mariaeuallens. grauissimum: in Logicis Dn. D. IOH. PAVLVM HEBENSTREITIVM: in Mathematicis & Physicis Dn. GEORG. ALBERTVM HAMBERGERVM. Medicinam quod attinet, Dn. D. RVDOLPHI WILH. CRAVSII Lectionum Pathologico-Therapeuticarum sedulus auditor fuit. Dn. D. GVNTHERI CHRISTOPHORI SCHELHAMMERI Lectiones Botanicas, Chirurgicas & Anatomicas publicas priuatasque omni studio frequentauit & aliquot cadauera humana publice ab eodem proiecta vidit. Ex ore etiam excellentissimi Parentis maxime salutaria hausit, per integrum quadriennium ad solida artis fundamenta theoretica ac practica quotidianis experimentis manu ductus. His vero probe imbutus anno MDCXCIV. ad perficiendos & maturandos profectus in academiam *Norimittitur,*

Philosophiae & Medic. studet.

Altdorfiam

ricam missus a luminibus artis sibi quoque facem accendere allaborans in Matheſi & Collegio Phyſico experimentali curioſo Dn. IOH. CHRISTOPHORI STVRMII doctrinam: in Botanicis Dn. D. MAVRITII HOFFMANNI, ſenioris, induſtriam: in Pathologia & Therapia Dn. D. IACOBI PANCRATII BRVNONIS methodum: in Chymicis & Anatomicis Dn. D. MAVRITII HOFFMANNI, iun. accuratisſimas Demonſtrationes & facundiam admiratus anno integro elapſo cum omnium horum ſingulari affectu & praeconio iterum *Ienae* appulit. *Ienam redit.* Nec ſine editis diligentiae & profectuum ſpecimintibus ſua egit, ſub paterno enim praeſidio e Pathologia dogmatica de *cauſis ſymptomatum in genere & ſpeciatim ventriculi*, & *Diſputat.* iterum *de ſpectris* publice diſputauit. Sub moderamine laudatisſimi IO. ANDREAE SCHMIDII in Cathedra Philoſophica aurem θεόπνευστον exhibuit; ac Altdorffi ſub excellentiſſimi HOFFMANNI ſenioris, tutamine Theſes ſummarias de *vteri procidentia* eruditorum diſquiſitioni propoſuit. Per integrum itaque quinquennium ſtudiis academicis tractatis MDCXCV. gradum in Philoſophia ſummum ab ampliſſima Facultate Philoſophica ſolenni more eſt indeptus. *Magiſter Philoſophiae.* A Sereniſſimo Principe ac Domino, Dn. WILHELMO ERNESTO, Duce Saxoniae, I. C. & M.

M. &c. Domino noſtro Clementiſſimo, in numerum Medicorum Prouincialium coopratus eſt, aſſignata *Dornburgenſi* & *Bürgelenſi* Praefectura. Eodem anno aditum ad capeſſendos honores in Medicina ſummos a gratioſiſſima Facultate Medica expetiit, & poſtquam in examinibus omnium ſpei ſatisfecerat, gradum & priuilegia Doctoralia ex voto eſt conſecutus. Denique Profeſſio Medica extraordinaria a Sereniſſimis *Saxon.* Ducibus, Academiae *Ienenſis* Nutritoribus clementiſſimis ipſi eſt demandata. In ſucceſſu rerum tam proſpero felix non minus matrimonii foedus pepigit cum virgine pudiciſſima, ANNA CATHARINA, Chryſoſtomi illius Ienenſis, GEORGII GOETZII, Antiſtitis olim apud *Ienenſes*, & a rerum ſacrarum conſiliis, filia, laudum paternarum ac maternarum haerede, anno MDCXCVII. die IX. Octobris ſolenni ceremonia conſummatum. Hoc & concordia mutua & filiorum duorum, GEORGII WOLFGANGI ac GEORGII ERNESTI & quinque inſuper filiarum, SOPHIAE ERNESTINAE, CHRISTIANAE REGINAE, ANNAE CATHARINAE, MARGARETHAE CATHARINAE & PHILIPPINAE DOROTHEAE, foecunditate ſe commendauit, ex quibus quinque priores in beatorum numerum iam pridem recepti ſunt, poſtremis duabus

Medicus Prouinc.

Doctor Medic.

Profeſſ. P.

Coniugium init.

Liberi eius.

animo & cultu maioribus digno efflorescentibus. Vltimum amoris pignus post beati parentis obitum demum lucem adspexit.

Morbus. Morbum vltimum & mortem quod attinet, hiemis nuperae inusitata saeuitia in corpusculum tenerum prauos humores & catarrhos inuexerat, vnde languor membrorum & die VI. Aprilis, ingruente iam nocte, horror cum aestu coniunctus, atque ex his sympromata alia nascebantur: vnde & Ipse & Parens sollertissimus eam febris speciem arguebant, quae LIPIRIAE SPVRIAE nomine a reliquis morbis dignoscitur. Omnes artis medicae vires, ad profligenda tot mala, quorum vicissitudo perpetua erat, a vidua & Parente comparabantur. Sed ex labiorum & vnguium liuore patebat, iam computruisse humores, iamque facultatem conualescendi penitus exspirasse. Ab humanis proinde auxiliis ad coelestia conuersus WEDELIVS, animae medicinam quaesiuit, quam & ipse aegrotus ex oraculis sacris petiit, & ab ore maxime reuerendi D. WEISSENBORNII, quin & Parentis religiosissimi sumsit, coelestique refectus epulo, Genitori suo & Coniugi Vale vltimum dixit, & hora V. vespertina diei XIII. Aprilis anni salutaris MDCCIX. inter adstantium preces ac lacrymas placide, atque dormienti

Moritur.

ti fimilis, acquieuit, poſtquam annos XXXVIII. menſesque VIII. meritis permultis diſtinxerat. Exequiae die XVII. dicti menſis in templo academico ſunt celebratae. Diſputationes exhibuit ſequentes:

De Peritonaeo, & Tinctura Martis Helleborata; de Ephemera & morbis Concionatorum; de Hydrope atque Catarrhis; de Phyſiologia Vrinae; de Saliua ac Cerumine; de Vermibus; de aquis deſtillatis; de tranſpiratione inſenſibili.

XXIX.

IOANNES ADOLPHVS VVEDELIVS

Io. Ad. Wedelius

Naſcitur.

IN celeberrimo Muſarum emporio propter Salam, quod *Iena* vocatur, hanc in lucem prodiit. Incidit eius Natalis in diem XVII. Auguſt. anni recuperatae ſalutis CIↃ IↃC LXXV. Pater ipſi eſt Medicus excellentiſſimus ac Polyhiſtor celeberrimus, D. GEORGIVS WOLFFGANGVS WEDELIVS, Haereditarius in Schwartza / Comes Palatinus Caeſareus, Conſiliarius & Archiater Ducalis Saxonicus, in *Salana* Theoretices Profeſſor Ordinarius meritiſſimus: Mater fuit matrona nobiliſſimis ſexus ſui virtutibus ornatiſſima CHRISTINA SABINA, illuſtris ELIAE HENRICI AVEMANNI, ICti grauiſſimi, Conſiliarii quondam intimi *Iſenacenſis* & regiminis Ducalis Praeſidis excellentiſſimi, filia, *νῦν ἐν ἁγίοις*. Laudati Parentes, ſigna indolis nobilioris anim-

Eius parentes.

ad-

aduertentes, filium ad pietatem pariter ac ſtudia humanitatis adhibuerunt. Priuatis igitur Praeceptoribus traditus in pietatis capitibus bonarumque literarum προπαιδεύμασι adeo laudabiles fecit progreſſus, vt anno aetatis decimo tertio clariſſimorum *Martisburgenſis Gymnaſii* Collegarum, CHRISTOPHORI CELLARII, Rectoris prudentiſſimi, poſt in academia *Hallenſi* Hiſtoriarum & Eloquentiae Profeſſoris Publici, nunc vero inter coelites conſtituti, vt & M. IOANNIS GEORGII ILMERI, Conrectoris eximie meriti, fidelisſimae informationi concrederetur, ex quorum ore & attenta bonorum librorum lectione intra quadriennium tantum in humaniori literatura theſaurum ſibi comparauit, vt poſtea in Philoſophicis atque Medicis diſciplinis rite & decenter pertractandis plenisſimos iſtius fructus perceperit. Anno cIↃ IↃC VIIIC. idoneus ſublimioribus doctrinis habitus d. X. Mail a Magnifico *Academiae Salanae* Rectore, maximi nominis ICto, D. CHRISTIANO WILDVO-

Studiis conſecratur.

Studet Martisburgi.

Ienae.

GELIO, Consiliario tum *Saxo-Vinariensi* aulico, hodie *Saxo-Isenacensi* intimo, Curiae Prouincialis, Facultatis Iuridicae & Scabinatus Assessore grauissimo nec non antecessore famigeratissimo in studiosorum *Ienensium* ordinem receptus est. Ex eo tempore noui vitae generis dignitatem secum bene reputans, cum animaduerteret, ad acquirendum ἰατρῦ ἰσοθέυ titulum (quem cum inuidenda gloria illustrem Parentem tueri, vniuersus doctorum orbis omnesque ab eo editorum Volnminum lineae testantur) non aliam viam, quam per Philosophiae indiuulsam cum Medicina combinationem patere: labore improbo summe reuerendi atque excellentissimi D. IO. ANDREAE SCHMIDII, in *Salana* tum Logicae & Metaphysicæ, iam vero apud *Helmstadienses* Theologiae Professoris Publ. Primarii, ac Abbatis Mariaevallensis, potiores Philosophiae partes explicantis, vt & nobilissimi atque excellentissimi GEORGII AL-

Audit Philosophos.

ALBERTI HAMBERGERI, Mathes. Professoris Publ. Ordinarii celeberrimi, Physicam & Mathesin tradentis, lectiones frequentauit. In Medicis equidem Nostro abunde sufficere potuisset Magnifici Parentis institutio non publica solum & priuata; sed & priuatissima ex continua conuersatione, nata, dum ipsi αὐτόπτῃ licuit vbique iudicioſae regularum ad exempla applicationi interesse. Sed noluit tamen vllam discendi occasionem praetermittere. Hinc non tantum *Ienae* Magnificos atque excellentissimos Viros, D. RVDOLPHVM GVILIELMVM CRAVSIVM, Haeredit. in Mellingen, Prax. & Chym. P. P. Societat. Leopoldinae Collegam Primarium, Facultatis Medicae Seniorem grauissimum publice docentem, D. GVNTHERVM CHRISTOPHORVM SCHELHAMMERVM, iam apud Kilonienses Professorem Publ. Primarium, Archiatrum Gottorpiensem & Societat. Leopold. Adiunctum meritis- *Medicos.*

ritiſſimum, domi atque publice Anatomiam, Chirurgiam & Botanicam explicantem, D. IO. HADRIAN. SLEVOGTIVM, Anat. Chirurg. & Botan. Prof. Publ. in Anatomicis & Botanicis non ſine fructu auſcultauit; ſed *Lipſiae* etiam vltra annum commoratus famigeratiſſimorum atque excellentiſſimorum Doctorum, BOHNII, RIVINI atque PAVLI, huius quidem Anatomicis, illius Botanicis & Phyſiologicis, iſtius vero theoreticis & practicis acroaſibus cum ingente eruditionis ſuae incremento interfuit. *Lipſia* redeuntem non ſolum inclyta Philoſophica Facultas *Ienenſis* A. O. R. CIↃ IↃCXCVII. laurea Magiſteriali ſolenniter exornauit: Sed illuſtre quoque Collegium Medicum in numerum Candidatorum Medicinae ſcripſit, poſtquam tam per conſueta examina, quam publica ſpecimina ſe vtriusque tituli dignisſimum eſſe ſolide probauit. Quinquies enim publicam diſputan-

Lipſiae ſtudet.

Creatur Magiſter.

Inter Candidatos Med. recipitur.

tantium Cathedram conſcendit, compluriesque Opponentium ſubſellia occupauit. Defendit prima & ſecunda vice ſub excellentiſſimi Parentis Praeſidio in *Aphorismis Aphoriſmorum ſectionem quintam* & *Disputat.*

Diſſertationem *de Fermentis Chymicis.*

de Tinctura Martis helleborata, praeſide Fratre honoratiſſimo, Viro experientiſſimo, D. ERNESTO HEINRICO WEDELIO, tum Phyſico Prouinc. & Poliatro meritiſſimo, poſt ſimul Profeſſore Med. Publ. extraordinario celeberrimo, nunc beato.

de Igne, ſub moderamine excellentiſſimi Caſparis Poſneri, Phyſices Profeſſoris Publ. famigeratiſſimi, τῶν ἐν ἁγίοις.

de

de Symptomate vrgente, Lipsiae sub clypeo excellentissimi Bohnii.

de Camphora, pro *Licentia* summos in Medicina honores capessendi, d. IV. Augusti anni CIↃ IↃCXCVII. sub vmbone magnifici Parentis.

Praestitis abundantissime praestandis anno dicto comparatae eruditionis merita consecutus est praemia, elogium nempe Doctoris & priuilegia. Anno praeterlapso CIↃ IↃCCIX. a Serenissimis Saxoniae Ducibus vtriusque lineae, inclytae academiae *Ienensis* Nutritoribus munificentissimis munus Medicinam profitendi extraordinarium gratiosissime ipsi demandatum est, Serenissimus vero Princeps ac Dominus, Dominus GVILIELMVS ERNESTVS, Dux Saxon. &c. eodem tempore ipsum Medicum Prouincialem *Saxo-Vinariensem* clementissime

Doctor Medic. renunciatur.

Profess. P. extraord.

Medicus Prouincial.

sime constituit & *Dornburgenses* pariter ac *Bürgelenses* ipsius curae commendauit. Et hoc modo Fratris beate defuncti, D. ERNESTI HENRICI WEDELII, Successor, illustrisque Parentis Collega est factus. Quibus officiis vt ex omnium voto fungatur, ex intimis animi visceribus precor!

Dissertationibus modo laudatis accesserunt

Dissertatio *de Temperamento mixti*, quam tanquam Praeses defendit, Respond. *Christ. Wedelio.* 1698.

Exercitatio Medica de Punctis medicis. 1701.

Pro-

Programma, quo Hippocratis Aphorismum: *Vita breuis, ars longa*, exponit, atque ad audiendas lectiones publicas auditores inuitat. 1709.



Digitized by Google

CLASSIS IV.

VITAS PHILOSOPHORVM IENENSIVM EXHIBENS.

Digitized by Google

Digitized by Google

CLASSIS IV.

VITAS PROFESSORVM PHILOSOPHORVM IENENSIVM

ab ipsa Academiae inauguratione d. II. Febr. A. C. MDLVIII. peracta ad haec vsque tempora exhibens.

I.

IOHANNES STIGELIVS

Stigelius.

NAtus est *Gothae*, celebri & munito *Thuringiae* oppido (iuxta alios *Frimariae*, *Gothae* vicino pago) d. XIII. Maii, A. C. MDXV. Literis a puero dicatus, cum ingenio esset felici, nec a studiis abhorrente: statim spem doctrinae ac virtutis de se praebuit praeclaram. Positis in

Nascitur.

Educatio eius & studia adolescentiae.

ludo patriae fundamentis, ad *Lipsiensem* & *Wittebergensem* academias cultus vberioris gratia se contulit, & cum omnibus, quas vocant, humanioribus literis, tum inprimis Poëticae, ad quam naturae quadam incitatione ferebatur, operam diligenter dedit. In quo studiorum genere tantos breui fecit progressus, vt facultate Carminum non facile alteri vlli suae aetatis cederet. Cum anno XXXVII. Concilium celebre indictum fuisset *Smalcaldiae:* cum *Hassiacis* eo quoque se *EOBANVS* contulit. Ibi STIGELIVM admodum adolescentem, primum familiariter cognouit, & statim incredibili amore complexus, neque obscure, neque falso vaticinatus fuit, quam ille facultatem Latini carminis consecuturus esset. Itaque iam tum non aliter quam filii appellatione vocabat STIGELIVM, iocabatur cum eo suauissime, & materiam interdum illi atque argumenta versuum faciendorum proponebat. Denique ita se erga adolescentem gerebat, vt diuinitus animum senis commoueri & fauorem excitari, & dirigi iudicium appareret. Quas *EOBANI* praesensiones quam non fefellerit STIGELIVS, opera & scripta ipsius facile declarant. Ipse etiam contra gratiam eam retulit amori *Eobanico*, vt & vitum reuerentia patri debita prosequeretur, memoriam fato defuncti in terris, posteri elegantissimis versibus commendaret non

Excellit in Poëtica.

Eobani de Stigelio praesagium.

Digitized by Google

non ſolum in epitaphiis Carminibus; ſed etiam aliis in argumentis, vbi locus eſſet. *Wittebergae* Philoſophiae Magiſter promotus eſt A. C. MDXLII. quo breui poſt ab Imperatore Rom. CAROLO V. in comitiis *Ratisponae* Poëta &c. creatus. Redux in *Leucorea* LL. Latinam & Graecam interpretatus ad annum Chriſti MDXLVII. quo Sereniſſimo Electore Saxon. IOHANNE FRIDERICO I. capto Muſae diſſipatae, vocatus *Ienam* omnium primus conſecrauit cum principale paedagogium A. C. MDXLVIII. d. XIX. Mart. horis matutinis *de vtilitate ſtudiorum Eloquentiae*: tum generale ſtudium, anno MDLVIII. d. II. Febr. *de cauſis, quare conſtituantur academiae, deque vſu priuilegiorum* perorans. Facultatis ſuae fuit Senior primus, Decanus, ſerie ita iubente, ſecundus, & Rector Vniuerſitatis priuilegiatae tertius, (nempe a menſe Ian. vsque ad menſem Auguſt. anni MDLIX. quo tempore LXXXV. ſtudioſos recepit,) Oratoriae & Poëſeos *in Salana* Profeſſ. Publ. omnium primus. Matrimoniali vinculo ſibi A. C. MDXLIV. coniunxit BARBARAM Kunoldin / Quaeſtoris *Vinarienſis* filiam, quae XI. Octobr. MDLVII. obiit. Inde ad ſecunda vota tranſiit cum CATHARINA MELISSA.

Magiſter. *Poëta.* *Profeſſ. Witteb.* *Ienae.* *Senior, Decanus & Rector Magnif.* *Maritus.*

In toto vitae curſu STIGELIVS fortunam expertus eſt duriorem & nouercam, id quod *Stigelii fortuna.*

de hac ad MORDISIVM, IC. querela cognosci potest, vbi ipse ita:

Bis denos doceo iuuenilia publicus annos
Pectora, & hinc nullas condo Professor opes.
Addo, quod exiguum, quod gratia plumea reddit;
Et sine pane mihi luditur iste labor.

Qua tamen sorte & tenuitate contentus vitam egit vere Philosophicam & verius Christianam, quod ipse ita est testatus:

Diuitias alii & summos venentur honores;
Ipse ego Phoebeas congero laetus opes.
Omnibus exiguam thesauris praefero famam:
Ingenio Musae quam peperere meo.

Fortitudo & Amor patriae. Fuit praeterea vir animo excelso praeditus, virtutis omnis & patriae, suorumque in ea principum ita amans atque studiosus, vt illustre exemplum ipsius hac in parte pietatis eximiae proponi possit ac debeat. Hoc MELANCHTHON de eo commemorauisse fertur, quod in conuentu *Ratisponensi* aliquando acciderit. Ibi enim forte STIGELIVS vesperi rediturus in suorum hospitium, incidit in *Hispanum* abducentem ciuis cuiusdam coniugem. Illa hominem Germanum conspi-

Digitized by Google

ſpicata rogat verbis vernaculis, vt ſe liberet, quae inuita rapiatur. Ibi STIGELIVS animoſe adoritur *Hiſpanum*, & apprehenſo illius ne ſtringere poſſet, gladio, mulierculam liberat, & ad ſuos deducit. Exemtus eſt rebus humanis d. xi. Febr. anni Chr. MDLXII. aetatis XLVII. *Obit.*

Viuus ipſe ſibi eiusmodi Epitaphium fecit: *Epitaphium.*

Hic ego STIGELIVS iaceo: quis curat? vt omnis
Negligat hoc mundus; ſcit tamen ipſe DEVS.

Hie liegt Stigelius der Poet/
Was weiß ders/ der vorüber geht?
Wenns niemand weiß/ ſo weiß es GOTT/
Drum laß mein Grab nur unverſpott.

Scripta, quae reliquit, ſunt: *Oratio de conſtitutione Academiarum, & Epiſtola de Promulgatione Priuilegiorum academ. Ienenſ. Explicatio in libellum Melanchthonis de anima. Varia epithalamia, epitaphia, epigrammata, quae vno volumine edita extant. Vertit carmine doctiſſimo plurimos Dauidis Pſalmos.* Commentarius *in Georgica*. Carmina eius a *M. Iac. Roſefeldero P. L. C.* poſtremo recognita in tria volumina diſtributa, & Ienae anno Chr. MDC. edita ſunt.

II.

VICTORINVS STRIGELIVS.

Strigelii vitam & scripta in I. Classe, Theologos continente, recensui, quam cupidus Lector adeat, & pag. 16. seqq. euoluat.

III.

MICHAEL NEANDER.

Vid. Class. III. Num. IV. p. 14.

IV.

D. CHRISTOPH. DVRFELDIVS.

Cuius curriculum vitae cum iam in Class. II. ICtorum exhibui, eius pag. 38. videatur.

V.

IOHANNES ROSA,

Ethices, Logic. & Histor. Professor Publ. in Class. I. Theologorum inuenitur, vid. igitur L. B. pag. 26. seq.

D. IA-

Digitized by Google

VI.

D. IACOBVS FINCELIVS

Fincelii

NAtus est *Vinariae Thuringorum.* Studiis operam dedit in *Erfurtensi* academia, in *Ienensi*, in quam anno Christi MDXLVIII. vna cum M. VICTORINO STRIGELIO, P. P. venit, ac in *Wittenbergensi*, in qua anno MDXLIX. Philosophiae Magister est creatus. Anno MDLIX. *Ienae* inter Facultatis Philosophiae Professores & anno MDLXII. Medicae (Doctor promotus) Assessores cooptatus est. Breui ad Physicatum in Patria obeundum euocatus *Salanis* valedixit Musis & tandem Cygnaeae Poliatri munere aliquandiu functus obiit. Contoralis ei fuit SVSANNA, M. IOHAN. STIGELII, e fratre *NICOLAO* Stigel/ neptis. B. BEIERVS, qui haec nobis tradidit, vocat eum Collectorem & Epitomatorem Mirabilium suo tempore curiosissimum, librum enim conscripsit von Wunderzeichen. 8.

Patria.
Studia.
Promotiones.
Physicatus.
Mors.
Matrimonium.

VII.

D. DAVID VOITVS

Depingitur in Classe I. Theol. pag. 84.

Digitized by Google

VIII.

D. IOHANN. FRIDERICVS COELESTINVS,

Theologus & Philoſophus delineatur in Claſſ. I. Theol. p. 72.

IX.

IOHANN LANGER

Langeri

Patria.

NActus eſt patriam *Coburgum Francorum*, ſimulque occaſionem ſtudiis incumbendi gratiſſimam. Mire enim ad artes liberales propenſus in diſciplinam traditus eſt viris eruditis, Praeceptoribus fidelisſimis, qui nullum laborem praetermiſerunt, quo diſcipulus ad diſciplinam & virtutes inſtitueretur. Hic vt ductoribus ſe praeſtitit monigerum: ita etiam induſtriae praemium accepit. Nam Magiſter Philoſophiae creabatur in *Albana* anno MDLVI. & anno MDLVIII. inter Facultatis Philoſophicae Adiunctos recipiebatur. Anno MDLX. in *Salana* ad obeundam Graecae linguae Profeſſionem vocabatur. Vxorem duxit MAGDALENAM (iuxta B. *Beierum*, qui ex calice inaurato, quem illa Hoſpitali *Iacobaeo Ienenſi* donauit, cui nomen ipſius inciſum legitur, *Helenam*) Langerin natam ex honeſtis-

Studia.

Promotio.

Profeſſio.

Matrimonium.

neſtisſima *Wernerorum* familia, cum qua in matrimonio viginti tres duntaxat hebdomadas pie ac concordisſime vixit, vix enim Profeſſionem nominatam auſpicatus, x. Iun. anni MDLX. obiit. *Obitus.*

Extant eius Poëmata. Witteb. 8. 1557.

X.

ANDREAS FVLDA. *Fulda*

PRotulit hunc *Salzunga Thuring.* A. C. MDXXXIV. d. VI. Ian. qui, poſtquam ad optimas a puero incubuerat literas, *Ienae* XII. Iul. MDLVIII. primus omnium promotus eſt Philoſophiae Magiſter. Anno MDLX. ibidem linguae Graecae Profeſſor P. conſtitutus M. IO. LANGERO ſucceſsit, & faſces academiae adminiſtrauit a Cal. Ian. vsque ad Cal. Iun. anni MDLXVII. deinde a XXVI. Febr. vsque ad Cal. Iul. an. MDLXIX. Profeſsioni praefuit vsque ad annum Chriſti MDLXXIII. quo abiens *Sulzfeldiae*, *Sulae* & *Siluſii* tandem Antiſtitem egit. In eius coniugio vixit OTTILIA, HEINRICI Neubergers / Conſulis *Ienenſis*, & DOROTHEAE Druckſcherffin / filia. Tandem anni MDXCVI. XII. Decembr. diem ſupremum obiit.

Naſcitur.

Magiſter Philoſoph.

Proſ. Ienenſ.

Rector Magnif.

Antiſtes Sultzf.

Eius coniux.

Moritur.

AEGI-

XI.

AEGIDIVS SALIVS.

Salii

Patria. VItales auras praebuit huic OSALI *Gorca Bohemiae*, sed lauream Philosophicam *Witteberga* anno MDLIX.

Promotio. Officium. *Ienae* constitutus est Physices & Mathes. Prof. Publ. anno MDLXII. & academiae Re-

Rectoratus. ctor anno MDLXIX. Cal. Ian. qua tamen dignitate exsplenduit tantum vsque ad XXVI. Febr. a quo vsque ad Cal. Iul. ANDR. FVLDA labores & curam continuauit, ipse enim SALIVS Colloquio *Altenburgi* d. IX. Mart. MDLXIX. per Theologos Saxonicos Electorales, *Lipsienses* scil. & *Wittebergenses*, abru-

Dimissio. pto, Rectoratu & Professione abire iussus Synergismi suspectus & euictus. Per dictum autem semestre album Studiosorum CVII. nominibus auxerunt. Principe IOHANNE WILHELMO, Duce Sax. beate defuncto

Reditus. reuocatus Noster anno MDLXXIII. labores commissos continuauit, & cum illustrissimo Dn. VOLRADO, Comite a Gleichen / Re-

Pro-Rectoratus ctore Magnificentissimo fasces academiae a XXIII. Aug. anni MDLXXIV. vsque ad seq. anni XXV. Febr. administrauit, & XCIV. rece-

Obitus. pit studiosos. Obiit ibidem Facultatis suae Senior d. III. Octobr. anni MDLXXX.

Scripsit Vitam Christophori a Carlwitz, Mauritii & Augusti, Fratrum Electorum Sax. Consiliarii intimi. &c.

FRI-

XII.

FRIDERICVS WIDEBRAMVS

Widebrami

HAnc in lucem editus est *Pesnicii Variscorum*, IV. Iul. MDXXXII. patre BONIFACIO, matre ANNA, FRIDERICI STAPPII, Consulis filia. Cum puer patrem amisisset, ab auo materno ad studia adhibitus est primum in patria, mox *Neoburgi* & demum *Isenaci* sub disciplina *MEDLERI & ROSINI*. A.C. MDXLIX. *Ienam* adiit, vbi sedulo docentes audiuit ERHARDVM SNEPFFIVM, Theol. Doctorem, VICTORINVM STRIGELIVM & IOHANNEM STIGELIVM, Poëtam, quo duce carmina fundere coepit. A.C. MDLI. *Wittebergam* profectus *Melanchthoni* charus fuit & Magisterii Philosophici testimonium consecutus est anno MDLV. Anno sequente vxorem duxit virginem ELISABETHAM, IOHANNIS NOEDEMI, Consulis filiam. Anno MDLVII. *Seruestam* ad gubernationem scholae vocatus de pueritiae studiis optime meritus est. Anno MDLIX. *Isenacum* migrans sibi delegatum Rectoris in eius oppidi schola munus suscepit. Post anno MDCLXIII. vocatus literis publicis in academiam *Ienensem* linguae Latinae & Dialecticae Professorem egit. Philippismo & Syncr-

Patria & Natalis.

Literis operam dat.

Ienam adit

Wittebergam.

Magisterium.

Vxorem ducit.

Ludimoderator Seruest.

Rector scholae Isenac.

Prof. Phil. Ienae.

Digitized by Google

ergismo infectus (teste B. Beiero l. c. p. 976.) discessit anno MDLXIX. dimissus cum D. MATTH. COLERO, & D. NICOL. SCHELLERO, ICtis: D. LVDOVICO STVRMIO, Medico: M. AEGIDIO SALIO, M. FRIDERICO PENSOLDO, M. ADAMO BYSSANDRO, Philosophis P.P. *Wittebergam* profectus est, vbi post obitum PAVLI EBERI Pastor Ecclesiae declaratus non multo post Theologiae Doctor creatus est cum HENR. MOLLERO, CASP. CRVCIGERO, CHRISTOPH. PEZELIO, NIC. SELNECCERO & IO. BVGENHAGIO, iun. Anno MDLXXIV. Articulis *Torgensibus*, de Controuersia eucharistica subscripsit, cum antea menstruo carcere multatus fuisset. Postea *Naumburgum* est relegatus, vbi triennium commoratus Psalterii versionem absoluit. Tum benigne cum vocante IOHANNE, Comite *Nassouiensi* in valle Deciana Ecclesiae praefectus est. A. C. MDLXXIX. Senatus *Bremensis* rogatu & venia a Comite suo impetrata *Bremam* vna cum D. CHRISTOPHORO PEZELIO profectus est ob dissidia quaedam inter Theologos ibi gliscentia, quae & diligenti *WIDEBRAMI* moderatione & studio sopita sunt. A. C. MDLXXXIII. Ecclesias in ditione *Solmensi* reduxit ad puritatem doctrinae Apostolicae. A. C. MDLXXXIV. a IOH. CA-

Wittebergam abit.

Pastor & Theol. Doctor.

Naumburgum relegatur.

Vocatur a Iohanne, Comite Nassou.

Bremam proficiscitur.

Ecclesias emendat.

CASIMIRO, Comite Palatino vocatus, *Heidelbergam* venit, vt deliberationibus de Ecclesiis & scholis recte regendis cum aliis quibusdam Senatoribus ecclesiasticis interesset, vbi febri hectica, ad quam & alia accesserunt symptomata, correptus placide decessit 11. Maii A. C. MDLXXXV. aetat. LIII. Tale ibi meruit epitaphium: *Vir doctus egregie & pius vir Amabili FRIDERICVS ingenio WIDEBRAMVS Docendo qui nauauit operam Ecclesiis Diu & scholis, defensaque tulit carcerem, ob vera, & exilium, hic requiescit.*

Heidelbergum venit.

Moritur.

Epitaphium.

Nathan. Chytraeus, in delic. Itin. per Europ. p. 310.

Ingenii monumenta inter alia reliquit Poëmata pia.

Paraphrasin poëticam super Psalterium Dauidis integrum.

XIII.

IOHANN. MEROLINVS

Merolini

Patria.

Promotio.

Professio.

KAuffbeura in Algoia Sueuus. VVitebergae promotus Magister A. C. MDLXI. & *Ienae* inter Professores Publ. cooptatus anno MDLXII. mense Maio, breui abiit, & *Ambergae*, vbi Rectorem egit, consenuit.

FRI-

XIV.

FRIDERICVS PENSOLDVS

Penſoldus

Naſcitur. HAnc in lucem prodiit *VVeidae Variſcorum* d. II. Sept. MDXXX. ſtudia excoluit in academia *VVittebergenſi*, ac deinde Profeſſorem egit & *Gryphiswaldae* & *Ienae* vsque ad annum Chr. MDLXIX. cuius XXVII. Febr. ob rationem ſupra Num. XII. dictam dimiſſus in ludo Electorali ad *Albim Miſeno*, ſpartam inuenit, Reuocatus d. XX. Mart. MDLXXVI. in academiam *Ienenſem* academiae faſces adminiſtrauit ab anni MDLXXVIII. XV. Iul. vsque ad X. Mart. anni MDLXXIX. per quod ſpatium matriculam ſtudioſorum LXXXIX. nominibus auxit. *Ienae* denique diem ſupremum obiit d. IX. Octobr. A. C. MDLXXXIX.

Profeſſor.

Dimittitur.

Reuocatur.

Rector acad. Ien.

Moritur.

XV.

ADAMVS BYSSANDER, vulgo Biedermann

Byſſander.

PEſnicio-*Variſcus* in academia *Ienenſi* creatus Magiſter III. Ian. anni MDLXIII. & vocatus Profeſſor eodem anno. Dimiſſus autem ob Synergiſmum &

Creatus Magiſter.

Profeſſor.

Dimittitur.

& Philippiſmum cum aſſeclis ſupr. ſub. Num. XII. p. 60. Claſſ. Theol. nominatis, *Saluel-diae* & *Iſenaci* eum Ludimoderatorem egiſſe & A. C. MDLXXXIII. defunctum eſſe aſſerit M. SAMVEL Walther in Catal. P. P. *Ienenſium* rapſodico. *Ludimoderator* *Moritur.*

XVI.

EDO HILDERICVS ſiue HVLDERICVS, *Hilderici*

Euera Friſius, Philoſophiae Magiſter promotus *VVittebergae* anno MDLVI. *Ienae* Profeſſor Mathematum conſtitutus eſt anno MDLXIV. Abiit autem ex hac academia in *Leucoream* anno MDLXVII. exinde *Magdeburgum* venit anno MDLXXIII. Paedagogiarcha conſtitutus. SS. Theolog. Doctor poſtea *Heidelbergae* creatus inibi docuit vsque ad annum MDLXXX. quo Athenas *Noricas* profectus, vocatus a PHILIPPO GEVDERO & HIERONYMO BAVMGARTNERO, Reipublicae *Norib.* Septemviris & Scholarchis, vt cum interpretatione Libri alicuius Biblici & quidem S. Danielis coniungeret explicationem Locorum Theologicorum MELANCHTHONIS. A. C. MDLXXXII. Rector Acad. eſt proclamatus. A. MDCXIX. tandem *Altdorffi* obiit. Huic, *Promotio Mag.* *Profeſſio Ien.* *Iena abit.* *S. Theol. D.* *Profeſſio Altdorff.* *Obitus.*

ceu ſicco nimis ac ſobrio, Collegarum aliquis in coena quadam academica *Altdorfi* per iocum dixit:

Non ſis ſemper Edo, *ſis aliquando* Bibo.

Publicauit *Logiſticam Aſtronomiam. VVitteberg. 8. 1568.*

XVII.

PAVLVS CRVSIVS

Cruſius

Naſcitur.

Magiſt. & Profeſſ.

Paſtor deſignatus.

Orlamund. Paſtor.

VItae huius vſuram accepit *Coburgi Francorum. Ienae* promotus Magiſter IX. Iul. MDLXVII. conſtitutusque eodem anno Mathematum Profeſſor Publ. Triennio poſt anno MDLXX. Paſtor a S. P. Q. *Ienenſi* deſignatus, ſed iuſſu Superiorum *Orlamundanum* ad Paſtoratum in locum remoti *HVGELII* profectus eſt. Regimen *Vinarienſe* eum his verbis commendauit de dato den XX. Ian. MDLXX. Der ein gottfürchtiger und gelehrter Mann / welcher für dem dem Predigambt Chriſtlich und nützlich vorgeweſen / ietzo aber in Unſer Vniuerſität Jena profitiret. Et D. IOHANN. WIGANDVS, Superint. Ienenſ. de dato die XI. Februar. eiusdem anni ita: Welcher Mann in GOttes Wort wohl ſtudiret und erfahren. Und weil er vormahls auch viel Jahre im Predigambt ge-

geweſen / wohlgeübt iſt. Darzu iſt er eines feinen gottſeeligen züchtigen Lebens / daß er mit GOttes Seegen euer Kirchen und Gemeinde beyde ehrlich und nützlich ſeyn wird.

Succeſſit autem HVGELIO tantum ratione Paſtoratus, placuit enim Diuo IOH. WILHELMO, Superintendentiam *Calam* transferre, & M. MARTINO WOLFFIO committere. CRVSIVS forſan, poſtquam WOLFFIVS anno MDLXXI. ab officio ſuo remotus erat, Superintendentiam recuperaſſet, ſi diu ſuperſtes manſiſſet; ſed placuit Deo, eundem breui ex hac vita dimittere, nempe d. I. Ian. MDLXXII. Mors haec tam ſubita valde affecit D. IOH. WILHELMVM, vt ex Ducali commiſeratione erga viduam CRVSIANAM quid ſingulare decerneret. Nimirum officium Paſtorale ad tempus vacuum relinquere, & reditus viduae concedere, hac tamen ſub conditione, vt Diaconum peculiarem aleret, qui Diacono ordinario iunctus officium Paſtoris ſuppleret. Quem in finem exul quidam, IOHANN. Portiſin/ *Orlamundam* a Superioribus miſſus & a vidua ad tempus ſuſtentatus fuit. Not. B. LOEBERO in *Hiſtor. Eccleſ. Orlamundana.*

Moritur.

Cura Ducalis pro vidua.

Memoriam huius CRVSII commendant: Libri Reuolutionum Solis, cum tabellis mediarum conuerſionum temporis & motuum

tuum ſolis in annis tropicis & ſidereis, in quibus refutauit *Nicolaum Copernicum*, qui terram moueri & coelum ſtare aſſeruit. Ien. 1567.

Tr. dé Epochis ſ. aeris temporum. Baſil. 8. 1578. &c.

XIIX.

Oſii

HIERONYMVS OSIVS

Patria.

LVcem primitus adſpexit *Schlotheimii Thuring.* in Comitatu *Schwartzburgico*, educatus vero *Gerae* Ruthenicorum, ab aliis hinc *Schlotheimius*, aliis *Geranus* vocatur. *VVittebergae* Philoſophiae Magiſter creatus eſt anno MDLII. & Profeſſor anno MDLVI. e qua vocatus in academiam *Ienenſem* anno MDLX. vbi etiam Rectoratum geſſit a menſe Ianuario vsque ad menſem Auguſtum anni MDLXXII. & in album ſtudioſorum CXXXII. retulit. Axioma Poëta Imperialis & Ius creandi Notarios obtinuit apud *D. MAXIMILIANVM II.* Imper. Romanum d. xx. Auguſt. *MDLXVIII.* Autor eſt Carminis additi Cenotaphio *D. M. LVTHERI* in templo *Ienenſium* oppidano, quod ita ſe habet:

creatur Magiſter.

Profeſſor.

Rector Magnif.

Poëta Imper.

Haec

Haec erat effigies operoſe facta Luthero,
Poſſet vt ad cineres eius habere locum.
Paſſa fuere tamen non illuc tempora poni,
Tunc quae concuſſis anxia rebus erant.
Inclutus hac Saxo Guilielmus *in aede locari*
Iuſſit, & huic vrbi tale dicauit opus.
Non vt vana fides aliquo celebretur abuſu:
Signa ſed admoneant huius vt iſta viri.
Auſpice Teutonicis quo fraus innotuit oris,
Qua Chriſti populos impia Roma premit.
Qui tulit Auguſtos Latii Septemvir honores
Imperii magnis Ian-Fridericus Auis;
Eſſet vt haec ſanctae doctrinae ſtrenua cuſtos
Condidit, ad Salae pulchra fluenta ſcholam.
Quae tumidos docto confunderet ore Sophiſtas,
Nec ſineret falſis dogmata vera premi.
Sed quia mox aetas mundi trahet aegra ruinam,
Pullulat errorum nunc numeroſa ſeges.
Chriſte, Tui nobis ergo decus aſſere verbi,
Vt ſint, qui pura te pietate colant.
H. Oſius, F.

Reliquit etiam Fabulas Aeſopi Carmine Elegiaco redditas. it. *Pugnam Ranarum & murium &c.* Witteb. 8. 1569.
Res geſtas Chriſtiani III. Witteb. 1563.
Libros II. de vitanda ebrietate. Witteb. 8. 1555.

XIX.

IOHANN. DEBELIVS

Depingitur in Claſſ. I. Theol. pag. 106.

XX.

IACOBVS ZOBERVS.

Zoberi

Patria. Promotio.

Profeſſio.

DE ZOBERO hoc nil inuenio, niſi quae B. BEIERVS l. c. pauciſſimis conſignauit literis, illum nempe natum eſſe *Vinariae Thuring.* promotum *Ienae* Doctorem cum Philoſophicum anni MDLXIII. d. VIII. Iul. tum Medicum anni MDLXXI. d. XIIX. Dec. interea Profeſſorem conſtitutum anni MDLXIX. d. X. Octobr. Phyſicam interpretatum.

XXI.

WOLFFGANGVS ZEISENVS

Zeiſeni

Patria. Promotio.

Fulda-Heſſus, promotus Magiſter Philoſ. *VVittebergae* anno MDXLIX. & vocatus Profeſſ. Mathem. *Ienae* docuit anno Chr. MDLXIX.

OWE-

Digitized by Google

XXII.

OVVENVS GVNTHERVS

Güntherus

HOlſatus, in *Leucorea* promotus Magiſter anno *MDLVII.* in *Salana* conſtitutus Profeſſor Logices anno *MDLXX.* In *Iulia* deſignatus Facultatis Philoſoph. Decanus omnium primus xvi. Oct. anni *MDLXXVI.* Cum D. IOH. CASELIO, ICto, D. DVNCANO LIDDELIO, Medico, & M. CORNELIO MARTINI anno *MDCI.* obſtitit D. DANIELI Hoffmann / Theologo P. P. in controuerſia de Philoſophiae, in Regno & Myſteriis fidei, actione & vſu, deque veritate duplici, humana & ſpirituali. Explicationem certaminis conſcripſit & edidit Gottfried SCHLVTERVS in Eccleſia & Paedagogio *Goettingenſi* Theol. Doctor, Philoſophorum antagoniſta. Extant eius Diſpp. *in Ariſtot. Nicom. Helmſtad. 4. 1585.*

Promotus Magiſter.

Profeſſ. Ien.

Libri Aphorismorum Ethicorum. Francof. 8. 1598.

Tract. II. Methodorum. Helmſt. 8. 1585.

XXIII.

AMBROSIVS REVDENIVS.

Vid. ſupr. Claſſ. I. Theol. pag. 93.

XXIV.

IVSTVS LIPSIVS

Lipſii

Natalis. Parentes.

Scano, *Brabantiae* municipio ortus XVIII. Octobr. A. C. MDXLVII. Patrem habuit AEGIDIVM LIPSIVM; matrem ISABELLAM PETIRIVIAM: illum vnicum parentibus, hanc vnicam: opibus & genere vtrumque perhoneſtis. Nox media Noſtrum edidit, cum mater ſuperiori proxima nocte vidiſſet vigilans & exſomnis duos puellos mire candidos per cubiculum inambulantes mutuum ſe complexos, quod quidam de doctrina & modeſtia praeſignitis interpretantur. In patria autem educatus eſt non ſine duplici periculo, quod praeſens vitae eius fuit. Puer quadriennis egreſſus domo ad veſiculam leuandam, videt niues ſcopis aggeſtas. Conſcendit, in faciem cadit, ſpirandi impos & iam ſuffocandus, niſi ancilla, quae ſuperne verrebat, bono fato eum reſpexiſſet, & erectum ſeruaſſet. Alterum, cum domus repararetur, per tabulata, & machinas fabrorum luſitat, decidit quindecim pedum altitudine cum ſodali ſuo, qui erus ſibi frangit, iſte caput & ſiniſtram aurem leuiter laedit, cingulo enim ſericeo ſuſpenſus in pertica haeſit, donec eo ſoluto caderet, ſed ictu molliori. Annos iam ſex natus *Bruxellam* cum parentibus migrat, vbi ſtu-

Praeſagium de ſo.

Pericula, in quae puer incidit.

Bruxellae ſtudiis initiatur.

ſtudiis initiatur. Hic etiam ſi diſcrimen non niſi a Deo palam depulſum. Cum aequalibus currere, & luſitare feriatis diebus extra vrbem ſolebat; & euenit, vt circa *Sennam* flumen. Ibi cymbula ripae applicata & fune ad arborem religata haud longe ſupra frumentariam molam. Intrant, ſoluunt & agitant: videt molitor, accurrit & voce minatur. Socii deſerunt, exeunt, penultimus ipſe idem conatur, ſed pedibus priorum repulſa cymba & a ripa diſiunctione ſaltum fefellit. Capite igitur praeceps in flumen labitur, puero vno, qui poſt ipſum, diuinitus animato, vt pedem ei prehenderet, atque ita ſuſpenſum teneret. Interea molitor aduenit, attollit ſemianimem, aquae ſaturum, & ſoſpitatorem vtrique fuit. *Periculum in aquis.*

Anno decimo *Athum Hannoniae* ablegatur; bonae famae ſcholam. Biennium ibi in variis Grammaticis detentus mox carmen coepit ſcribere, & anno duodecimo *Coloniam Vbiorum* ad Patres Societatis Ieſu miſſus, Graecis & Philoſophicis, Politicis inprimis & Ethicis imbutus. Orationes ſcripſit habuitque, atque ibidem Philoſophiae Magiſter, vti a Facultate Philoſophica in *Sulana* interrogatus prae ſe tulit, promotus eſt. Anno aet. XVI. Patribus ipſis accenſeri cupidum parentes *Louanium* amandarunt, vbi primum ingeni foetum, libros quatuor variarum lectionum anno MDLXVII. edidit. *Studet Athi.* *Mittitur Coloniam.* *Louanium ablegatur.*

Inibi dum erat, & Iuris etiam libabat artem, pater moriebatur, quem & mater paulo post, quae filii causa *Louanium* venerat, hydrope correpta sequebatur. Inde *Romam* profectus biennium in conuicta ANTONII PERENOTTI, Cardinalis *Granuellani* (cui libros variarum lectionum inscripserat) transegit. Erat a Latinis ei epistolis; sed otium & omne liberum tempus dabat inspectioni lapidum, locorum veterum & si quid visendum noscendumque in vrbe, aut circa esset. Innotuit PAVLO MANVTIO, FVLVIO VRSINO, LATINO LATINIO, HIERON. MERCVRIALI, ANTONIO MVRETO & aliis. *Louanium* deinde reuersus *Dola* sequanorum lustrata, *Viennam* in Caesaris aulam profectus est, vbi AVGERIO BVSBEQVIO, IOHANNI SAMBVCO, IOHANNI CRATONI, STEPHANO PIGHIO innotuit & placuit. In patriam vero rediturus per *Bohemiam*, *Misniam*, *Thuringiam* iter instituit, cum acerbi nuncii de afflicta nouis bellis *Belgica* pedem figere iis locis adegerunt. *Ienae* itaque Professionem Oratoriae & Historiae A. C. MDLXXII. adeptus disputationem pro loco: *de terra preciosa*, habuit, & anni MDLXXIII. d. XXVIII. Iul. in promotione VII. Magistrorum Orationem *de duplici concordia*. E *Salana* clam discesit I. Mart. A. C. MDLXXIV. & *Coloniam Vbiorum* venit, vbi ANNAM CAL-

Parentes Lipsii moriuntur.

Romam venit.

Louanium redit.

Ienae Professorem agit.

Iena discedit.

Digitized by Google

CALSTRIAM, viduam patricia *Louanii* familia genitam, vxorem duxit. Inde in *Iscanum* suum migrauit, animo destinato ruri agere & tabernaculum vitae in quiete illa collocare. Verum bella vetuerunt & *Louanium* compulerunt, atque ibi ex amicorum consilio Iuris studio serio se dedit & titulum etiam Iurisconsulti publica inauguratione sumsit. Anno MDLXXVIII. in *Bataiam* ob tumultus bellicos compulsus, *Lugduni* XIII. annos vixit, publice docuit & varios libros conscripsit, nempe *Saturnalia*, *Amphitheatrum*, *de Constantia*, *Epistolas*, *Politica &c.* A. C. MDXCI. cum acidulas sanitatis causa bibisset, *Louanium* regressus sedem ibi fixit, & edidit Commentarios de *Cruce*, *Militiam Romanam* &c.

Vxorem ducit.

Louanium reuertitur.

Iur. Doctor renunciatur.

Lugduni degit.

A. C. MDCVI. d. xv. Kal. Apr. e tusi aliisque molestiis LIPSIO aegre esse coepit, quod malum indies graueſcere, color, calor, vires & vita labascere, denique lecto eum affigere, hoc est, letho assignare. Caeterum summa cum testificatione pietatis Christi ex Cruce pendentis imaginem frequenter amplectens, & nunc Iesu, nunc Mariae nomen ingeminans x. Kal. Apr. nocte media, anno aetatis nono & quinquagesimo exspirauit, & sic in ipso vetus LIPSIORVM stirps defecit, vt qui liberorum exsors, vltimus huius gentis fuerit. Inscriptionem tumulo appendendam paucis ipse versibus bien-

Aegrotat.

Moritur.

Digitized by Google

Tumulus & Epitaphium Ipſii.

biennio ante complexus fuerat, quae viſitur *Louanii* in aede *D. Franciſci*, in qua ante aram Virginis Deiparae, ad quam preces quotidie fundere ſolitus erat, conditus eſt, vt teſtamenti tabulis mandarat. Illa autem ſic ſe habet:

Quis hic ſepultus, quaeris? Ipſe ediſſeram.
Nuper locutus & ſtilo & lingua fui;
Nunc altero licebit. Ego ſum LIPSIVS,
Cui literae dant nomen & tuus fauor:
Sed nomen: ipſe abiui: abibit hoc quoque:
Et nihil hic orbis, quod perennet, poſſidet.
Vis altiore voce me tecum loqui?
Humana cuncta fumus, vmbra, vanitas,
Et ſcenae imago & verbo vt abſoluam; nihil.
Extremum hoc te alloquor:
Aeternum vt gaudeam, tu apprecare.

I. LIPSIVS VIXIT ANNOS LVIII. MENSES V. OBIIT ANNO CHRISTIANO
CIↃ IↃCVI. X. KAL. APRIL.

Marmoreum tumulum, vna cum ſtatua aere ſuo vidua excitauit: Senatus vero populusque *Antuerpienſis* virum de vrbe ſua ac ciuibus optime meritum ſarcophago itidem marmoreo complecti voluit, hac epigraphe addita:

IVSTI

IVSTI LIPSII
QVOD CLAVDI POTVIT
HIC IACET
S. P. Q. ANTVERP.
INCLYTI VIRI
FAMAE ORBI NOTAE
VIRTVTI COELO RECEPTAE
H. M. P.

Caeterum iusta ei persoluta sunt III. Kalend. April. in primaria vrbis *Basilica*, *D. Petro* sacra. Defunctum pro funere laudauit GERARDVS CORSELIVS, Antecessor clarissimus, quem postea & alii sunt secuti. Bibliothecam non tam copia quam librorum praestantia commendatam, scripta item sua atque ingenii monumenta *GVILIELMO GREVIO*, *Bruxellensi*, e sorore nepoti, annos fere XIII. tunc nato legauit: Graecos autem calamoque exaratos codices *Louanienſi* Soc. Iesu Gymnasio attribuit. Quod corporis habitum indolemque *LIPSII* attinet, paucis ita habe. Membrorum illi decens habitudo fuit, corpusque compactum, & facies non indecora, frons ampla & statura iusta: ad extremum tamen corpore sicco atque exhausto fuit, cum a morbo hepatario, qui viginti amplius annos cruciauit, tum magis studiis. Ingenium illi viuidum, ingens, docile & capax omnium artium, si Musicam, quod mireris, excipias: iudicatio

Parentalia.

Bibliotheca legata nepoti.

Prosopographia

Ingenium & iudicium.

col.

Eloquentia.

collineans & recta: memoria etiam in puero ſumma: iudicium excellens. Eloquentia illi admodum promta, facilis ac profluens, nec ſine venere. In geſtu, cultu, ſermone fuit modicus, tantaque vſus eſt moderatione, vt nec ſordide ſe geſſerit, nec auctis opibus affluentius vixerit. In his & ſimilibus quidem *LIPSIVS*, vt Philoſophum decet, ſe geſſit, religionem autem quod attinet, animi fuit minus conſtantis ac arundine mobilioris, modo enim ſeſe *Lutheranum*, modo *Caluinianum*, modo *Pontificium* profeſſus eſt, quod *B. BEIERVS* ſaepe laudatus l. c. p. 989. ita canit:

Modeſtia.

Religio.

- - fertur relligione triceps.
Ienae LVTHERI: *Lugduni*, credite, CALVI:
Louani ſimulat dogmata cuncta *Papae.*

Conſtantisſime tamen *Romanae* idolomaniae adhaeſit, id quod partim ex iam dictis, partim ex ſequentibus apparet. Cum anno MDCII. in grauisſimam aegritudinem incideret, votum faciebat, *Hallas* (oppidum *Hannoniae*, tertio a *Bruxellis* lapide fano *B. Virginis* celebre) ſe conferebat, Clientem ſibi ſupplicem Diuam recreaſſe ac valetudini paulatim reſtituiſſe credebat. Ipſe pennam argenteam in templo, ante aram Virginis ſuſpendebat & hos verſus ſubſcribebat:

Hallas proficiſcitur.

Pennam argenteam Diuae ſuae dicat.

Hanc

Hanc, Diua, pennam interpretem mentis meae,
Per alta ſpatia quae voluit aetheris,
Per ima quae volauit & terrae & maris:
Scientiae, prudentiae, ſapientiae
Operata ſemper, auſa quae Conſtantiam
Deſcribere, & vulgare, quae ciuilia,
Quae militaria, atque Poliorcetica:
Quae Roma magnitudinem adſtruxit tuam:
Variaque luce ſcripta priſci ſeculi
Affecit, & perfudit: hanc pennam tibi
Nunc Diua merito conſecraui Lipſius.
Nam numine iſthaec inchoata ſunt tuo,
Et numine iſthaec abſoluta ſunt tuo.
Porro benignitatis aura perpetim
Haec ſpiret! & famae fugacis inuicem
Quam penna peperit, tu perenne gaudium
Vitamque, Diua, Lipſio pares tuo.

Togam Virgini offert.

Cum in agone morti iam proximus verſaretur, vxori mandauit, vt togam optimam pellibus ſuffultam Profeſſorii ſui muneris adminiſtram, Virgini matri ad eius aram *Louanii* in baſilica *D. Petri* Apoſtolorum Principis, in vſus ac neceſſitates ſacras offerret ac poneret. Dictum factum: atque ea toga poſtmodum, quod arae aut ſacris apta non eſſet, *GERARDO CORSELIO, IC.* & Anteceſſori emptione ceſſit. Aes inde conflatum rationibus arae adſcriptum eſt, cultui Deiparae augendo. Denique etiam in inuocatione *Mariae* obiit. Scripſit

I. Hi-

1. Historica sacra, nempe

De Diua Virgine Hallensi librum, quo beneficia eius & miracula fide atque ordine descripta. Antw. 1616.

De Diua Virgine Sichemiensi librum, quo noua eius beneficia & admiranda describuntur.

2. Historica Romana & externa.

Vrbis Romae Admiranda, siue de magnitudine Romana lib. 4. Antw. 4. 1605. 1630.

De militia Romana libros 5. Antw. 1596. 1602. 1630.

Poliorcetica, lib. 5. qui sunt de machinis, tormentis, telis. Antw. 4. 1606. 1625.

De Amphitheatro Romano librum. Antw. 4. 1584. 1608. 1621.

De Amphitheatris, quae extra Romam, librum. ib. 1637.

Saturnalium sermonum lib. 2. qui de gladiatoribus. Antw. 4. 1585. 1598.

De Cruce lib. 3. Antw. 1594. 1629. cum notis G. Calixt. Brunsv. 1640.

De Vesta & Vestalibus syntagma. Antw. 4. 1609.

De Bibliothecis Syntagma. Antw. 1607.

Commentarium in Corn. Tacitum.

Animaduersiones in C. Velleium Paterculum.

Louanii Descriptionem.

De Republica. Norib. 8. 1594.

3. *Poli-*

Digitized by Google

3. *Politica, Ethica & Philologica.*

Politicorum lib. 6. Lugdun. 24. 1650.
Monita & exempla politica, libris 2. qui virtutes & vitia Principum ſpectant. Antw. 3613. Lugd. Bat. 1630.
De Conſtantia libr. 2. Lugd. 8. 1591. Witteb. 8. 1613. Amſtel. 24. 1652.
Manuductionis ad Stoicam Philoſophiam libros 3. Antw. 4. 1610. Lugd. Batau. 12. 1644.
Commentarium & ſcholia in L. An. Senecam Philoſophum.
Diſſertatiunculam apud Sereniſſimos Belgicae Principes Albertum & Iſabellam Auſtrios: item Commentarium perpetuum in C. Plinii panegyricum, Traiano Imperat. ſcriptum ſ. dictum. Antw. 4. 1662. Muſas errantes. ib. 1610.
Variarum lectionum libros 3.
Antiquarum lectionum libr. 5.
Epiſtolicarum quaeſtionum libros 5.
Electorum libros 2. in quibus, praeter cenſuras, varii priſci ritus. Antw. 4. 1582.
De recta pronunciatione Latinae linguae Dialogum. Antw. 4. 1609.
Ad Valerium Maximum notas.
In Tragoedias, quae L. Annaeo Senecae tribuuntur, animaduerſiones.
Iudicium de conſolatione M. Tullii Ciceronis.

Satyram Menippae, somnium & lusus in nostri aeui Criticos.

Apparatum Philologicum a Ioh. Mich. Dilherro publicatum.

Oratoriam institutionem (posthumam,) editam e museo Mich. Meisneri. Coburg. 12. 1630. 1676.

4. *Apologetica.*

De vna religione librum, aduersus Dialogistam Theodor. Cornhertium.

Dispunctionem notarum Mirandulani Codicis ad Corn. Tac. aduersus Lucium.

Reiectiunculas Sannionis cuiusdam Batavi pro Diua Virgine Hallensi.

5. *Epistolas.*

Epistolarum Centur. 10.

Epistolicam Institutionem. Geneu. 4. 1640. Antw. 8. 1601.

XXV.

IOHANN. MYLIVS

Mylii

Patria. Professio.

Iebenroda-Thuringus, Philosophiae & Iur. vtriusque Doctor, *Ienae* Graecae Linguae spartam anno MDLXXIII. nactus diem supremum obiit III. Iulii MDLXXV. In lucem protulisse IOHANNEM MYLIVM lego:

Mors.

Doctrinam de angelis bonis & malis iuxta tres hierarchias. Francof. 4. 1609.

CA-

XXVI.

CASPAR ARNVRVS. *Arnuri*

ILmena Thur. promotus Philoſ. Magiſter *Patria & promotio.*
Wittebergae anno MDXLVI. quo & Ludimoderator conſtitutus *Ienae*, poſtea anno MDLXVIII. *Halae Sax.* Exinde *Ienam* reuocatus anno MDLXXIII. Logicam & Ethicam profeſſus eſt. Faſces academiae *Profeſſio. Rectoratus.*
Rectore Magnificentiſſimo illuſtriſſimo Domino, Dn. HVGONE, L. B. a Schönburg/ Dn. in Glaucha & Waldenburg/ adminiſtrauit a XVIII. Iul. MDLXXVI. vsque ad ſeq. anni vltimum Ian. & CLXIV. ſtudioſos recepit. Ibidem quoque obiit XI. Nouembr. *Mors.*
MDLXXXVI.

XXVII.

SEBASTIANVS SCHAEFFERVS *Schaefferi*

ALtenburgo-*Miſnicus*, M. IVSTO LIPSIO *Ienâ* abeunti clam I. Mart. MDLXXIV. ſucceſſit in Profeſſione & breui d. I. Aug. phthiſi diſceſſit. Elegantem eum Poëtam fuiſſe teſtantur Poëmata Francofurti A. C. 1572. impreſſa. Proceſſus Iuris breuiſſimis verſibus redditus. *Patria. Profeſſio. Obitus.*

Digitized by Google

XXIIX.

PAVLVS DIDYMVS, vulgo Zwilling/

Didymi

Patria & natalis.

TOrga-*Misnicus*, cui dies sextus Nouembris fuit ominosus, sexto enim Nou. anno MDXLVII. est natus, VI. Nou. MDLXXIII. copulatus & VI. Nou. MDLXXXI. in patria, quam valetudinis ergo inuiserat, obiit, postquam *Wittebergae* promotus Magister anno MDLXXII. & sequ. vocatus Professor Poëseos, Rectoratuque a IV. Aug. MDLXXX. vsque ad XXV. Ian. MDLXXXI. functus erat & LXII. studiosos inscripserat.

Mors. Promotio.

Rectoratus.

Scripsit

Iosephiados Lib. VIII. totam Genesin complectentes. Lips. 8. 1582.

Sionia s. Meletemata ex Euangeliis Dominicalibus. Witteb. 8. 1585.

XXIX.

BALTHASAR BRVNNERVS

Balthas. Brunnerus

Nascitur.

HAlae *Saxonum* natus est anno Chr. MDXXXIII. Patrem habuit LAVRENTIVM, Senatorem *Hallensem*. Primis in schola patria literarum elementis infor-

informatus in academiam *Erfordiensem* missus est, vbi cum Magisterii gradu ornatus esset, paulo post in academia *Ienensi* sub D. *IOH. SCHROETERO* studium Medicum alacriter aggressus & in *Lipsiensi* strenue prosecutus est. *Ienae* Professionem publicam A. C. MDLXXIV. obtinuit successor *M. PAVLI DIDYMI.* Deinde in *Italiam* profectus, in ea triennium exegit, tum *Hispania, Gallia, Anglia & Belgio* perlustratis, *Basileae Rauracorum* insignia Doctoralia consecutus est. Inde ad suos redux *IOHANNI CRATONI*, Medicorum Principi adhaerens, ab eo filii loco habitus & inter domesticos adscitus est. De huius etiam consilio gener est factus *GEORGII LAVREAE*, Elect. *Brandenburgici* Archiatri, qui deinde *BRVNNERO* fores ad Praxin Medicam aperuit. Et quanquam ob Praxin Medicam & peregrinationes fere quotidianas fuit tunc occupatissimus, in Chymicis tamen quotidie laborasit, in cuius mysteriis indagandis ardore tanto flagrauit, vt viginti annorum decursu amplius 16000. florenorum in chymicis operationibus & lapidem Philos. quaeritando cum animi delectatione consumserit. Charus fuit Electoribus CHRISTIANO I. *Saxon.* IOH. GEORGIO, *Brandenburgico*, & FRIDERICO WILHELMO, Administratori *Sax.* Apud Principes *Anhaltinos* IOACH. ER-

Erfurti studet.
Creatur Magister.
Ienae & Lipsiae studet.
prof. Ienens.
Medic. Doctor.
Chymicus excellens.
Archiater diuersorum Principum.

ERNESTVM, CHRISTIANVM & AVGVSTVM Archiatri munere per annos multos est functus. Oblatum etiam est ipsi Professoris Publ. munus *Heidelbergae* & *Basileae*, sed amore patriae vocationem vtramque modeste abnuit. In coniugio gemino cum numerosa sobole vixit. A. C. MDXCVII. apoplexia leui correptus per septennium eneruatus mortalitatem exuit anno MDCIV. aetat. LXXI.

Coniugium.
Moritur.

Elucubrauit

Tract. de Scorbuto. Consilia medica, quae post eius obitum Laurent. Hoffmannus emisit.

XXX.

Nehrkorni

ANDREAS NEHRKORN

Patria, Promotio.

Rectoratus.

WAlhusa-Aschenburgicus, promotus Philos Magister *Ienae* XIII. Ian. anno MDLXXIII. Professor Graece Linguae anno MDLXXV. Rector academiae Magnificus a XIIX. Febr. vsque ad VI. Aug. an. MDLXXXIII. albo studiosorum CXXIV. inseruit. Successit etiam IOHANNI DEBELIO, e *Salana* dimisso, in Notariatu academico, & Collegium academicum inhabitauit. Caluinismi suspectus clam abiit anno MDXC. & in Rectoratu *Budissinae* scholae obiit.

Abiit Iena.
Obiit.

IOH.

XXXI.

IOH. PISCATORIVS

Piscatorius.

NAtus *Noribergae*, gradu Magisterii ornatus *Wittebergae* A. C. MDLXIIX, e schola *Altenburgica*, cuius membrum fuit, euocatus d. XVI. Febr. MDLXXV. Philologiam & Poesin, tandem literas Graecas *Ienae* interpretatus est. Incoluit aedes Placianas, in quibus a quodam anonymo, qui eius diuitiis inhiauit, nocte suffocatus, & extra portam *Lobedanam* deportatus in hortum, ponticulo tunc vicinum ad dexteram situm, hodie agrum.

Magister.

Professor.

Interficitur.

XXXII.

IVSTVS LVDOV. BRYSOMANNVS

Brysomannus

Riptitio-Variscus. *Wittebergae* promotus A. C. MDXLIX. Iuuentutem erudiit primum *Curiae Variscorum* anno MDXLVIII. deinde *Numburgi* ad *Salam* anno MDL. postremo *Zwiccauiae* ad *Muldam* anno MDLX. aliquandiu D. FRIDERICI WILHELMI, *Ducis Saxon.* in aula *Vinariensi* Ephorus: tandem anni MDLXXXII. d. I. Iul. in *Salana* Graecarum literarum Profess. Publ.

Nascitur.

Informat.

Professor. Publ.

Publ. hoc ſuos ad auditores vſus ſymbolo: *Eſt nil ſcire, pudor: pudor eſt, nil diſcere velle.*

Rector acad. Rectoratum academicum ab XI. Febr. vsque ad III. Aug. anni MDLXXXV. geſſit, & CXLIX. ciues nouos recepit.

Eius coniugium. In coniugio eius vixit MARIA, D. BASILII MONNERI, ICti *Ienenſis*, filia, quae ipſi peperit filiam DOROTHEAM, elocatam M. IOACHIMO SCHILDIO, Fiſci apud Comites de Schwartzburg Aduocato & Practico.

Obit. Obiit tandem *Ienae* d. XIX. Aug. anni dicti MDLXXXV.

XXXIII.

Welſen

IACOB WELSENIVS

Naſcitur. HAnc in lucem editus eſt *Landsbergae* ſub ditione *Brandenburgica*; patre viro optimo, MATTH. WELSEN: Matre vero ANNA PALEN, liberaliterque primum domi, inque ſcholis triuialibus educatus & inſtitutus, deinde academias tum *Germanorum* tum *Gallorum* non paucas adiens & perluſtrans tandem *Aureliae*

Inſtituitur. Fit Doctor. ſummum in vtroque Iure gradum d. XXX. Martii anno MDLXV. cum ſumma bonorum omnium approbatione conſecutus eſt. Reuerſus in *Germaniam* fixam ſedem ſibi quaerere conſtituit, animumque ad coniugium inecun-

eundum adiecit, quod & feliciſſime proceſſit. Anno enim MDLXIX. cum MARGARETHA, viri prudentiſsimi CYRIACI ZALVESTORFII, patritii *Seruestani* filia, nuptias contraxit, factus in hoc matrimonio filiorum quatuor pater. Academia *Ienensis* eum ſibi habuit gratiſſimum & amiciſſimum, vnde & iuuentutem ſedulo & fideliter docentem & exercentem in publicum Profeſſorum Philoſophicorum ordinem anno MDLXXXIII. cooptauit. Qua ſua in vocatione DEO pietatem & deuotionem, Magiſtratui obedientiam & ſubiectionem, Collegis ſuis beneuolentiam & concordiae amorem, iuuentuti ſtudioſae fidem & ſedulitatem probauit ac declarauit vsque ad extremum halitum. Placide autem d. XXVIII. Maii anni MDCIX. in vlnis ſuorum in vera & ſincera Dei inuocatione obdormiuit. Haec L. B. ex Programmate exequiali d. XXX. Maii a. d. affixo, cui B. ADRIANVS BEIERVS in N. P. I. contradicit, *Aureliae*, inquiens, *Doctor Iuris Ciuilis promotus & propterea Profeſſor eiusdem in Salana extraordinarius conſtitutus.* Et paulo poſt, *in Programmate exequiali*, pergit, *d. XXX. Maii affixo, V. I. D. ſcribitur, vel honoris ergo vel inconſiderate, vel literae initiales Vnius Iuris Doctorem intelligunt & exprimunt. Hinc in numero Profeſſorum Iuridicorum quidem, etiam Philoſophorum, praelegendo Partitiones oratorias Ciceronis, fuit: Sed in intimum Facultatis Philoſophicae*

Matrimonium init.

Profeſſor Philoſoph.

Obiit.

phicae & Iurid. gremium propter Magisterii Philosophici & Doctoratus in vtroque Iure defectum nunquam receptus: licet semel Honorarius Decanus in Facultate Philosophica anno MDXCIV. fuerit. Et alibi WELSII socerum cognominat ZAMLSDORFIVM. Vnde autem beatus vir hanc habuerit notitiam, Programmati academico praeferendam, me fugit.

XXXIV.

ZACHARIAS BRENDELIVS

Supra in Classe III. Medicorum depingitur pag. 28.

XXXV.

Zölnerus

IOHANNES ZŏLNERVS

Nascitur.

NAtus fuit *Ienae* XXXI. Octobr. A. C. MDXLVIII. Patre NICOLAO ZŏLNERO, alias Berlet, ex corrupto Parentis sui BERNHARDI nomine, cognominato, ciue honorato, qui hospitibus ac peregrinis excipiendis rem suam honeste quaesiuit, & in academiae *Ienensis* auspicio Collegio exstruendo aedilis constitutus, primisque Professoribus D. TILEMANNO

Eius patr.

NO HESHVSIO, VICTORINO STRIGELIO, IOHANNI STIGELIO & reliquis συγχρόνοις familiaris admodum atque acceptus fuit. Matrem habuit ANNAM HESSLINGIAM. Hunc filium parentes prima statim aetate fidis atque industriis Praeceptoribus oppidana in schola erudiendum tradiderunt, deinde *Cygnaeam* ad vberiorem ingenii culturam miserunt. Fundamentis ibidem solidioris eruditionis iactis patrios ad lares rediit & academiae iam alumnus post absolutam Philosophicorum studiorum telam suasu celeberrimi Theologi D. DAVIDIS VOLTI, cuius in familia vivebat, ad S. Theologiam animum applicuit, indefessoque ardore flagrans in eo studio optatos progressus breui temporis spatio fecit. A. C. MDLXXV. Cal. Febr. sub Decano M. AEGIDIO SALIO, Profess. Publ. summum in Philosophia gradum, Magisterium quem vocamus, glorioſe obtinuit. Inde anno seq. MDLXXVI. in ampliſſimum Collegium Philosophicum est cooptatus & anno post MDLXXXIII. Professorum in numerum adscitus. Decanatus Philosophici honore ac munere decies, Rectoratus vero academici bis functus est, ita vt a x. Ian. vsque ad xxxi. Iul. anni MDLXXXIX. studiosos CXXIII. & a VII. Febr. vsque ad VIII. August. anni MDCV. CLXIII. receperit. Matrimonium primum, nam in terno vixit, iniit A. C. MD

Mater.

Cygnaeam mittitur.

Ienam redit.

Magister creatur.

Professor.

Decanus.

Rector Magn.

Matrimonium eius primum.

MDLXXIX. menſe Febr. cum ANNA, Dn. IOH. Druckſcherffens ciuis oppidani relicta vidua, quae trium liberorum parentem eum fecit, IOHANNIS, NICOLAI & SABINAE. Poſt ſuprema primae huius vxoris fata viduus factus ZOLNERVS, ad ſecunda tranſiit vota anno MDXCII. tori ſocia adnocata foemina lectiſſima MARGARETHA, D. IOHANNIS ZSCHIRPII, Quaeſtoris primum *Roslauienſis*, poſt priuatam *Sulzae* vi. m agentis, vidua: qua & ipſa de latere vi mortis abrepta tertia etiam vota adiit anno MDCXV. ducta foemina honorata DEMVTHA, M. GEORGII SAMMENHAMMERI, Paſtoris & Adiuncti *Roslauienſis* tum vidua. Poſteriora haec connubia liberorum fuerunt expertia. Ingraueſcente tandem ſenectute & viribus iam deficientibus, vt nec oculi, nec aures, nec pedes ſua exequi poſſent munia, cauſariam, vt veteres loquebantur, ab officio anno MDCXXII. miſſionem & petiit ſubmiſſe & facile impetrauit. Ab eo tempore maximam partem lectulo affixus, quicquid vitae fuit reliquum, transegit, vsque ad xv. Febr. A. C. MDC XXVIII. quo omnibus exhauſtis viribus pia inter ſuſpiria placide exſpirauit.

Secundum.

Tertium.

Aegrotat.

Moritur.

AL

XXXVI.

ALBERTVS VOITVS

NAtus est *Regiomonti Boruss.* Patre DAVIDE VOITO, SS. Theologiae Doctore tum ibidem degente, postea vero *Ienae* Professore Publ. Creatus I. Augusti. MDLXXXII. Magister & I. Iunii MDLXXXVI. vocatus est Professor *Ienensis*. Hinc *Wittebergam* abiit, vbi cum patre publice docuit, tandemque *Seruestae*, Gymnasii Rector, obiit, anno aet. LIV. Reliquit

Nascitur.

Promouetur.

Moritur.

Disputationes Dialecticas in fasciculum collectas.

XXXVII.

WOLFGANG. HEIDERVS

Heiderus.

NAtus fuit *Guelphisi*, ad radices syluae *Thuringicae*, anno supra sesquimillesimum quinquagesimo octauo d. xiv. Decembr. Parens fuit SALOMO HEIDERVS, Colonus bonisque literis non leuiter tinctus: Mater ANNA, ex peruetusta & celebri FVNCKIORVM familia. Horum de parentum voluntate & ipse quidem rei rusticae primum destinabatur, at naturae tamen bonitas & ingenii felicitas aliud suasit, parentumque animum immutauit. Ideoque

Nascitur.

Rei rusticae destinatur.

Studiis consecratur.

que postquam domi & in schola patria prima literarum & pietatis elementa imbibisset, puericiaeque annos fere exegisset, *Ohrdruffium* est missus vbi Praeceptores nactus fidelissimos, auunculum inprimis Dn. VALENTINVM FVNCKIVM, per triennium & in vera pietate & in vtraque lingva, Latina & Graeca, progressus fecit felicissimos. Exinde *Magdeburgum* profectus aliquot per annos M. GEORGII ROLLENHAGII institutione est vsus tam felici, vt ab hoc Rectore ipso dignus fuerit aestimatus, qui academiarum luci se crederet. Placuit tamen HEIDERO *Hildesiam* etiam excurrere, & ibidem scholae alumnum aliquantisper se profiteri. Inde tandem aetatis anno XXII. *Ienam* se contulit, vbi non solum primam Philosophiae lauream A. C. MDLXXXI. sed etiam supremam anno MDLXXXIII. reportauit. Honoribus Philosophicis adeptis SS. Theologiae totum sese addixit, neque tamen Philosophica studia plane neglexit; sed primatis apertis scholis docendo ac disputando iuuentutem scholasticam erudiit. A. C. MDLXXXVII. in amplissimum Collegium Philosophicum est cooptatus; eiusdemque anni IV. Septembris ad mandata *Serenissimorum Sax. Ducum* summa cum voluntate Senatus academici in Publicorum Professorum numerum relatus Professionem Ethices & Polit. nactus. Decanatus Philosophici munus duodecies;

Ohrdruffium mittitur.

Magdeburgi studet.

Hildesiam excurrit.

Ienam se confert.

Gradum in Philosoph. adipiscitur.

Scholas aperit priuatas.

Professor Publ. constituitur.

Re

Rectoratus academici bis sustinuit, nempe ab anni MDXCI. IV. Febr. vsque ad non. Aug. tanquam Rectoris Magnificentissimi, Illustrisimi Domini, Dn. IOACHIMI ANDREAE SCHLICKI, Comitis in *Passau &c.* Prorector, cum quo CCIII. nouos ciues recepit. Deinde a v. Febr. vsque ad VI. Aug. MDCVII. quo semestri spatio CCLXXXVIII. studiosos inscripsit. Vxores diuerso tempore tres habuit, primam MARGARITAM, ALBERTI CRVSII, Curiae Prouincialis *Saxon.* Protonotarii, filiam, quam duxit anno MDLXXXIII. factus ex ea XVI. annorum spatio parens decem liberorum, sex filiorum & filiarum quatuor, quae filiae omnes matris anteuerterunt obitum, qua defuncta ad secunda transiens vota anno MDC. sibi iunxit BARBARAM, viri prudentissimi QVIRINI SAXONIS, ciuis ac Senatoris *Ienensis* relictam filiam, ex qua quadrennii defluxu tres filias suscepit. Etiam ista in coelestem patriam euocata, tertias nuptias celebrauit anno MDCV. cum BARBARA, viri admodum reuerendi, IO. BREVNINGII, Pastoris *Birckfeldensis* relicta filia, GEORGII LIMNAEI, Mathematum *in Salana* Professoris Publ. priuigna, quae itidem VI. liberorum, filiorum trium totidemque filiarum parentem ipsum fecit. A. C. MDCXXVI, Calendis Augusti laboriosa eum inuadebat febris cum erysipelate brachii sinistri & crebris sin-

Decani & Rectoris munere fungitur.

Matrimonium init.

Ad secunda vota transit.

Tertias nuptias celebrat.

Aegrotat.

singultibus ob contumaciam humoris adusti acrioris & biliosi, quae contumacia, cum vires omnes prosterneret, nec medicamentis deinci posset, non solum lecto ipsum ab eo vsque die, affixum detinuit; sed ipsam etiam hanc vitam mortalem x. Augusti eripuit. Scripta eius extant seqq.

Moritur.

Threnologia in obitum IOHANNIS, Ducis Sax. *Ien.* 4. 1606.

Actus introductionis Gymn. Hagae-Schaumburgicorum. *Hagae*, 4. 1610.

Hypotyposis scholastici boni simul & mali, cum eiusdem Orationibus de Prouerbio: Heroum filii noxae. *Lipsi.* 4. 1611. 1616.

Libellus de ira cohibenda. *Ien.* 4. 1600.

Oratio de vita & morte Christiani II. Electoris Sax. ibid. 4. 1612.

Oratiuncula gratulatoria in Natalem xx. Iohannis Philippi, Duc. Sax. ibid. 4. 1616.

Orationes duae de Vulpeculis scholasticis. ibid. 4. 1614. 1617.

Philosophiae Moralis Systema. ibid. 4. 1629. 1638. 1646.

Philosophiae Politicae Systema. ibid. 4. 1628.

Orationum Volumen I. & II. ibid. 8. 1629. 1640.

Poëmatum libri quatuor. ibid. 12. 1631. 1641.

Disput. de recta ratione instituendae iuuentutis scholasticae; de ratione disputandi; de Iustitia, &c.

GEOR-

XXXVIII.

GEORGIVS LYMNAEVS, al. Wirn/

Lymnaeus.

HAnc in mortalium lucem editus eſt *Ienae* XXIII. Octobr. A. C. MDLIV. Parens eius fuit ANTONIVS Wirn/ ex *Heluetia* oriundus, Sereniſſ. Electoris, IOHANNIS FRIDERICI I. tormentorum bellicorum in arce Leuchtenburg Magiſter. Poſtquam igitur vna cum fratre M. CONRADO in ſchola Patriae ſenatoria, tum alibi, in linguis, artibus noſtraeque religionis capitibus addiſcendis inſigniter profeciſſet; ac lucem academiae patriae ſuſtinere poſſet, Dominis Profeſſoribus commendatus eſt, quibus cum pietatem ſuam luculenter probaſſet, & bonas artes diligenter excoluiſſet: Anno MDLXXXI. Decano M. FRIDERICO PENSOLDO, P. P. Magiſter artium eſt creatus, & biennio ferme elapſo cum HVTTENIS Eqq. Franconiae primariis, quos fidei ſuae concreditos habebat, in academiam *Heidelbergenſem* miſſus eſt, vbi, inque HVTTENORVM, quibus operam ſuam addixerat, patria exacto quinquennio *Ienam* rediit, ac a Senatu academico prae aliis habitus eſt digniſſimus, qui D. BRENDELIO in Profeſſione Mathematica ſuccederet, quod factum eſt A. C. MDLXXXVIII. Inſuper quoque honores & officia publica geſſit,

Naſcitur.

Pie educatur.

Fit Magiſter.

Heidelbergam abit.

Ienam redit. Prof. Mathem.

Decanus & Rector Magnif.

sit, sexies Decani, bis Pro-Rectoris officio functus, & quidem cum a xv. Febr. vsque ad ix. Aug. MDXCIII. Rectore Magnificentissimo, illustrissimo Domino, Dn. CASPARO, L. B. Stiriae a *Windischgraitz* in Wallstein &c. tum A.C. MDCIX. a xxi. Febr. ad x. Aug. Serenissimo Principe ac Domino, Dn. IO. ERNESTO, iun. Duce Sax. Rectore Magnificentissimo. A. C. MDLXXXIX. d. iii. Febr. nuptias celebrauit *Heldburgi* in *Franconia* cum ANNA MORATHA, admodum Reuerendi IOH. BREVNINGII, Pastoris *Birckfeld.* relicta vidua, ex qua duos suscepit filios, WOLFGANGVM & IOHANNEM. A. C. MDCXI. febri hectica tandem in marasmum desinente conflictatus xv. Septembr. correptus coelestem in patriam emigrauit, annum agens LVIII.

Vxorem ducit

Moritur.

XXXIX.

ORTOLPHVS FOMANNVS, sen.

Depingitur in Class. II. Num. xxix. p. 77.

AN-

XL.

ANDREAS LIBAVIVS

Libauii

Historicus, Poëta, Orator, Physicus & Medicus celeberrimus, natus *Halae Saxon.* in academia *Ienensi* Historicos & Poëtas interpretatus ab anno MDLXXXVIII. die *Martini*, e qua abiit XXIV. April. MDXCI. *Rotenburgi* ad *Tuberanos* Gymnasiarchae & Poliatri spartam nactus, quam vsque ad III. Iul. MDCV. ornauit, quo Gymnasii *Casimiriani*, quod *Coburgi* est, Director primus audiit, vbi etiam vitam beata morte finiit A. C. MDCXVI. Posteritati reliquit

Patria. Professio.

Obitus.

Syntagma arcanorum Chymicorum.
Praxin Alchymiae.
Libros III. Chymicarum Epistolarum.
Partes IV. Singularium.
Contemplationem de vniuersitate & originibus rerum conditarum.
Tractatum de Colloquio Ratisbonensi contra *Gretserum.*
Alchymiam triumphantem contra *Riolanum.*
Commentationum metallicarum, libros IV.
Artem probandi mineralia, libris II.
De Analogia Philosophorum contra *Goclenium.*
De impostura vnguenti armarii.
Dialecticae emendatae libros II.

Defenſionem pro Ariſtotele contra Ramiſtas.

QQ. Phyſicarum controuerſarum inter Peripateticos & Ramaeos Tractatum.

De vniuerſitate & origg. rerum &c.

XLI.

CHRISTOPHORVS HAMMERVS.

Vid. ſupra Claſſ. I. p. 97.

XLII.

LAVRENTIVS RHODOMANNVS

Rhodomannus

Naſcitur.

NAtus *Saxiverfae* in Comitatu *Hohnſteinenſi*, non procul ab oppido *Stolberga* & monaſterio *Ilfelda*, circiter annum MDXLVI. Philoſophici Magiſterii gradu ornatus *Roſtochii* anno MDLXXI. Rectorem egit cum *Lünaeburgi* tum *Walckenrodae* vsque ad anni MDXCI. d. XXVIII. Ian. quo *Ienam* vocatus ad Profeſſionem Graecae linguae & Hiſtoriarum, vbi etiam Rectoratum academicum a III. Febr. vsque ad v. Auguſt. anni MDXCVII. gerens CVII. nominibus matriculam auxit. E *Salana* anno MDXCVIII. vo-

Promotus Magiſter.
Rector.
Profeſſor.
Rector Magnif.

vocatus ad Rectoratum *Stralſundae* & exinde *Wittebergam*, in qua Hiſtorias profeſſus eſt vsque ad obitum, qui ei accidit d. x. Ian. MDCVI. Noſter RHODOMANNVS Graecus non fuit, ſcribit *IACOBVS MARTINI* Lib. I. de tribus Elohim c. 4. cum Graecis nihilominus, imo cum Graecorum Principe, *Homero*, certare potuiſſet. Extant eius: *Rector Stralſ.* *Prof. Witteb.* *Moritur.*

Palaeſtina ſeu Hiſtoria ſacra Graeco-Latina.
Tabb. Etymologiae Graecae. Lipſ. 8. 1590.
Theologiae Chriſtianae tyrocinia, carmine Heroico Graeco-Latina, in V. libros digeſta.
Diodori Siculi Bibliotheca Hiſtorica latinitate donata.
Troia expugnata.
Homerus confutatus.
Orationes de lingua Graeca & de vita Philoſophica.
Deſcriptio Hiſtoriae Eccleſiae ſ. populi Dei &c. Graeco carmine. Francof. 8. 1581.

XLIIII.

ELIAS REVSNERVS

Reuſneri

NAtus eſt *Leobergae Sileſiorum* d. VIII. Sept. anno MDLV. antiquiſſima & celeberrima REVSNERORVM familia, (patre FRANCISCO & matre BAR- *Natalis.*

BARA FRITSCHNERA) quam supra in vita fratris NICOLAI, ICti, Class. II. pag. 61. prolixius paulo deduxi, cuius exemplo & monitu parentum operam literis dare coepit, praecipue quia corporis imbecillitatem ingenii felicitas abunde pensabat. In studiis igitur cum in patria tum in academiis celeberrimis, quae sunt *Wittebergae*, *Argentorati & Basileae* tantos fecit progressus, vt anno MDXCI. in numerum Professorum Publ. *Ienae* fuerit receptus. Summa autem fide & perspicuitate Graecas literas, Poësin, Historias & Politicam interpretatus est. D. XII. Augusti. anni dicti Licentiati titulo in medicina est ornatus. Officio magistratus scholastici & Decanatus in Collegio Philosoph. summa circumspectione est functus, illo quidem ab VIII. Febr. vsque ad IX. Augusti. MDXCIX. quo semestri spatio CCXVII. ac deinde a XXI. Febr. vsque ad IX. Febr. anni MDCXI. quo tanquam Serenissimi Principis ac Domini, Dn. IOHANNIS ERNESTI iun. *Ducis Sax.* Prorector CXXXVI. academiae ciues recepit. Vita ipsius priuata nihil aliud fuit, quam omnis pietatis ac virtutum officina, cumque subinde memor esset suae mortalitatis, aliquot ante mortem annis lapidem sibi excidi & exsculpi curauit, vt olim suo sepulchro imponeretur, quod etiam factum est, postquam d. I. Octobris anni MDCXII. vitam finiuerat.

Studia.

Professio.

Promotio.

Rectoratus.

Pietas.

Obitus.

Scri-

Scripta ab eo relicta sunt seqq.

Genethliacum Romanum de praecipuis familiis Regum. Francof. 1589. 1592. 1612. fol.

Diarium historicum. ibid. 4. 1590. 1612.

Βασιλικῶν opus Genealogicum Catholicum. ibid. 1592. f.

Lyra Mercurii de VII. artibus liberalibus cum nouem Musis collatis. Ien. 4. 1593. 1595.

Genealogia Regum, Electorum, Ducum &c. qui origines suas à Wittekindo deducunt. Accesit Stemmatographia Illustr. Ducum Sax. ib. 1597. Lipsi. 1610. Francof. 1622. fol.

Epistolae Turcicae variorum autorum. Francof. 4. 1589.

Isagoges historiae libri duo. Ien. 4. 1600. 1609. 1621.

Principum & Comitum, virorumque doctorum Catalogus Chronologicus. ibid. 1611. 1621.

Commentar. de vera annorum mundi ad natum Christum supputatione. ib. 1600.

Enucleatio septem illustrium quaestionum historicarum de tempore mundi conditi, donatione Constantini &c. ibid. 4. 1609.

Stratagematographia s. thesaurus bellicus. Francof. 4. 1609.

De Epistola Chronologica Sethi Caluisii ad candidum lectorem commonitio. Lipsi. 4. 1610.

Breuis & dilucida duarum quaestionum Chronologicarum controuersarum enodatio,

1. de ministerio Christi, 2. de Aera Christiana. Ien. 4. 1610.
Hortulus historico-politicus. Herborn. 8. 1618. 12. 1651.
Calendarium. Franc. 4. 1590.
Epitome Annalium sacrorum & profanorum. ib. 4. 1612.

XLIV.

PETRVS PISCATOR

Depingitur in Class. I. pag. 109.

XLV.

Sagittarii

THOMAS SAGITTARIVS

Patria.

STendalia *Marchicus*, literis Philosophicis, Medicis, Iuridicis, Theologicis excultissimus, natus A. C. MDLXXVII. Patre cognomini, Ecclesiae *Stendalienſis* Pastore; matre GERTR. MELISSA. Laurea Poëticâ insignitus a NICOLAO REVSNERO, IC. Comite Pal. Caes. *in Salana* Antecessore, in qua & insignia Magisterii Philosophici adeptus III. Cal. Febr. MDXCVII. Doctoratus vero Iuridici III. Aug. MDCXIX. ad Professionem interea vocatus Philosophicam initio Graecas interpretatus est literas, anno MDCV. Oratione habita d. XXIV. Iul. de dicto:

Promotio.

Professio.

cto: *Et Christo & Musis Studiosus militat omnis.* Deinde anno MDCX. Logicam praelegit & Metaphysicam. Rectoratus academici dignitate exsplenduit sub radiis Serenissimi Principis ac Domini, Dn. IOHANNIS ERNESTI, Iunioris, *Ducis Sax.* qui Rectorem Magnificentissimum repraesentabat, atque a xxv. Febr. vsque ad v. Aug. MDCXIII. album academicum CCXXI. nominibus auxit. *Iena* abiit VIII. Sept. MDCXVI. *Vratislauiam*, scholae *Elisabethanae* Rector & reliquarum Inspector constitutus, vbi etiam diem supremum obiit XXI. Apr. anno Chr. MDCXXI. aet. XLIV. Plura vid. infra num. LXIII.

Rectoratus academicus.

Rectoratus Vratislauiensis

Mors.

Edita sunt ab ipso seqq.

Horatius Christianus. Ien. 12. 1616.
Horatius profanus. ibid. 1612. 12. & 1624. 4.
Axiomatum Logicorum VII. Centuriae. Ien. 4. 1615.
Axiomatum Metaphys. Centur. IV. Franc. 4. 1624.
Metaphysica Aristotelico-Scaliierea.
Physica Scaliierea.
Templum virtutis s. Exercitationes Ethicae. Franc. 4. 1607.
Parnassus rationis s. Exercitationes Dialecticae. Erf. 4. 1623. 1626.
Lipsius Proteus ex antro Neptuni protractus & claro soli expositus.

Inſtitutio Epiſtolica. Lipſ. 12. 1615.
Diſpp. Politicae.
Iuſtiniani Imp. Inſtitutionum lib. IV. in axiomata ſeu regulas Iuris reſoluti.
Conſilium de LL. CC. in ſtudiis conſtituendis & colligendis.
Diſpp. & Orat. variae.
Exercitatio, qui fiat, quod multi abhorreant ab eſu caſei. Francof. 4. 1624.
Exercitationes Phyſicae. Ien. 4. 1614. 1665.
Porta pacis Friderico, Regi Bohem. Vratislauiae erecta. Bresl. 1620. f.
De Iure & Priuilegiis Comitum Palat. Caeſ. Erf. 4. 1630.
De conuerſatione ciuili, priuata ac publica. Franc. 8. 1603.
Orat. II. de Qu. An Lutheranorum liberi ad ſcholas Ieſuitarum ſalua conſcientia parentum ablegari poſſint. Lipſ. 4. 1612.

XLVI.

Gualtherus

BALTHASAR GVALTHERVS,

Naſcitur.

Fit Magiſter.

ALlendorfio-*Thuringus*, natus d. I. Maii, A. C. MDLXXXVI. *Ienae* impetrauit Philoſophi cum Doctoris inſignia v. Aug. MDCVI. tum Profeſſoris munia MDCXI. initio tantum Graecas, breui Ebra-

Ebraicas quoque literas simul omnium primus docuit. Fasces academiae administrauit cum Illustriss. Dn. Dn. WOLFGANGO FRIDERICO, SS. *Rom. Imperii* Mareschallo, haereditario Domino a Pappenheim/ Rectore Magnificentissimo, a IX. Febr. vsque ad IX. Aug. anni MDCXV. quo semestri spatio CLXXVI. nouos ciues recepit. Anno Chr. MDCXXI. d. I. Augusti. *Iena* abiit *Gotham* ad Ephoriam Ecclesiasticam, vbi anno MDCXXVI. IO. CHRISTOPHORVM, filium eodem anno natum, anno autem MDCXXVII. IOHANNEM & OTILIAM, recens editos gemellos, anno denique MDCXXIX. ipsam coniugem, BARBARAM, HOFFMANNO patre, TRVBENBACHIA matre natam amisit. Anno MDCXXXIII. cum *Suecis* adiutoribus, *Saxoniae* Ducibus multa ad nutum fluerent, *Würtzburgi* Superintendens factus est. D. X. Iul. MDCXXXVI. *Brunsuigam* ad coadiutoris sic vocabant olim proximum a Superintendente Ecclesiasten.) sacrum munus capessendum discessit, vbi etiam XV. Nouembr. MDCXL. circa horam X. pomerid. diem supremum obiit.

Professor.

Pro-Rector.

Gotham abit.

Liberos & Vxorem amittit.

Würtzburgum,

Brunsuigam venit.

Moritur.

Scripta inter alia reliquit sequentia:

Diatriben elenchticam de Constantini M. baptismo, donatione & legatione ad Concilium Nicaenum contra Baronium.

Problemata Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Grae-

Graeca, de Papae Primatu & Anti-Christo.

Lutherum natum, denatum a Papicol. calumniis vindicatum &c.

XLVII.

Wolfii

MICHAEL WOLFFIVS,

Patria & Parens.

Ratisbona-Bauarus, natus anno MD LXXXIV. d. III. Octobr. patre IOHANNE WOLFIO, Rectore *Vinariensi* anno MDLV. & deinde MDLXXIV. a *Synergismi* Patronis depulso, *Ratisbonensi*: tandem Reipublicae *Vinariensis* Consule, denato anno MDCII. III. Non. Sept. aetatis

Mater.

suae anno LXXVIII. matre autem ELISABETHA SCHNELLERIA, consulari ibid. familia oriunda. In academia *Ienensi* creatus

Promotio Mag.

Philosophiae Magister IV. August. MDCVII. vocatusque Professor Mathematum anno

Professio.

MDCXII. pridie *Dorotheae*, & Physices anno MDCXIII. ac tandem Logices & Metaph.

Rectoratus.

simul omnium primus MDCXVI. Rectoratu academico functus est a XIV. Febr. vsque ad XIV. August. an. MDCXVII. & CCLXV. nouos ciues recepit. Denique II. Apr. MDCXXIII. ibidem spiritum emisit, cum praemissa coniuge ANNA, M. ANDR. WILKII,

Moritur.

Gymnasiarchae *Gothani* & SABINAE Färberin / filia d. XVII. Iun. MDCXXII. tum relicto

licto filio ANDREA WOLFIO, qui *Marpurgi* III. Aug. MDCXLIII. pro Doctoratu *de Arthritide* disputauit.

Struxit Disputationes varias, in quibus sunt seqq.

Disp. de coelo; de Contactu; de Actione; de Passione & Missione. De prima corporum mixtorum forma, videlicet meteoris; De fossilium duriorum specie prima, videl. metallis. De loco. De Elementis.

Orationem de veritate &c.

XLVIII.

IOHANNES GRYPHIANDER

Gryphiander

Studiis & mercaturae dat operam.

OLdenburgi natus in patria & *Brunsuicensi* schola cum prima literarum fundamenta iecisset, mercaturae aliquandiu temporum iniuria dedit operam. Qua occasione plerarumque maritimarum ciuitatum & *Belgii* praesertim statum cognouit. Amicorum deinceps impulsu deprehendentium ingenium ipsius ad altiora adspirare, eique Musarum ianuas minime clausas, sed apertas reperiri neglecta ad tempus studia repetens *Tremoniam in Westphaliam* concesit,

Ad studia redit. Abit Tremoniam.

vbi

vbi ſub celeberrimo FRIDERICO BEVRHVSIO, ſcholae *Tremonianae* Rectore iacturam temporis, quam peregrinando feciſſe videbatur, ſumma diligentia penſauit. Poſtea *Helmſtadii* per integrum quinquennium Iurisprudentiae dedit operam, adeo, vt illic Collegia diſputatoria cum laude aperuerit, & ſtudioſam iuuentutem bene informauerit. Inde *Wittebergam* ac denique *Ienam* venit, & Praeſidis partes tam publice quam priuatim differendo non ſine laude ſingulari ſuſtinuit. Morbo contagioſo *Ienenſes* inuadente *Altdorfum* ſe contulit, vſus iſtic hoſpitio CONRADI RITTERSHVSII, eximii ICti. Malo peſtis a *Ienenſibus* auerſo ad *Salanam* rediit ac in illa ad Hiſtor. & Poeſ. Profeſſionem Publ. legitime vocatus L. ELIAE REVSNERO d. I. Octobr. MDCXII. defuncto ſucceſſit. D. v. Apr. MDCXIV. I. V. Doct. ibidem eſt renunciatus. D. IV. Iun. MDCXVIII. ad Conſiliariatum & Iudicatum in aula *Oldenburgica* obeundum vocatus abiit. Matrimonium contraxit d. IX. Aug. MDCXIII cum ANNA, IOH. Neuhauſens/ apud Comites *Oldenburgicos* Theſaurarii, filia. Tandem & in patria beate obiit, A. C. MDCLII. menſe Decembr.

Helmſtadium.

Wittebergam & Ienam.

Altdorfum.

Ienam redit.

Profeſſor conſtituitur.

Conſiliarius Oldenburg.

Matrimonium init.

Moritur.

Memoriam eius commendant ſcripta ſeqq.

Oeco-

Oeconomiae legalis libri.

Tractatus de Insulis, quem *D. Christophorus Besoldus in Thes. Pract. lit. I. tit. 18. p. 440.* vocat Tractatum absolutissimum & pag. 441. egregium.

Tractatus de Iure Saxonico, das Sächsische Weichbild communiter dicto. Argentor. 4. 1666.

Velitationes Politico-Iuridicae VI.

Collegium Politicum.

Phoenix Poëtarum Carminibus celebratus & Commentario illustratus.

XLIX.

HEINRICVS HOFFMANNVS.

Hoffmanni

Natalis. Parentes.

NAtus est *Ienae Thuring.* d. XXVI. August. *MDLXXVI.* Patre M. ERHARDO, Facult. Philos. *in Salana* Adiuncto & Mathematum *in Iulia* P.P. omnium primo, avo LEONHARDO, Reipublicae *Heidisfeldensis* Consule: Matre vero ANNA, M. IOHANNIS BREVNINGII, Ecclesiastae in Eckolstedt / filia. *Studia.* Ad studia Medica & inprimis Mathematica conuerso animo, tantum in iis profecit, vt aliis haec salu-

salutariter exponere valuerit. Id quod etiam factum est initio *Marpurgi*, ab anno *MDCIX.* deinde in patria Vniuersitate, in quam vocatus anno *MDCXIII.* Rectoratu academico bis functus prima vice a non. Februarii vsque ad II. Iul. *MDCXIX.* studiosos *CCCXVI.* altera vero a XXI. Febr. vsque ad VIII. August. *MDCXXXIX. XCIV.* inscripsit. Denatus *Ienae* d. XXX. Octobr. A. C. *MDCLII.* aet. *LXXVI.* Professionis *XLIII.*

Professio.

Rectoratus Acad.

Mors

Famam ei apud doctos pepererunt
De Octante, instrumento Mathematico nouo, cuius inuentor est, libellus.
Euclides Germanicus.

L.

THEOPHILVS AENETIVS

Aenetius

Nascitur.

Eius Pater.

Mater.

KOenigsfeldae in Misnia, non procul a *Rochlitzio* natus fuit A. C. MDLXXIV. d. XX. April. parente M. IACOBO AENETIO, eius loci Ecclesiaste, cuius parens IACOBVS Löbelich a D. MAXIMILIANO II. Imp. Rom. felicissimi recordat. insignibus gentilitiis ob virtutem ac literaturam bonam clementissime donatus. Mater vero beati nostri THEOPHILI fuit ANNA BVRSA. Parente anno *MDLXXIX.* defuncto, vna cum

cum matre *Rochlitzium* Noſter concesſit eiusque in oppidi ſchola prima doctrinae Christianae & Latinae pariter ac Graecae linguae fundamenta feliciter iecit. Inde anno Chr. *MDLXXXIX.* initio menſis Iunii, aetat. *XVI.* *Halas Saxonum* abiit atque inter Gymnaſii eius loci alumnos a Rectore M. CHRISTOPHORO CAESARE fuit receptus. Poſtquam ibi biennium commoratus eſſet, auunculus MICHAEL BVRSA, mercator *Viennenſis* ad ſe ipſum euocauit. *Viennam* ita anno *MDXCI.* appulſus, in exercenda mercatura auunculo ſuo, qui id petierat, per triennium gnauam nauauit operam. Vitae tamen huius poenitens & meliori genio ad ſtudia intermiſſa retractus patriam anno *MDXCIV.* repetiit, indeque *Lipſiam* ad mercaturam bonarum artium exercendam ſe contulit totumque octennium ibidem transegit, & qua pietate ac induſtria ante ceperat, ſtudia ſua tam Philoſophica quam Theologica continuauit, tum honoribus in Philoſophia ſummis, quos Magiſterii indigitare ſolemus nomine, tum etiam concionum, quas ad populum habuit, quibusdam publicis typis expreſſis, abunde id teſtantibus. Honores iſtos anno *MDXCVIII.* Rectore Magn. D. BARTHOLOMAEO GÖLNITZ, ICto, Decano vero Philoſophico M. MICHAELE WIRTHIO, glorioſe reportauit. An. Chr. *MDCII.* prius matrimonium, nam in gemi-

Studet Rochlitzii.

Halae.

Mercaturae dat operam.

Ad ſtudia reuertitur.

Lipſiam ſe confert.

Magiſter Philoſoph.

Eius matrimonium prius.

no vixit, iniit, cum MICHAELIS GVNTHERI, oppidi *Lützenſis* Praetoris, filia vnica, IVSTINA, ex qua binam ſuſcepit prolem, filium nempe & filiam. Sed vix triennio abſoluto, vxore hac e viuis per mortem ſublata anno *MDCVII. Thorunum Boruſſorum* vocatus, per triennii ſpatium inter Collegas Gymnaſii iſtius loci ſedecim Conrectoris officio functus fuit. Ab eo vero aſſiduis a ſocru precibus appellatus abiit anno *MDCX. Lützenam* in iuuanda re familiari ſocrui, eius ex voto, fidelem operam praeſtitit vsque ad *MDCXV.* quo moleſtias oeconomicas pertaeſus relicta *Lützena Ienam* ceſſit, vbi eodem anno in Philoſophicae Facultatis Adiunctorum numerum eſt adſcriptus ac biennio poſt, np. *MDCXVII.* Hiſtoriae Naturalis ſeu Phyſices Profeſſio Publica ipſi fuit demandata. Decanatus Philoſophici honorem ac onus quater geſſit, Rectoratum autem academicum ſemel, quo ab VIII. Febr. vsque ad VII. Aug. *MDCXXI.* ſtudioſos *CCV.* recepit. Alterum matrimonium iniit anno *MDCXXIII.* cum PHILIPPI RINCKII, Senatoris olim *Islebienſis*, filia, MARIA, ex qua quaternam ſuſcepit ſobolem, filios duos totidemque filias. Per annos amplius triginta ventriculi laborare ſe cruditatibus ſenſit, quae ad extremum tandem ita inualuerunt, vt ne minimam quidem cibi portiunculam plures intra ſeptima-

Thorunum vocatur.

Lützenam redit.

Ienam abit.

Adiunct. Phil.

Profeſſor. Decanus.

Rector acad.

Poſterius matrimonium.

Eius morbus.

nas

nas assumere iste voluerit ac valuerit, inde indies vires decrescere coeperunt, ipse etiam lecto tandem affixus plane fuit vsque ad xv. Septembr. anno *MDCXXXI.* quo pie ac placide extinctus exspirauit. *Obitus.*

Reliquit

Disp. xxii. in Aristotelem de moribus. Halae Sax. 4. 1604.
Disp. de metallis &c.

LI.

VALENTIN. RIEMERVS

Depictus est in Class. II. ICtorum Num. XXXVII. p. 102.

LII.

QVIRINVS CVBACHIVS *Cubachius*

NAtus est A. C. *MDLXXXIX. Darmstadii*, pago ad *Ilmum* sito, patre IOHANNE CVBACHIO, viro, ex illo hominum genere, quo de *Virgilius*: *Nascitur.* *Eius parentes.*

O fortunatos nimium sua si bona norint,
Agricolas!

Matre ELISABETHA FOCKERSTADIA. Puer ingenium & naturam habebat, quae *Ingenium.*

Digitized by Google

cum *Thucydide* magno impetu ferebatur ad bonas literas, quarum primis elementis *Roslae*, quae inferior, quo parentes commigrarant, imbutus est: Tum vero in schola *Vinariensi* satis diu subsistens progressus fecit maiores & solidae eruditionis fundamenta posuit firmissima. *Ienam* concessit anno *MDCVI.* aetatis *XVII.* & singulari diligentia nec minore felicitate cum spatia Philosophiae emensus esset, totum se Iurisprudentiae mancipauit, qua in arte aequi & boni tantum profecit, vt iam tum honore summo dignus videretur. Animosus cum esset & corpore expeditus, palestrae quoque coepit operam dare, qua in arte tantus euasit, vt summis cum artificibus comparari potuerit. *Ienae* substitit annos nouem, tum vero *Helmstadium* abiit, sua prosecuturus studia, qua in academia biennii spatium exegit: tum ad *Ienenses* reuersus ita se gessit, vt anno MDCXIX. summa voluntate Senatus academici ad mandata *Sereniſſimorum Principum Nutritorum* in numerum Professorum Publicorum adsciscereturque & Historias ac Poësin iuberetur explicare, quam spartam sibi commissam ita ornauit, vt ad superiora, si viuere licuisset diutius, breui emersurus videretur. Semel gessit Magistratum scholasticum, nempe a XXVIII. Febr. vsque ad XIX. August. & CXLVI. studiosos inscripsit. Vere pius & Germanus fuisse dicitur, quare & ab omni

Studia.

Ienam concedit.

Philoſoph. & Iurisprud. ſtudet.

Helmſtadium abit.

Ienam reuerſus.

Profeſſor Ien.

Rector Magnif.

ama-

amatus. Statum domeſticum quod attinet, vxorem duxit REBECCAM, IOHANNIS GLITZENII filiam, quae, ſi Deo placuiſſet, longiorem marito vitam optaſſet; ſed relicta eſt vidua cum duobus liberis orphanis, die enim XI. Iunii febri maligna laborare grauiter coepit. Nihil eorum praetermiſſum, quibus hoc mali debellari poſſet, conſilia, medicamenta, aſſiduae preces: morbo autem ingraueſcente cum prius ſacro-ſancta fuiſſet vſus euchariſtia, d. XXIII. Iunii circiter meridiem, anni MDCXXIV. in viuis eſſe deſiit.

Matrimonium init.

Aegrotat.

Moritur.

Candidit *Brocardicum.*

Iurisprudentiam Germano-publicam. Erf. 12. 1617.

Diſſp. Iuſtinianeas &c.

Digitized by Google

LIII.

SALOMO GLASSIVS,

Cuius vitae curriculum legitur in Claſſ. I. Theol. p. 141. & ſeqq.

LIV.

PHILIPPVS HORSTIVS

Horſtius

Naſcitur.

IN lucem editus fuit x. Iul. anno Chr. MDLXXXIV. patre, viro ſpectatiſſimo Dn. ROTTGERO Horſt, ciue apud *Brunouicenſes* ac primum negotiatore, deinceps ſenatore variorumque munerum publicorum adminiſtratore fideliſſimo: Matre vero ornatiſſima foemina, ANNA, viri ampliſſimi Dn. BARTHOLDI Krumreiffers, aerarii ſacri, quod ad *D. Martini* & *Andreae* eſt, Praefecti ac Senatoris grauiſſimi, filia. Ab optimis hiſce parentibus cum ſeptem aliis prodiens patriam ſortitus eſt *Brunſwigam*, vetuſtum in inferiori *Saxonia* oppidum, vbi non ſolum altero poſt natiuitatem die ſacra vnda ablutus; ſed aſcendentibus quoque annis in adoleſcentiam in ſchola *Martiniana* praeſertim a Dn. MICHAELE EVVENINGIO, Subconrectore, varia eruditione ac pietate imbutus fuit. Quocum *Hamelam* anno MDXCIX. ipſo vero defuncto *Göttingam*;

Scholam Martinianam frequentat.

Hamelae, Göttingae

gam: tandem anno MDCII. *Stetinum* perrexit, vbi Praeceptoribus clarissimis, DAN. CRAMERO, SS. Theol. Doct. & Profess. M. CHRISTOPHORO BVTELIO, M. PETRO COLEMANNO aliisque per triennium vsus magna in cursu studiorum confecit spatia, ac plura tam Latina quam Graeca Carmina, Orationes ac Disputationes conscripsit publicaeque dedit luci. *& Stetini fit det.*

Anno Chr. MDCV. mense Octobr. *Wittebergam* delatus ex variis famigeratissimorum virorum D. LEONH. HVTTERI, D. IOH. FOERSTERI, D. TANDLERI, FRIDERICI TAVBMANNI ac M. FRID. VELSTENII partim Theologicis, partim Philosophicis Praelectionibus supra laudatam eruditionem ita locupletauit, vt non solum anno MDCVIII. ibidem a Facultate Philosophica honores Magisteriales; sed etiam a Magnifico Dn. IVRGA VALENTINO WINTHERO, *I. V. D. ac Comite Pal. Caes. Parthenii litigiosi autore*, laurum s. insignia Poëseos absque vlla quidem affectatione, acciperet. *Wittebergam venit.* *Magister creatur.*

Anno MDCX. iussu Serenissimi *Pomeraniae* Principis PHILIPPI, cuius munificentia tum fruebatur, *Francofurtum*, quod *ad Viadrum* est, sese contulit, & ab illo ipso D. CHRISTOPHORO PELARGO clementissime commendatus est. Sed vix biennium ibi exegerat, cum Nobilissimorum Iuuenum BRVNONIS OTTONIS & PHILIPPI ERNE- *Francofurtum abit.*

STI a RAMMIN, vtri Generosi, Dn. OTTONIS a RAMMIN, Cancellarii ac Consiliarii *Stetinensis* filiorum studiis praeficeretur, quibuscum multas deinde regiones & vrbes Vniuersitatibus literariis celebres, nominatim *Lipsiam*, *Wittebergam*, *Ienam*, *Erfurtum*, *Argentoratum*, *Tubingam*, *Basileam*, *Friburgum*, *Heidelbergam*, *Giessam*, *Marpurgum*, *Helmstadium*, *Regiomontium*, *Gripswaldiam*, *Rostochium* peragrauit, plurimisque viris doctis innotuit. Sed quia ex omnibus sibi *Ienam* elegerat, finitis itineribus anno MDCXIX. eo pedem retulit. Ibi MDCXX. ab *amplissima Facultate Philosophica* in numerum Adiunctorum recipiebatur, locumque Disputatione publica *de Bello* obtinebat. Seq. xxi. Eloquentiae; xxxi. Philosophiae Practicae Professio ipsi demandata est. Ad vota matrimonialia transiit anno MDCXXIII. associata sibi lectissima virgine DOROTHEA BARBARA, viri Magnifici, Dn. HEINRICI ECKARDI, SS. Theol. D. ac in *Giessena* Prof. Publ. Superintendentis, dein *Francobusani*, tandem *Altenburgici*, filia. Hoc durante matrimonio editi sunt in lucem filii septem filiaeque quatuor. Quod vitae pie gestae finem attinet, pauca commemorare licet, non enim hic morbus, nisi ipsa senectus, nec multa medicatio, quia senectutis periculum insanabile est. Vitam igitur cum morte commutauit d. xix. Febr. anno Chr. MDC

Peregrinatur.

Ienae.

Adiunctus Philosoph.

Professor Publ.

Vxorem ducit.

Moritur.

MDCLXIV. aetat. LXXX. muneris publici XLII.

Luci expoſuit: Σχεδίασμα de Strenis Votisque Ianuariis.

Epiſtolographiam, ſiue methodum conficiendarum Epiſtolarum.

Comment. in Aphthonii Progymnaſmata.

Diſp. de Bello.

Programmata & Carmina varia.

LV.

DANIEL STAHLIVS,

Stahlii

PHiloſophus, cuius fama omnem per *Germaniam* ſparſa, in lucem hanc mortalem A. C. MDLXXXIX. circa feſtum Michaëlis *Hamelburgi* prognatus eſt parentibus piis. Pater fuit MICHAEL STAHLIVS, ciuis ibidem honoratus. Cum in ipſius tenera adhuc aetate *Abbas Fuldenſis*, ſub cuius ditione *Hamelburgum* ſitum, contra Lutheranos perſecutionem inſtitueret, parentesque ſolum mallent vertere, quam Pontificiae idolomaniae ſe addicere, itaque *Suinfurtum* cum familia abirent, pietatis ibidem & humanioris literaturae prima fundamenta collocauit. Poſt, ceſſante aliquantisper Pontificiae perſecutionis furore, pa-

Patria & pater.

Studia Suinfurti.

rentibusque *Hamelburgum* remigrantibus per biennium ibi subsitit, sed non sine studiorum
Coburgi. suorum detrimento insigni. Exin *Coburgum* anno aetatis XIV. abiit, vbi Praeceptores nactus eruditissimos. Anno aetatis XVIII. aca-
Argentorati. demiam *Argentoratensem* adiit, vbi postquam
Giessae. annum substiterat, ad *Giessenam* se mouit, vbi anno MDCVIII. d. XXII. Decembr. an-
Magisterium. num aetatis XX. agens supremis in Philosophia honoribus fuit mactatus. Ex eo tempore quadriennium *Giessae* commoratus & priuata Collegia aperuit & Disputationes publicas instituit, studium tamen Poëticum neutiquam fusuper habens, quippe ex quo plurimum ipsi gloriae accrescebat, adeo, vt
Laurea oblata. & laurea, huius studii praemium, offerretur, quam tamen suae, vt quidem autumabat, tenuitatis conscius, gratiis actis remisit. Medico etiam studio vna incubuit. *Giessa*
Labores Ienae susceptι. discedens *Salanam* accessit, vbi in publice disputando priuatimque docendo ac disputando occupatus fuit. An. Chr. MDCXX. *Francofurtum* ad *Viadrum* se contulit, exacto tamen anno *Ienam* & ad exercitia sua pristina reuersus. Tandem anno MDCXXIII.
Professio Logic. & Metaph. in numerum Professorum Publ. demandata ipsi Logicae & Metaphysicae Professione, adscitus fuit, cui functioni abunde satisfecit, vsque dum annos XII. ante obitum oculorum inualitudine fuit correptus, quae publicum quidem docendi & disputandi munus inhibuit,

buit, non tamen priuatum. Philosophica in Facultate plurima vice Decanatus, Rectoratus vero academici vnica, nempe a XVIII. Febr. vsque ad XI. Aug. anni MDCXXXI. functus CLII. ciues academicos recepit. *Decanatus & Rectoratus.*

In matrimonio vixit gemino; primam vxorem duxit anno MDCXXII. mense Iulio, tum virginem honestissimam MAGDALENAM, IOHANNIS FIEDLERI, ciuis & pistoris *Ienensis* relictam filiam, qua anno MDCXXV. mense Martio defuncta in quadriennium vsque viduus anno MDCXXIX. mense Iulio alteram duxit, virginem tum temporis pudicissimam, MARIAM MAGDALENAM, WENCESLAI ARTI, *Notarii Publ. Caesarei* relictam filiam. Vtrumque coniugium tranquillitatis plenum fuit nec plane sine prole. Ex priore quidem coniuge filium suscepit vnicum, qui tamen & matris obitum anteuertit: posterior vero XI. ipsum liberorum parentem fecit, potioris quidem sexus senorum, sequioris quinorum. *Matrimonium. Prius. Posterius.*

Morbum quod attinet, trimestre fere ante obitum ardor & siccitas praeternaturalis in faucibus esti animaduersa, destillationes postmodum subsecutae, ad quas tandem XI. Maii febris, eaque continua cum tremore & conuulsionibus, quae sermonem quoque ad horas aliquot intercluſit, accessit, & lecto ipsum affixit. Accedente tandem catarrho suffocatiuo anno MDCLIV. d. XVII. Maii hora I. pomeridia- *Morbus.*

diana, poſtquam Eccleſiae Diaconus ipſum
Obitus. inuiſerat, vitae pauſam fecit ex *Salana* in coeleſtem academiam translatus. Sepultus d. xxi. Maii in poſtica coemeterii *Iohannaei* parte.

Georgius Nicol. Eraſmi hoc in eius honorem adſcripſit Epigramma:

Stahlius a chalybis nomen bene nomine ducit:
Hic acuit ferrum, Stahlius ingenium.

Scripta. Scripta eius typis edita ſunt ſeqq.

Compendium Metaphyſicae in xxiv. tabulas redactum. *Francof.* 1652. in fol. *Bredae*, 1650. auctius *Ienae*, 1655. in fol.

Canones Methaphyſici, *Marpurgi*, 1635. 8.

Inſtitutiones Logicae. *Hildeſiae*, 1655. *Ienae*, 1663. 8.

Quaeſtiones Logicae. *Ienae* & *Francof.* 1652. 1662.

Philoſophia Moralis. *Francof.* 1652. 12.

Regulae Philoſophicae. *Rintelii*, 1635. 1641. emendatiores. *Ienae*, 1653. 1657. 1662. in 8.

In Compendium redactae, per Chriſt. Henric. Loeberum. *Ien.* 1669. 8.

Iac. Thomaſii Dilucidationes in partem priorem Regularum Philoſophicarum. *Lipſ.* 1676. 8.

Notae & animaduerſiones in D. Conradi Horneii Compendium Dialecticae. *Ien.* 1656. 1660. 8.

Diſpu-

Disputationes de Fortitudine; de Enunciatione conditionali; de ratione definiendi Relata; de Verbo infinito; de Enunciatione infinita infiniti praedicati affirmatione; de Tertio Modo καθ' ἑαυτό, de Generum & Specierum diuisione, contra *Laurent. Vallam & Ioh. Hospinianum*; de Gradibus necessitatis.

LVI.

HEINRICVS NEVENHAHNIVS

Neuenhahnius

LVcis vsuram V. Nouembr. anni salutis MDXC. cepit *Isenaci Thuring.* In schola patria Linguarum & artium fundamentis bene iactis mense Iunio anni MDCXIII. in academiam *Ienensem* se contulit, assumens necessaria in studio Philosophico, primumque gradum Philosophiae consecutus: animum altero anno Iurisprudentiae applicuit, idque studium optimo modo & ratione excoluit, non tantum debitam diligentiam in museo suo adhibens; verum etiam lectiones & Disputationes iuridicas publicas & priuatas frequentans. Vtque Disputationum exercitiis se confirmaret, sub Praesidio consultissimi *D. PETRI ELI-*

Nascitur.

Ienam se confert.

Philosophiae studet.

Iurisprudentiae.

Digitized by Google

ELIAE SCHROETERI, Synopſin inſtitutionum Fomannianam diſputando perluſtrauit, & peculiarem Diſputationem a ſe conſcriptam eodem Praeſide habuit de *Vſucapione*. Deinde *D. VALENTINO MELASIO*, Paratitla *VVESENBECII* diſſerendo percurrente, illis quoque ὁμιλίαις interfuit. Poſtea cum *D. VALENTINVS RIEMER*, *Salanae* Anteceſſor &c. Collegium Quaeſtionum illuſtrium aperiret, illi etiam ſe adiunxit, in eoque menſe Maio MDCXVI. Decadem xiii. quae eſt difficillima actionum materia publici exercitii gratia maxima cum laude defendit. Illo Collegio ad vmbilicum ducto quia *Donelli* Commentarius *D. HILLIGERVS*, IC. eximius, Profeſſ. *Ienenſis*, ſub Diſputationis incudem reuocabat, ea quoque informatione vſus eſt ſimulque in clariſſimorum Dnn. Doctorum *CVNRADI* ac *BENEDICTI CARPZOVIORVM* collegiis feudalibus ſedulitatem ſuam conſpiciendam praebuit. Hiſce exercitiis ad finem perductis ipſemet vires ingenii periclitans de conſenſu illuſtris Facultatis Iuridicae Collegium Inſtitutionum Praeſidis partes agendo habuit ac feliciter abſoluit. Hoc peracto Praeclariſſimi ICti, *PHILIPPI HENRICI HOENONII*, Diſputationes Inſtitutionum ſuo patrocinio Legum ſtudioſis explanauit, inſuperque Imperialium Inſtitutionum textum praelegendo explicauit. Ter intra ſesqui-

Diſputat.

Ipſe Collegia aperit.

anni

anni ſpatium *D. ARVMAEI*, IC. & laudati *HOENONII* Diſputationes Inſtitutionum cum haud vulgari fructu ſtudioſorum diſſerendo percurrit. Excellentisſimi etiam ICti, *D. ANDREAE GERHARDI*, Conſiliarii Saxonici, Scabinatus Ordinarii, & Iudicii Prouincialis Aſſeſſoris *Coburgi* celeberrimi, Exercitationes Iuſtinianeas tum aliorum, tum maxime ſuae fidei & Inſtitutioni commendatorum nobilisſimorum Iuuenum *FRIDERICI* ab *ETZDORFF* & *FRIDERICI* ab *ENDE*, bono in manus ſumſit, & de illis, intermixtis extraordinariis a ſe conſcriptis & publice editis, *de Nuptiis*, *de Tutelis*, *de Teſtamentis*, *de Iure Teſtati*, *de Legatis & fideicommiſſis*, *de emtione & venditione*, *de furtis*, *de iniuriis*, *de Iure dotium*, *de modis feuda amittendi* & aliis Diſputationibus, conferendo praeclare finiit. An. Chr. MDCXX. menſe Octobr. ſe in Candidatorum numerum referri petiit, idque ſine mora, & praeſtitis praeſtandis Doctoris titulum & honores d. XXVII. Nou. eiusdem anni impetrauit. *Doctor creatur.* Anno Chr. MDCXXIV. d. VII. Aug. vocatus eſt Profeſſor Hiſtoriarum ac Poëſeos, cui functioni ex omnium voto praefuit vsque ad XX. Auguſt. MDCXXV. quo *Iena* ſeceſſit *Ilmenam*, in aula *Schwartzburgica lineae Rudolph.* Conſiliarius conſtitutus. *Conſiliarius conſtituitur.* Qua fide, qua induſtria peregerit commiſſa, literae Comitis illuſtriſsimi, *Profeſſor Ienae.*

Dn.

Dn. LVDOVICI GüNTHERI, adhuc superstites testantur, *Tusculani Elxlebensis* libertatem impertientes. Obiit *Ilmenae* XXVII. Febr. MDCXXXIV. relicto filio, IO. LVDOVICO, Bibliothecario & Bibliopola *Ienensi*. Extat eius effigies, viri grauitatem exhibens, cui excellentissimus NIC. ZAPFFIVS hoc addidit Epigramma, filium laudatum alloquens:

Moritur.

Effigies eius.

Praeclarum, summa condignum laude, parentem,
Ecce vetas morier, IAN LVDOVICE, virum!
Egregium, lucem viduarum cernere, scriptum,
Sumptibus vt curas, effigiemque tuis.
Hinc, viuit, nato, genitor; genitoreq; natus:
Occipit is vitam: protrahit hicce patris.

Affinit. e. f.
Nic. Zapffius, D. Sup. Gen.

Elucubrauit:

Tractatum Iuridicum, de Iuribus ac Priuilegiis Viduitatis, vt & Discursum de Iure Consiliariorum. Denuo cum indice editum Ien. 1658. Impens. Io. Ludou. Neuenhahnii, filii.

Dispp. *de Iure Reipubl. de Euictionibus &c.*

OR-

Digitized by Google

LVII.

ORTOLPHVS FOMANNVS, iun.

In Classe II. ICtorum p. 106. depingitur.

LVIII.

PAVLVS SLEVOGTIVS

Sleuogtius

VItae huius vsuram coepit *Possendorffii*, pago non procul a *Vinaria* dissito, d. XXIX. April. anno Chr. MDXCVI. Patre MARTINO SLEVOGT: Matre ANNA SVNDHAVSIA. Cum puer in scholis diuersis pietatis & bonarum artium rudimenta imbibisset, *Vinariensis* scholae alumnus factus adeo felices progressus fecit, vt non solum Conrector, postea Pastor *Fidelhausensis*, M. IO. FRID. BECHMANNVS, sua manu seqq. ipsi versibus fuerit gratulatus:

Nascitur.

Eius parentes.

Studia.

Encomium.

Ad meum *Paulum Sleuogtium:*

Vix vix coepisti puerili scribere vena
Carmina, quae metrico non bene fulta pede:
Mox mox coepisti Thymbraea scribere vena
Carmina, quae metrico sunt bene fulta pede.
O ita perge modo! Sic sic cum foenore quondam
Ipse poëtifica mente Poëta clues!

Digitized by Google

Verum etiam Rector, M. GEORG. SALTZHVBERVS prae reliquis discipulis hunc vnice amarit iudicaritque dignum, qui A. Chr. MDCXV. ad academiam *Salanam* migraret, in qua non solum VII. Febr. anni MDCXX. sub Decanatu HEIDERI Magisterii gradum glorioſe reportauit, sed etiam statim post Collegia priuata instituit. Anno MDCXXI. *Brunsuigam* ad Gymnasii *Martiniani* Conrectoratum legitime vocatus secessit, quam spartam triennium cum trimestri, qua publicas qua priuatas Philosophicas lectiones ornauit, adamatus a Senatu & scholarchis, & cumprimis a tum temporis Reipubl. Syndicis, ICtis magnis D. CASP. GLOCKIO & IOH. CAMMANNO. Inde factum, vt cum A.C. MDCXXII. Legati imperatorii, quorum quoque OTTO MELANDER, IC. Comes Palatinus Caes. & Caesar. Maiest. Consiliarius pars erat, *Brunsuigam* appulsi a praelaudato GLOCKIO conuiuio exciperentur, & ipse ad idem inuitaretur: qua occasione dictus Comes Palatinus sermone multo cum ipso variis de rebus, praesertim Poësi, habito, quin & certamine poëtico inito, laurea ipsum donauit, Diplomate *Magdeburgo*, quo tum properandum Legatis erat, transmisso. Anno MDCXXIV. cum suas ob causas paternos lares reuiseret, ac praeclara ipsius in linguis, Philosophicis disciplinis ac Theologicis in rebus scientia, concione *Vinariae* habita Se-

Ienam abit.

Magister creatur.

Conrector Brunsuic.

Poëta laur. Caes.

Sereniſſ. Saxoniae Ducibus innoteſceret datis hi ad Senatum *Brunſuicenſem* literis eum auocarunt, & Stipendio extraordinario partim *Vinariae*, partim *Ienae* inter Adiunctos Philoſophiae relatum ſuſtentarunt, vsque dum menſe Nouembri anno MDCXXV. Dn. SALOMONI GLASSIO, SS. Theol. D. a Graecae Hebraeaeque linguae Profeſſione publica ad Paſtoratum & Ephoriam *Sundershuſanam* in Comitatu *Schwartzenburgico* abeunti, praeuia legitima Philoſophicae Facultatis denominatione, ſucceſſor daretur. Cum vero A. C. MDCLIV. Dn. DANIEL STAHLIVS, Log. & Philoſophiae primae Profeſſor Publ. ex hac vita diſcederet, poſt denominationem a Collegio Philoſ. exhibitam paulo poſt Profeſſio iſthaec ipſi eſt demandata. Ad Theologicam Profeſſionem non vna vice fuit denominatus, quam tamen ſumma modeſtia a ſe declinauit. Nihilo tamen minus ſuperioribus annis Eccleſiaſticae viſitationi, qua *Ienenſem* Praefecturam & Dioeceſin, in vicem Superintendentis *Saxo-Vinarienſis* Generalis adhibitus fuit. Caeterum Decanatus Philoſophici munus vndecies, Rectoratus vero academici ter cum laude geſſit, ita, vt primum A. MDCXXXIII. a XXVIII. Febr. vsque ad XV. Auguſt. CXLVIII. deinde anno MDCXLIII. a IX. Febr. vsque ad X. Aug. CXLIX. ac tandem A. MDCXLIX. a XV. Febr. vsque ad XVI. Aug. CCXXXII. no-

Adiunct. Ien.

Profeſſ. Ebr. & Graecae linguae.

Profeſſ. Log. & Metaph.

Decanus & Rector Magnif.

uos ciues receperit. Statum domesticum quod attinet, duarum coniugum fuit maritus. Priorem quidem virginem VRSVLAM, Dn. WOLFGANGI FREYERI, Reipubl. *Ienensis* Syndici, filiam duxit, anno MDCXXVII. ex qua suscepit filios tres, quorum duo PAVLVS ANDREAS & PAVLVS iun. in prima infantia denati sunt, IOHANNES in vltimo Parentis Decanatu xxvii. Mart. Magisterii honore decoratus Pastor in Ober-Weimar & Ehringsdorff est constitutus, nunc vero mortuus: & filias duas ANNAM MARIAM, anno MDCXLVIII. Dn. IOHANNI Frischmuth/ Scholae tum oppidanae Rectori, postea Graecae & Orient. Linguarum Profess. Publ. elocatam, & ANNAM CHRISTINAM, vno tantum anno viuentem. Hac coniuge A. MDCXXXVI. febri ardente a latere ipsius abrepta anno MDCXLI. virginem BARBARAM CATHARINAM, HENRICI RINGLERI, Iudicis *Ienensis* filiam relictam copulandam sibi curauit, ex qua parens fuit factus filiorum trium, GOTHOFREDI, breui post natiuitatem denati, IOHANNIS PHILIPPI, hodie I.V.D. *Ienae* Prof. P. Facultatis Iur. Senioris, Iudicii Prouinc. & Dicasterii Assessoris excellentissimi; & IOHANNIS HADRIANI, hoc tempore Med. D. & Professoris Publ. *Ienensis* celeberrimi: tum quatuor filiarum. Cum vero ab annis aliquot modo capitis dolore mo-

Eius coniugium prius.

Liberi.

Coniugium posterius.

Liberi.

Digitized by Google

modo contumaci dolore ischiadico & aliis hypochondriorum affectibus laborasset, a quibus tamen medicamentorum vsu liberatus fuit, anno MDCLIV. sanguinis serum per loca conuenientia cruentum per dies aliquot coepit emittere. Eo symptomate cessante insultu apoplectico correptus est tam forti, vt tum vox tum mentis operationes pleraeque turbarentur, quae vero remediis generosis adhibitis DEO benedicente paulatim rediere, vt in publicum prodire ipse iterum bonaque reualescentiae spes apparere coeperit. Sed in vere anni sequentis paroxismus rediit fortior, qui post horas aliquot viuendi ei finem fecit XXII. Iunii, A. C. MDCLV. aetat. LX. Elucubrauit

Aegrotat.

Moritur.

Peruigilium de dissidio Theologi & Philosophi in vtriusque principiis fundato. it. *Disputationes academicas Philosophicas & Philologicas vno Volumine comprehensas ac editas, Ien. 1656.* hoc ordine: *De Praedicatione; de Contradictione; de ratione entis generica in ordine ad inferiora; de Differentia inter Substantiam & Accidens in communi: de quibusdam quaestionibus Logicis: de Ente rationis: de Entis finiti ratione formali: de Esse possibili: de Vniuersali &c. de Dependentia: de lumine naturae in diuinis rebus: de Supernaturali: de Principio Syllogizandi in diuinis: de primo conceptu Dei nostro intelligendi modo: de Vbiquitate essentiae*

diuinae: de Vbiquitate DEI ratione scientiae ac visionis: de Creatione in genere, prima, secunda, tertia & vltima: de Creatione primi hominis contra Hebraeos, prima, secunda. De identitate potentiarum vitalium inter se & cum anima.

Disputationes Practicae & Philologicae: De Indifferentia voluntatis humanae in ordine ad actiones morales, prima, secunda, tertia, quarta. De eadem quinta: de causa morali: de Voluntario: de Peccato mortali: de Ciuitate materialiter considerata: de Ciuitate ratione formae considerata: de Potestate legis in Republica: de Metempsychosi Iudaeorum: de morbis & doloribus Messiae: de Proselytis Iudaeorum: de Anno Iubilaeo & eius Iuribus apud Hebraeos: de Hellenistica, qua vnico exemplo maximus Linguae Hellenisticae vsus ostenditur in interpretatione Scripturae sacrae.

HIE-

Digitized by Google

LIX.

HIERONYMVS PRAETORIVS

Praetorii

H*Amburgi* lucem hanc primum adſpexit VIII. Octobr. anno MDXCIX. natus patre HIERON. PRAETORIO, ad D. *Petri* Muſico Organico: Matre vero ELISABETHA STOCKMANNIA. In *Albana*, quae *Wittebergae*, in autumno MDCXVIII. Philoſ. Magiſter creatus; in *Salana* vero, quae *Ienae*, profeſſus iam Philoſophiam practicam XXX. Dec. MDCXXVI. iam Phyſicam II. Nouembr. MDCXXXI. *Herbipoli* primum Lutheranae religionis Eccleſiaſten egit, *Vinariae* ordinatus XXVI. Dec. MDCXXXIII. vbi redux in aula D. WILHELMI IV. *Ducis Sax.* circa A. MDCXXXV. Concionator. Poſtea A. C. MDCXXXVII. *Siluſii* Superint. & tandem anno MDCXLI. *Smalcaldiae* Ephorus conſtitutus fuit & ibidem vitae huius pauſam fecit menſe Dec. anno Chr. MDCLI. aet. LVI. Lapidi eius ſepulchrali duo haec inſcripta leguntur diſticha:

Patria.

Parentes.

Studia.

Promotio.

Docet Ienae.

Herbipoli.

Vinariae.

Siluſii.

Smalcaldiae.

Moritur.

Oſſa ſub hoc ſaxo Praetori condita magni
Iudicis expectant iura benigna DEI.
Cunas *Hamburg* magna dedit, *Smalcaldia* ad aram
Buſtum; ſed titulum *Leucoris* alma σοφῦ.

Compoſuit: *Canones Metaphyſicos*. Philoſophiam Practicam: Theatrum Ethicum & Politicum. Notas in Marcum & Lucam (quae extant in Bibliis Vinar.) Concionnes funebres. Diſputationes in Gymnaſio Schleuſing. habitas ſuper Aug. Confeſſionem.

LX.

IOH. MICHAEL DILHERRVS

Cuius vita ſupr. in Claſſ. I. Theol. p. 150. depingitur.

LXI.

Zeiſoldus

IOHANNES ZEISOLDVS

Naſcitur.

LVcem primitus adſpexit in pago Gauren / Dioeceſeos *Rondeburgenſis*, in Ducatu *Altenburgico*, d. VII. Iul. A. C. MDXCIX. Pater ei fuit FABIANVS ZEISOLDVS, tum quidem Eccleſiae *Gaurenſis*, dein *Goelniceuſis* iuxta *Altenburgum*, Paſtor: Mater vero SIBYLLA, quae genita erat IACOBO CLAVDERO, per annos LIV. Paſtore Eccleſiae *Mosbacenſis* in Dioeceſi *Neuſta-*

ſtadiana ad *Orlam*, & ELISABETHA DIETSCHIA, quorum ille quartum atque octogeſimum vitae annum attigit; haec octogeſimum ſextum. Ab his parentibus ſuis pietati a tenera aetate aſſuefactus, rudimenta literarum ac Latini ſermonis domi poſuit vsque ad annum MDCXI. quo ad Scholam *Neuſtadienſem* ablegatus eſt, in qua ad quartum vsque annum vixit. Anno quartodecimo d. XVII. Dec. cum Praeceptore hucusque ſuo M. IOSEPHO CLAVDERO, ad obeundum Rectoris munus in ſchola *Altenburgenſi* euocato, a patre illuc deductus anno MDCXVIII. d. XXII. Iun. *Cygneam* miſſus, & celeberrimi Viri, Dn. M. IOH. ZECHENDORFFII, Scholae illius Rectoris manuductioni concreditus, Hebraeo praeſertim & Graeco ſermoni addiſcendo dedit operam. Inde *Salanam* acceſſit A. MDCXIX. Rectore Magnifico Dn. HENRICO HOFFMANNO, Mathematum Profeſſore Publ. Heic Praeceptoribus vſus Dn. MICHAELE WOLFFIO, Log. & Met. Prof. P. it. clariſſ. Viris, D. M. DANIELE STAHLIO & Dn. M. HIERON. PRAETORIO, tum quidem Collegii Philoſoph. Adiunctis, poſt Profeſſoribus celeberrimis, per annos tres cum dimidio Philoſophiae incubuit, ac tam publice quam priuatim diſputando ſaepius ingenium profectusque ſuos exploravit. Intra id tempus & Magiſtri titulo ac priuilegiis in-

Literis dat operam.

Cygneam mittitur.

Ienam venit.

Philoſophiae incumbit.

Diſputat.

Magiſter creatur.

insignitus est anno videlicet MDCXXII. d. VI. August. Decano ac Brabeuta D. SALOMONE GLASSIO, tum SS. Theol. Licentiato ac Lingg. Orientalium Profess. postea Theologo eximio & de Ecclesia reque literaria optime merito. Adulto vere anni proximi iussu parentis *Lipsiam* migrauit, ibique per annum integrum Theologiae nauauit operam ductu D. HENRICI HOEPFNERI. Elapso anno d. XXII. Apr. *Wittebergam* petiit, vbi non solum sacra studia continuauit auspiciis celeberrimorum ea aetate Theologorum D. BALTH. MEISNERI, & D. IAC. MARTINI; sed & in Philosophia docendo disputandoque studiosae iuuentuti pro virili sua inseruiit. Biennio illic exacto *Ienam* rediit, donatus annuo stipendio a Sereniſſimo *Saxoniae Duce*, IOHANNE PHILIPPO. Scholas ibi Philosophicas ipse instituit, & Theologorum, praesertim magni illius GERHARDI, priuatis scholis crebro interfuit. Aliquoties etiam eodem D. GERHARDO & D. IOH. HIMMELIO Praesidibus Cathedram Theologicam conscendit. Cumque anno MDCXXVII. d. XIII. Febr. fuisset inter Assessores Amplissimi Ordinis Philosophici cooptatus, variis Disputationibus Scriptisque in publicum editis omni studio connixus est, vt digne spartam illam ornaret. Anno MDCXXXIII. d. XIII. Dec. Professioni Publicae Naturalis Scientiae admo-

Lipsiam migrat.

Wittebergam.

Ienam redit.

Docet.

Disputat.

Assessor ordinis Philosoph.

Profess. Physic.

motus est, cui muneri, quanta cum industria praefuerit, quamque in id vnice incubuerit, vt *Aristotelica* Philosophia retineretur in scholis & Academiis & aduersus *Nouatores* asseretur, tot libri ab eo editi testantur. Anno MDCXXVI. animum ad matrimonium appulit, vxoremque duxit lectissimam tum virginem, BARBARAM CATHARINAM, Dn. IOHANNIS ENGELSCHAL, Senatoris Schlaizensis, filiam, cum qua nuptias ipsis Kalendis Martiis celebrauit. Primo matrimonii anno filiolum suscepit, cui paternum nomen in sacro baptismate impositum: sed is statim tertio post mense extinctus est. Reliquum coniugii tempus sterile fuit. Munus Rectoris academici ter gessit, primum a xv. Februar. vsque ad xi. August. anni MDCXXXVII. quo semestri spatio LVI. studiosos inscripsit, deinde a xiv. Febr. ad xiv. Aug. MDCXLV. CXXXIII. recepit, ac tandem a vi. Febr. MDCLI. vsque ad eiusdem anni vii. Aug. CCCIX. nouos ciues matriculae inseruit. Decani Ordinis Philosophici spartam ter ac decies sustinuit; totiesque Brabeuta partim sua voce, partim vicaria Collegae opera publice renunciauit Philosophiae Doctores siue Magistros numero ducentos. Anno MDCLIII. periculosis aliquot symptomatibus, maxime stupore apoplectico, correptus est, qui cum saepius recurreret postea, nec parum debilitaret vires corporis, verendum

Vxorem ducit.

Filiolus eius.

Rector Magnif.

Decanatq; eius.

Eius morbus.

Digitized by Google

dum erat, ne breui apoplexiae ipsi foret obnoxius. Id ille intuens, simul reputans, fractis viribus imparem se fore muneri, quod
Munere cedit. hucvsque strenue obierat, ne studiosae iuuentuti ea res fraudi foret, permissu *Serenissimorum academiae Nutritorum* cessit munere Ordinariae Professionis Physicae eidemque constituto salario; solo deinceps Honorarii Professoris titulo contentus. Nequevanus ille metus fuit, nam anno MDCLX. d. VII. Febr. nil eiuscemodi metuentem subito apoplexia oppressit prostrauitque. Quamuis autem validis adhibitis remediis eous-
Moritur. que conualuerit postea, vt egredi in publicum, vacare studiis &c. potuerit, vires tamen indies sunt imminutae infirmitatesque auctae, ita, vt A. C. MDCLXVII. mense Iun. plane extinctus eiusdem mensis die XXIX. humatus sit.

Elaborauit B. ZEISOLDVS seqq.

Librum *de anima.* Tract. *de Consensu & Dissensu Scriptorum Aristotelicorum cum Scriptura sacra. Pneumaticam generalem. Theoriam Corporis naturalis & principiorum eius essentialium. De absurditate & vanitate nouae Physices. Institutiones Physicas. Anthropologiam Physicam. Collegium Logicum. Theoriam principiorum Physicorum.* Disp. *de natura seminis. De Formarum substantiali productione & ortu. Sperlingium bifrontem. Examen Physicae eius-*

dem.

Digitized by Google

dem. Quodlibetum Sperlingianum. Traducem non traducem. De animae rationalis propagatione & productione. Processum disputandi Sperlingianum. Diatribas Historico-Elenchticas. Meditationes Physicas. De notitiis naturalibus. De anima prolis ab anima parentum. De Causis & Modo. De Formarum substantialium Physicarum natura & natiuo earundem producendi modo. De mixti generatione, temperamenti natura & mixtorum resolutione. &c.

LXII.

IOHANN. MVSAEVS

Vid. supra in Class. I. Theol. p. 168.

LXIII.

IOHANN. CHRISTFRIEDVS SAGITTARIVS

I. C. Sagittarius

Nascitur.

Vratislauiae Silesiorum d. XXVIII. Sept. A. O. R. MDCXVII. natus patre celeberrimo THOMA SAGITTARIO, I. V. Doctore, *Ienae* antea Professore Publico, tum vero Scholae *Elisabethanae* apud *Vratislauienses* Directore & reliquarum Inspectore, cu-

cuius gloriam nulla vnquam obliterabit obliuio: & matre MAGDALENA, ANDREAE CATHARI, Senatus & ciuium in Republ. *Halenſi Sax.* Oratoris & Aduocati, filia, duro admodum vitae initio vſus eſt. E laudatae enim matris vtero exanimi quam viuo ſimilior prodiit, foculi alicuius fomentis quaſi vitae reſtitutus. Vtriusque parentis, patris nempe quadriennis & matris vix ſexennis iacturam faciens ſub patrui, CASPARIS SAGITTARII, Scholae *Numburgenſis* Conrectoris & poſtea cum *Martinianae* apud *Vratislauienſes* tum Senatoriae apud *Lüneburgenſes* Rectoris, (cuius filius D. CASPAR SAGITTARIVS in illuſtri *Salana* Hiſtoriarum P. P. & Sereniſſimorum Saxoniae ex linea Erneſtina Ducum Hiſtoricus *Ienae* d. IX. Martii CIↃ IↃCXCIV. diem ſupremum obiit) nec non M. BARTHOLOMAEI SCHNELLII & M. LVDOVICI FIEDLERI diſciplina & manuductione iis proficiebat artibus, vt anno CIↃ IↃC XXXVI. qui academiam *Ienenſem* adiret, dignus haberetur. E pueri ſtatim aetate tam egregiarum dotium emicuerunt igniculi, creſcentibus annis indies maiora capientes incrementa. Inde omnibus fuit acceptiſſimus, quibuscunque potuit innoteſcere. In his omnino commemorandus eſt auguſtiſſimus AVGVSTVS, Dux *Brunſuicenſis* atque *Lüneburgenſis*. Ille Noſtrum aliquando in viridi adoleſcentia praeter opi-

Parentes amittit.

Studiis incumbit.

ni-

nionem *Brunſuici* conſpiciens ſecum in conclaue ſuum duxit, de variis rebus, latino vtens ſermone, rogauit, admiratusque honeſtae indolis ſingularitatem, erecti animi hilaritatem, viuidi vultus ingenuitatem, concinni ſermonis ſuauitatem, elegantioris modeſtiae grauitatem, pecuniario quodam munere exhibito, manuque ſua leniter admota iſtius capiti, dixit: *Tu clarus euades, magnis inſeruituru Principibus.*

Hoc vaticinium vt impleretur e Scholis in academiam laudatam ſe contulit, vbi in Philoſophicis audiuit Profeſſores excellentiſſimos HORSTIVM, STAHLIVM, ZEISOLDVM, SLEVOGTIVM, DILHERRVM. Huius inprimis beneuolentiam laudauit, ſaepenumero enim erga Noſtrum hanc adhibebat vocem: *Vtere me & meis.* Occaſionem hanc auide arripiebat SAGITTARIVS, & ſub eiusdem praeſidio anno CIↃ IↃCXXXVIII. menſe Aprili *de Ritu Nuptiarum* & anno CIↃ IↃCXLI. menſe Maio *de Notitia DEI modo non vno cum Gentilibus communicata*, publice diſputabat; In Theologicis vero Doctores celeberrimos, IO. MAIOREM, IO. GERHARDVM, IO. HIMMELIVM & SALOMONEM GLASSIVM. *Ienam venit.*

Anno CIↃ IↃCXLI. menſe Octobri *Curiam Variſcorum* venit, vbi Conrectoratu eſt functus vsque ad anni CIↃ IↃCXLIII. d. v. Iun. quo *Ienam* rediit & gubernacula ſcholae Senatoriae *Curiae Conrector conſtituitur.* *Rector Scholae Ienenſis.*

riae moderatus est. Eiusdem anni VIII. Maii ibidem publica Panegyri Philosophiae Magister est renunciatus, sicuti XXXI. Aug. CIↃ

Doctor Philos. & Theol. IↃCLII. SS. Theol. Doctor, praemissis examinibus consuetis, Lectione cursoria ex Rom. IX, 16. 18. & Disputatione inaugurali ex v. 19-23. capitis Rom. citati, Praeside D. IO. MVSAEO, P. P. XIX. Febr. habita. Anno

Profess. Hist. & Poës. CIↃ IↃCXLVI. XII. Aug. Professionem Historiarum & Poëseos suscepit, cui spartae legendo ac disputando praefuit vsque ad anni MDCLI. XVIII. Septembr. quo ad Ephoriam

Superint. Orlamund. *Orlamündanam* loco D. ENOCHI HIMMELII, Superintendentis, *Cizam* discedentis, se conferebat, vbi Ecclesiarum pariter ac scholarum vtilitati ex omnium voto consuluit, quod etiam Serenissimum Principem FRIDERICVM GVILIELMVM mouit, vt summi Theologi, D. MARTINI CASSE-

Superint. Gen. Altenburg. LII, Superintendentis Generalis, Concionatoris aulae primarii & S. Synedrii Assessoris *Altenburgi* beatè defuncti, Nostrum successorem constituerit. Anno igitur CIↃ IↃCLVI. Dom. XII. post Trinit. concione *Postillacia* in aede *S. Bartholomaei* habita atque vocatione impetrata d. XXXI. Octobr. *Altenburgum*

Altenburgum venit. se contulit, vbi concione inaugurali Dom. XXIII. post Trinit. habita perpetua laude dignum se gesit, quod Vir celeberrimus, CHRISTOPHORVS HEINRICVS LOEBERVS, Nostri quondam Collega, & post

Su-

Digitized by Google

Superint. *Orlamündanus* teſtatur, quando Hiſtoriae Eccleſ. Orlam. pag. 199. ita ſcribit: *Quanta cum dexteritate omnibus hiſce officiis praefuerit* (Sagittarius) *dici non poteſt. In ſpecie ſicut concionando, viſitando & aliis modis animarum ſalutem procurauit: ita etiam in reparandis templis & aliis aedibus ſacris ſingularem adhibuit induſtriam.* Et pag. 200. *Sicut Viro huic ſummum erat iudicium, & ſincerum ac indefeſſum pro ſalute Eccleſiae ſtudium: ita etiam, vt multa paucis complectar, erat commune quaſi repertorium, in quo omnes preſſi, praeprimis viduae & orphani, certum ſolatium & praeſidium, alii autem, praeſertim Eccleſiarum Miniſtri, quocunque in Caſu promtum & ſolidum conſilium inueniebant.*

Nec minori prudentia & induſtria domui ſuae praeerat, adiutorio gauiſus matronae pientiſſimae ANNAE MARIAE, M. PAVLI REINELII, Xenodochii *Cruciani* apud *Curienſes* Paſtoris & Reuerendi Capituli Senioris, filiae, d. xxi. Nou. anni MDCXLII. ſibi iunctae. *Coniugium eius.* Parens ex hac coniuge factus eſt quinque filiorum, nempe 1. IOANNIS CHRISTOPHORI, v. Febr. MDCXLVI. *Ienae* demortui. 2. PAVLI MARTINI, Philoſophiae Magiſtri, Lycei *Altenburg.* Rectoris primum, deinde Eccleſiaſtae Cathedralis & Sacri Synedrii Aſſeſſoris. 3. IO. GOTHOFREDI, d. xxiii. Decembr. anni MDCXLIX. denati. 4. IO. CHRIST- *Liberi eius.*

Digitized by Google

FRIEDI, Senatoris *Altenburgenſis*. 5. IO. CHRISTOPHORI, Iur. Studioſi, d. xx. Oct. MDCLXXXII. in coeleſtem patriam reuerſi: Et ſex filiarum, 1. CATHARINAE MARIAE, quae xxix. Octobr. MDCXLIII. animam DEO reddidit. 2. ANNAE MAGDALENAE, coniugis primum excellentiſſimi IO. ARNOLDI FRIDERICI, Philoſophiae & Med. Doctoris, nec non *Ienae* Anat. Botan. & Chirurg. Profeſſoris, ac deinde hoc mortuo viri conſultiſſimi ac nobiliſſimi FRIDERICI GOTTERI, I. V. D. Curiae Prouincialis Aduocati, Conſulis ac Syndici *Altenburgenſis*, II. Iul. MDCLXXXV. beate defunctae. 3. CATHARINAE MARIAE, celeberrimi quondam IO. CHRISTOPHORI HVNDESHAGENI, *Ienae* Profeſſoris Publ. vxoris VII. Maii MDCLXXVIII. mortuae. 4. MARIAE MAGDALENAE, quae fuit contoralis excellentisſimo IAC. WOLFFIO, Philoſ. & Medic. D. Acad. *Leopoldinae* Adiuncto & Profeſſ. Publ. *Ienenſi*. 5. *SVSANNAE MARIAE*, experientisſimi *IO. GEORGII GRÄBELII*, Med. D. & Practici *Dreſdenſis*, vxoris. 6. *DOROTHEAE MARIAE*, viro nobiliſſimo *DAVIDI HEINRICO BRANDIO* locatae.

Imbecillitas eius.

Viribus autem tot curis, laboribus, moleſtiis iuxta ac ſenio tandem exhauſtis ad beatam ἀνάλυσιν totus ſe componebat, inter alia dicere frequenter ſolitus: *Non amplius curo mun-*

mundum, curſus meus eſt conſummatus, me cepit taedium mundi & mundum mei &c. Tandem feſſus mari & ventis mundo valedicebat natus annos LXXI. ſept. XX. & dies tres. Id quod contingebat MDCLXXXIX. d. XIX. Febr. circa horam III. matutinam. Concionem funebrem habuit *M. IAC. DANIEL ERNST*, Archidiac. *Altenb.* κὴ νῦν ἐν ἁγίοις, Pſalmi LXXXIV. v. 6. 7. 8. explicans. Thema erat: Der gute Streiter JEſu Chriſti/ nach ſeinem Gemüthe/ nach ſeinem Verhalten/ nach ſeinem Seegen und Siegen. Inter praeclara ingenii monumenta extant: *Obitus.*

Lutherus innocens.
Logica ſacra.
Quaeſtiones Hiſtoricae.
Tractatus de ſancta ignorantia; it. de Nummis bracteatis.
Annotationes in *Arnoldi Clapmari* libros, de Arcanis Rerumpublicarum.
Hiſtoriae Biblicae.
De permiſsione diuina. *Altenb.* 4. 1661.
Haupt-Regiſter über Lutheri Teutſche Schrifften. *Altenburg.* 1661. f.
Der nützliche Weinberg und die grünende Hütte. ib. 4. 1671.
Schmertzliche Klag-Seule/ Herrn Chriſtiani, Hertzogs zu Sachſen. ib. 4. 1663.
Die ſeeligſte Kunſt/ aus Pſalm. XC, 12. *Alt.* 1658.

Wahrer Christen Ruhm und unfehlbahre Gnaden-Anwartung aus 2. Tim. IV, 7. 8. ib. 1666.

Wahrer Christen nützliche Lebens-Regeln ex Psalm. xxxvii, 3. seq.

Wahrer Christen sichere Schlaff-Stätte und Ruhe. *Altenb.* 1679.

Selectiores Dissertationes, quarum nomina sunt sequentia:

Myrtus venerea, s. de antiquo ritu nuptiarum. De notitia DEI modo non vno cum gentilibus communicata. An Hebraei nudis prorsus pedibus incesserint? De Foederibus. De Iure. Quanta sit Patrum in iis, quae fidei non sunt, autoritas? Dodecas Quaestionum Ethico-Politicarum. An noster Saluator cum consensu totius Collegii Hierosolymitani in numerum Sacerdotum Leuiticorum sit assumtus? De Origine salariorum & stipendiorum literatorum. De Censoribus. SS. Themistae summum Tribunal, s. de extrema prouocatione. De Principiis quibusdam actionum humanarum, spontaneo & inuito. De Dictatore Romano. De Legibus non scriptis. De Virtutibus homileticis. De Triumphis Romanorum. Speculum boni legati. De Beatitudine, quae est Philosophicae considerationis. De aequitate, Disp. duae. De Sale. De summo malo Disp. duae. De Carolo M. De Re-

pu-

publica optima Disp. duae. De Constantino M. De Religione. De Homagio. De Conscientia.

Otium *Ienense*, hoc est, variarum Observationum ac Commentationum Philologicarum & Philosophicarum, potissimum autem historicarum, liber singularis. *Ien.* 4. 1671.

Edidit etiam Biblia *Altenburg.* & Opera Lutheri.

Orationem panegyricam, quam in memoriam *B. SAGITTARII* X. Calend. Martii MDCXCIV. *M. IO. MÜLLERVS*, Ecclesiae *Altenburg.* Diaconus habuit, legat, cui volupe est, in Mem. Theologorum Magnifici *PIPPINGI*, Dec. 3. pag. 279. seqq.

LXIV.

IOHANNES FRISCHMVTHIVS

Frischmuthius

NAtus est *Werthemii* apud *Francos*, MDCXIX. d. XIV. Cal. Apr. patre *IOHANNE FRISCHMVTHIO*, artem pistoriam exercente: Matre *MARGARETHA BVTTELIA.* Incidit spatium nascendi memorabile simul educatioque in se-

Nascitur.

Educatio ius

ralia tempora, quibus cuncta ardebant bello in *Germania*; hanc tamen curam domi praecipue consumebant sui, vt rite praeparatus ad futura hominis Christiani officia in molli adhuc ac tenero cursu perciperet optima dicta, quibus deinceps vteretur, quotiescunque aut maius immineret periculum, aut insidiae essent cauendae improborum. Cum pestifera lues in vrbe *Wertheimensi* desaret funera, ac domum quoque *Frischmuthianam* corriperet, neque tum impeditus Nostet pensa quotidiana inter Commilitones absoluit, donec increscente periculo mater anxia & sollicita, voto concepto, illum ad auunculum ire iuberet *Reichenholzemum*, vt interea Pastoris opera ibidem proficeret. Redux factus praeter sententiam, orbatum se cernit omnibus in paternis aedibus, vt non nisi solus appareret, in miseria hac mox tutelae aliorum tradendus, qui illum ad priora rursus adstrinxerunt. Fideliter igitur iactis fundamentis, *Altdorfum* delato in *Noricis*, praesto fuit Deus, conciliato sibi ciue suo & amico, Polyhistore quondam magno, *CHRISTOPH. ADAMO RVPERTO*, cuius fidelitate ac studio multa praestabiliora percepit, multum profecit. Postquam autem intelligeret, magnitudinem sanctioris doctrinae potissimum augeri notitia Linguarum Orientalium, propterea coepit assectari Philologum celebrem *THEOD. HACKSPANIVM*, cu-

Altdorfum venit.

Linguas orientales excolit.

cuius fide ac dexteritate hausit, quod Heberi nepotes, quod praestantissimi Rabbini prodiderunt, quod Arabes, Chaldaei &c. intra penetralia doctae antiquitatis conclusere. Nouennium ibi pene subsiterat, & anno *MDCXXXIX.* Philosophiae Magister creatus fuerat, quando editis antea multis industriae solidae eruditionis ac spei maturae documentis in *Ienensem* virtutis atque cultus liberalis palaestram descenderet, munitus egregio vitae studiorumque testimonio a *GEORGIO KOENIGIO*, publico nomine scripto. Similiter adduxerat iuuenes aliquot, magnorum parentum filios, qui bonam institutionem ab eo petierant. Ab aduentu sensit celeriter doctos sibi fauentes, inprimis Theologum & Philologum insignem *IOH. TOB. MAIOREM*, qui Bibliothecam suam benigne aperuit, & libros rariores, quos ex itinere comparauerat, communicauit, vt adeo cuncta fluerent ex animi voluptate, nemoque properanti ad fortunae sedem refragaretur, inprimis post vtramque dissertationem, de *praeceptis Noachidarum*, in lucem emissam. Viuebat eo tempore in *Hanseaticarum* metropoli Theologus insignis, IOH. MüLLERVS, qui lectis his Dissertationibus FRISCHMVTHIVM vocabat in *Saxoniam*, dignum, qui Cathedram in Gymnasio frequenti ornaret. Sed *Ienenses* eum retinere malebant, & proximis honoribus admouere

Ienam se confert.

Disputat.

promittebant, si ad mediocre duntaxat interuallum scholae oppidanae recturam sustinuisset, quod & libentissime A. MDCXLVII. fecit, collata in se non multo post Professione Linguarum extraordinaria MDCXLIX. & mox np. MDCLII. Poëseos ordinaria. Tandem Poëtica Professione resignata, socero suo M. PAVLO SLEVOGTIO, Graecae & Oriental. Lingg. Prof. Publ. succedit. Coniugium iniit prius cum lectissima virgine ANNA MARIA SLEVOGTIA, quae prole vtriusque sexus foecunda ipsum duodecies fecit parentem, sed maior pars praemature discessit, quinque tantum post pia parentis fata superstitibus. Posterius matrimonium contraxit cum ornatissima foemina, MAGDALENA PASCASIA, quae & ipsa laeta in partu mater, nisi quod pignora citius auferrentur. Senex grandaeuus tandem ipse cum variis malis, cachexia scorbutica, pedum tumore ac viscerum infirmitate conflictatus viuere desiit anno aetatis LXIX. salut. vero MDCLXXXVII. d. XXIV. Aug. sepultus. Docendo, scribendo, disputando illustrauit Orientem, & id operam dedit praesertim, vt falsae explicationes recutitorum *de Messia* ex verbis diuinis & vaticiniis confutarentur, de quibus ipse FRISCHMVTHIVS peculiari indice, praemissa meditatione mortis paulo ante obitum egit.

Rector scholae Ien.

Prof. extraord.

Ordinar.

Coniugium eius

Moritur.

IO.

LXV.

IOHANNES ERNESTVS GERHARDVS

Deſcribitur in Claſſ. I. Theol. cuius vid. p. 188. ſeqq.

LXVI.

ERHARDVS WEIGELIVS

Weigelius

PAlatinus eſt, *Weidae* natus, ad *Nabum* amnem, in terris *Noricorum*, quae ab iisdem nomen vulgo retinent *Nordgouiae*, anno MDCXXV. d. XVI. Decembr. circa quartam matutinam. Parens ipſi fuit MICHAEL WEIGELIVS, Praefectus Eccleſiae reditibus ibidem; Mater ANNA WALTHIERIA. Facies tunc erat in patria triſtis, poſt motus *Bohemiae* nondum omni ex parte compoſitos. A. enim MDCXXVIII. propter Euangelii doctrinam parentes cum Noſtro coacti ſunt diſcedere *Wohnſideliam*, in vicinam vrbem, quae Marchionibus *Brandenburgenſibus* in *Voigtlandia* ſubdita eſt. Inter alumnos vixit ibi: quare *Ienae* benigne ſuſcepit eos, quos inde veniſſe nouerat beneficiis non indignos. Bonas ibi literas cum Mu-

Naſcitur.

Wohnſideliam diſcedit.

Eius ſtudia.

Musica didicit, ad quas colendas exempli suo stimulauit plures, quia DEO placet atque hominibus Musica cum literis coniuncta

Halam abit. *Halam* delatus est in *Saxoniam* an. MDCXLIV vt sub Rectore Gymnasii, *CHRISTIANO GVEINTZIO*, telam feliciter coeptam pertexeret, vbi praeter sententiam inuenit mul-

Fautores inuenit. tos sibi fauentes, & inter eos *BARTHOLOMAEVM SCHIMPFERVM*, Astrologum iuxta & Astronomum praeclarum, cuius libris & instrumentis Mathematicis liberaliter vti poterat, inprimis vero globis & mappis geographicis. Hic tanta complexus est Nostrum beneuolentia, vt cupidum discendi proueheret & omni re viam communiret ad vlteriora. Processit ita vltra communes lineas; quod tamen per calamitates publicas non sufficerent impensae, quibus in acade-

Wohnsideliam redit. mia viueret, rursum venit *Wohnsideliam*, & auctore *IOHANNE ELRODIO*, Archidiacono ibidem repetiit non tantum, quae in Matheſi didicerat; sed & maiora semper parauit subsidia futuris progressibus. Elapso

Halam reuertitur. spatio mediocri *Halam* rediit, & ostendit viris egregiis, quod neque stetisset in via, neque retro cessisset. Ante omnes vero post reditum sibi ita conciliauit *SCHIMPFERVM*, vt multa sibi ab aliis commissa Nostro perficienda crederet mandaretue. Haec dos in iuuene docto pellexit ex academia propinqua *Lipsiensi* quosdam bonarum litera-

rum

rum, inprimis vero ſtudioſos Matheſeos, vt *Halam* ſecederent per occaſionem, & a Noſtro diſcerent, antequam ipſe commigraret in academiam. Immo hi ipſi manum deinceps porrexere & opem, per quos ex voto ſubſiſtebat in alma *Philurea*, in qua Philoſophiae Magiſter MDCL. promotus per auditores non magis, quam ſcripta inclareſcebat. Ad eximiam eius eruditionem reſpiciebant *Sereniſſimi Nutritores* academiae *Ienenſis*, cum vocarent eum anno MDCLIII. in locum defuncti ſenioris Mathematici, *HENRICI HOFMANNI*, quem ornauit tam egregie per induſtriae ſpecimina, vt anno ſequenti alumnorum inſpectio, quam ita appellant, ei committeretur. Peculiare excogitauerat eo tempore Compendium tradendi notitiam aſtrorum per dies, imo per horas non adeo multas: quod Sereniſſimo Duci & ingeniorum aeſtimatori Clementiſſimo, *GVILIELMO, Saxo-Vinarienſi*, placuit ita, vt cum Noſtro immenſa coeli ſpatia peragraret, & cuncta ibidem non aliter, quam in ſede natiua contemplaretur. Ab hoc Mathematici aulici nomen & honorem adeptus eſt, ſicut a filio eiusdem, BERNHARDO, beatiſſimae recordationis Principe, ſalutato eſt Director artium architectonicarum ſupremus. Praeter tot virtutis ac doctrinae praemia quaſi in complementum acceſſerunt honores in aula *Caeſarea*, inque Palatina *Solisbacenſi*, in-

Docet alios.

Lipſiae ſtudet.

Magiſter Philoſ-

Profeſſor Ienae.

Inſpector alumnorum.

Compendium eius docendi.

Mathematicus aulicus.

Conſiliarius Caeſar. & Solisbac.

qua-

quarum vtraque munus Consiliarii datum est illi sine prensatione & ambitu. Non capit haec pagina beati *WEIGELII* merita in globis emendandis, in tubis opticis limandis & ad meliorem vsum expoliendis, in pancosmo exornando, ac pluribus aliis, quae per experimenta tot heroibus ac rerum peritis, in aedibus suis commonstrauit. Illud silentio transmitti haut debet, quod dissensum in tempore veteri & nouo, sicut vulgo loquuntur, ad consensum reducere omni contenderit opere: quodque Collegium artis Consultorum ad scientias & artes magis magisque excolendas in *Germania*, per supremae potestatis auspicia instaurare voluerit. Decanatu Philos. & Rectoratu saepius est functus. In reliquo vitae actu parem de se cultum & amoenitatem, qualem in studiis praebuit, in matrimonio praesertim, quod cum honesta matrona, *ELISABETHA HARTMANNIA*, nata *BAYERIA* contraxit: ex qua duplici prole auctus est foeminea, altera in ortu fere extincta, altera superstite, nobilissima foemina, *ANNA CATHARINA SPIEZIA*: cuius quoque filia, nobilissima foemina, SOPHIA CATHARINA HAMBERGERIA, excellentissimo aui Successori in matrimonium locata, cum tori pignoribus lectissimis, neptis ipsa cum pronepte ac pronepote, funus aui & proaui comitatae sunt. Morbus, cui tandem succubuit, tam vehemens ab initio

Merita eius.

Eius coniugium

Morbus.

tio non videbatur, nec tanto cum discrimine apparebat, quando autem medicus adhibuit manum, mox febris patuit continua, quae senem confecit admodum, omnesque vires debilitauit. Ipse contra animo promtus, alacris & bene praeparatus ad coelestia, mortem laetus excepit in terris, & XXI. Mart. MDCXCIX. placidissime exspirauit, cum vltra septuaginta tres annos vixisset ac munus academicum annis quadraginta sex cum magna nominis celebritate sustinuisset. Scripta B. WEIGELII sunt: *Obitus.*

In folio.

Der geschmückte Stern-Himmel.

Die Angabe des Collegii Artis Consultorum, oder Verzeichnus unterschiedener Kunsterfindungen. Regensp. 1698.

In Quarto.

Latina.

Analysis Aristotelica ex Euclide restituta. Ien. 1658.

Vniuersi corporis pansophici prodromus. Ien. 1672.

Methodi nou-antiquae in Collegio arithmetico-morali specimen alterum. Ien. 1673.

Physicae pansophicae specimen primum. Ien. 1673.

Corporis pansophici Pantologia. ib. 1673.

Tetractys summum tum arithmeticae tum Philosophiae discursiuae compendium artis magnae sciendi genuina radix. Ien. 1673.

Pen-

Digitized by Google

Pendulum ex Tetracty deductum. Ien. 1674. Diſp.
Memoria temporum. Ien. 1677.
Idea Matheſeos vniuerſae. ib. 1677.
De ſupputatione multitudinis. ibid. 1679. Diſp.
De veritate multitudinis. ib. 1679. Diſp.
Theodixis Pythagorica. ibid.
Theſes Philoſophico-Mathematicae. ib. 1671. Diſp.
Coſmologia. ib. 1695.
In laudem Studioſorum Ienenſium Oratio. ibid. 1695.
Error decumanus in docendis virtutibus commiſſus. Hagae Comit. 1691.
Diſpoſitio Collegii Artis Conſultorum.
De libra Diſp.
Geoſcopia Selenitarum.
Diſſertationes II. de Corpore.
Pancoſmi & Chronometri deſcriptio.
De aeſtimatione grauium.
De Tempore Diſp. Lipſiae.
Diſpp. de natura Logicae. De ratione ſtatus. De Cometa nouo. De genuino ſocietatis ciuilis ſcopo. De aſcenſionibus & deſcenſionibus aſtronomicis. De exiſtentia. De modo exiſtentiae. Coeli facies heraldica. Norimberg.
Farrago Quaeſtionum Politicarum. Lipſiae.
Synopſis Iurisprudentiae mnemoneutica. Francof. & Ienae, 1669.

Diſp.

Digitized by Google

Disp. de dierum quantitate. Lipſ. de Iureiurando. De Quantitate motus grauium.

In Quarto.

Germanica:

Himmels-Spiegel. Ien. 1661.
Fortſetzung des Himmels-Spiegels. 1665.
Zeit-Spiegel. ibid. 1664. Erd-Spiegel. ibid. 1665.
Vorſtellung der Kunſt und Handwerck / nebſt einem Begriff des Mechaniſchen Heb- und Rüſt-Zeugs. Ien. 1672.
Neu erfundener Reiße-Rath. Ien. 1672.
Unmaßgeblicher Vorſchlag zur Rettung in Feuer-Gefahr. ib. 1672.
Die Fried- und Nutz-bringende Kunſt-Weißheit. ibid. 1673.
Feld-Kutſche. ibid. 1673. Würckliche Probe der Feld-Kutſche. ibid. 1674.
Arithmetiſche Beſchreibung der Moral-Weißheit. ib. 1674.
Himmels-Zeiger der Bedeutung aller Dinge dieſer Welt. ib. 1681.
Fortſetzung des Himmels-Zeigers. ibid. 1681.
Unmaßgebliche Mathematiſche Vorſchläge / betreffend einige Grundſtücke des gemeinen Weſens / nebſt einem kurtzen Entwurff der Kunſt- und Tugend-Lehre. Ien. 1681.
Von der Würckung des Gemüths / ſo man das Rechnen heiſt. ib. 1684.

Kurtze

Kurtze Relation von dem nunmehr zur Probe gebrachten Mathematischen Vorschlag der Kunst- und Tugend-Information. ib. 1684.

Der durch angestellte Probe allerleichteste Vorschlag/ wie ohne Veränderung der bißherigen Schulen der Grund aller Kunst und Tugend / nechst der Lateinischen Sprache auch den kleinesten Kindern einzuflößen. Ien. 1684.

Die Execution des allerleichtesten Vorschlags. Ien. 1685.

Specimen deliberationis Mathematicae, d. i. rechenschafftlicher Beweiß u. Forschung/ daß Krieg/ Pest und Theurung bey den Christen vornehmlich daher kommen/ daß die Tugenden in Schulen nicht so sehr / als Latein / getrieben werden. ibid. 1685.

Wegweiser zu der Unterweisungs-Kunst nicht nur des Verstandes/ sondern auch des Willens. ib. 1688.

Der Europäische Wappen-Himmel recommendiret die neue zum Versuch schon wohl probirte Freuden- Lehr- und Tugend-Schule. ib. 1688.

Extractio Radicis, oder Wurtzelzug des so schlechten Christen-Stats. Ien. 1689.

Auflösung des militar-Problematis: Warum doch der Türcke denen Christen nunmehr weichen müsse. 1689.

Von

Von der Nothwendigkeit der Angewöhnung deſſen/ was man in gerechter Maaß und Weiſe zu thun hat/ nebſt einer kurtzen Relation, wie weit es mit der Kunſt- und Tugend-Schule kommen ſey. Ien. 1691.

Ausgerechnete Fortifications-Taffeln zum Grund der Kunſt/ welche alle neue Moden praeſupponiren. Ien. 1692.

Conſpectus ſapientiae plenarius mit einer Aufmunterung der Teutſchen zu Kunſt-Erfindungen. Ien. 1695.

Kurtze Beſchreibung der prächtigen Solennität in China bey Uberreichung der Calender an daſigen Käyſer. ib. 1696.

Vorrede zur Aufmunterung der Teutſchen Kunſtergebenen. ib. 1696.

Unmaßgeblicher Vorſchlag zur Zeit-Vereinigung. Regenſp. 1697.

Rechenſchafftliches Verzeichnüs des großen Nutzens eines Coll. Artis Conſultorum im Röm. Reich. ibid. 1697.

Extract aus der Himmels-Kunſt. Ien. 1698.

Rechenſchafftl. General Prognoſticon auf künfftige Zeiten. ibid. 1698.

Kurtze Relation, wie die Chaldäiſche Wahrſagerey ſich in die Calender der Chriſten eingeflochten. Nürnberg/ 1698.

Vortrab des gemeinſchafftlichen Chriſten-Calenders. Ien. 1699.

Quartaliſche Vorbereitung des 1699. Jahres. Jena.

Frühlings-Quartal des 1699. Jahres. Jena.

Unmaßgebl. Gutachten/ wie die Eltern und Verpfleger der Kinder sich zu Hauß verhalten sollen.

Rechenschafftliches Verzeichnüs des großen Nutzens durch Bestellung eines Collegii Artis Consultorum von erwehlten je zweyen Artisten ꝛc.

Eigentlicher Bericht vom Collegio Artis Consultorum.

Pendulum polychrestum, eine Schwebefahrt zu vielerley Nutzen.

Von der Vortreflichkeit und Nutzbarkeit der Mathematischen Philosophie gegen der Scholastischen u. Cartesianischen. Ien. 1693.

Tertius interueniens mit einem allgemeinen Friedens-Mittel. Jena.

Unmaßgebender Vorschlag zur Verbesserung der Tugend-Ubung.

Ungefahrer Auffatz/ wie die Information der Christen-Kinder anzustellen.

Paedagogia ad habitum sapientiae, Handlangung zur Weißheit.

Beschreibung der verbesserten Himels- und Erd-Globen. Ien. 1681.

Ober- und Unter-Welt.

Eintheilung der Kunst und Künstbesorger.

Wasser-Schatz zur Rettung in Feuers-Gefahr.

Neuerfundener Haußrath.

In

In octauo.

Latina.

Sphaerica Euclidea methodo conſcripta, cum deſcriptione & vſu Globorum Heraldicorum & Pancoſmi. Ien. 1688.

Philoſophia Mathematica, Theologia Naturalis ſolida, per ſingulas ſcientias continuata totius artis inueniendae prima ſtamina complectens. ib. 1693.

Compendium Logiſticae, praemiſſa doctrina de tribus mentis Operationibus in computando, quibus latens veritas eruitur. Ienae, 1691.

Globorum correctorum & perpetuorum nouiſſima deſcriptio & vſus, curante M. Io. Gauppio. Ien. 1690.

Genealogia Matheſeos cum arbore conſanguinitatis &c. Ien. 1691.

Paedagogiae Mathematicae ad praxin pietatis fundamenta & principia. Coburgi, 1694.

In octauo.

Germanica.

Wieneriſcher Tugend-Spiegel / nebſt einer Mathematiſchen Demonſtration von GOTT wider alle Atheiſten / worauf ſich die Tugend-übende Rechen-Kunſt gründet. Nürnberg / 1687.

Globi coeleſtes & terreſtres correcti & perpetui, oder kurtze Beſchreibung der cor-

rigirten und immerwährenden Himels- und Erd-Globen. Ien. 1691.

Der Gebrauch der verbesserten und immerwährenden Globorum.

Kurtze Designation der nutzbaren Vortrefflichkeit Heraldischer Himmels-Globen. 1696.

Die Recommendation der uhralten durch die recommendation der corrigirten Himmels-Globen sehr erleuchtete Wissenschafft der Sternen.

Die Cron aller Tugenden und Academischen Exercitien ist die Angewehnung der Tugend-Wirckung. 1696.

Astrognosia extemporanea.

LXVII.

Posnerus

CASPAR POSNERVS

Nascitur.

LVcem primitus adspexit *Gerae*, *Ruthenicorum* Comitum vrbe celeberrima, d. XI. Maii anno MDCXXVI. natus patre nobilissimo amplissimoque Viro CORBINIANO POSNERO, *Geranae* Dynastiae & aerarii *Ruthenici* Praefecto spectatissimo: Matre vero CATHARINA, ingentis exempli foemina, Dn. IO. ALBERTI, *Ruthenicarum* ditionum, *Lobensteinensis* primum,

Praeceptoribus traditur.

mum, poſtea *Slaizenſis* Praefecti, filia. Mature tradebatur magiſtris dexterrimis, quorum inſtructione breui tantum proficiebat, vt cum fructu eximio ad illuſtre Gymnaſium *Geranum* transferretur, ſub Rectoris perce- lebris GOTHOFRIEDI LINDEMVTHII ductu linguarum artiumque variarum ſpatia confecturus. Anno aetatis decimo octauo nutu conſilioque virorum ſapientiſſimorum, auunculi ſui ſumme venerandi IO. ALBERTI, ICti & Cancellarii *Ruthenici* per quinquaginta annos meritiſſimi, nec non fratris ſui natu maxumi, IO. POSNERI, ICti & Conſiliarii *Ruthenorum* illuſtriſſimorum aulici (parentes enim iam amiſerat) in academiam *Ienenſem* veniebat. Nactus hunc campum in omne ſcientiarum Philoſophicarum genus laetiſſimo impetu excurrit, STAHLII inprimis & affinis hoſpitisque ſui ZEISOLDI Profeſſorum Publ. informatione ſolidiſſima vſus. Eos profectus incomparabili ſua induſtria conſecutus erat, vt vix quartum vitae academicae annum agens, arduum illud inter *Wittebergenſes* & *Ienenſes* ſuper origine animae exortum certamen ſimul iniret, magnisque viris, qui de nouelli huiusmilitis alacritate Muſarum caſtris gratulabantur, aſſociatus, animoſe pro veritate ſcriberet pariter ac in palaeſtris publicis diſſereret. Merebatur hiſce fortiſſimis pugnis Philoſophicam lauream, cui etiam d. x. Auguſti anni

Gymnaſium frequentat.

Ienam venit.

Eius Praeceptores & Profectus.

Magiſter Philoſoph. creatur.

MDCXLVIII. obtentae tot doctiſſimae ab ipſo poſt concinnatae Diſputationes ornamentum illuſtrius conciliabant. Sic igitur neceſſariis ſolidioris Philoſophiae praeſidiis communitus in medicinae ſtudium alacriter incumbebat, ROLFINCIOS, MOEBIOS, SCHELHAMMEROS aſſiduitate incredibili aſſectatus id eſt aſſecutus, vt in medicinae Candidatorum, ſtudia aemulantium, coetu haberetur eruditiſſimus, & Doctorandi titulum cum maximo omnium applauſu reportaret. Eminentiſſimo hoc virtutum ſuarum decore eam apud *Ienenſes* pariter & exteros exiſtimationem ſibi parauerat, vt non tantum ad Phyſicae iuxta ac Medicinae Profeſſionem Ordinariam in *Rinthelienſi* academia obeundam; ſed & ad alia amplisſima munia alibi capeſſenda vice haud vna magnopere ſolicitaretur. Verum enim vero cum & academiae *Ienenſis* eximia flagraret charitate & Patronorum maximorum, illuſtris potiſſimum THOMAE, ICti & Cancellarii *Saxo-Altenburgenſis* auctoritate *Ienenſes* intra palaeſtras retineretur, academicam ſpartam ibidem expectare viſum fuit. Cuius ſpei explementum paulo poſt adeptus eſt, quando anno MDCLIV. ad extraordinariam annuoque MDCLVI. ad ordinariam Phyſices Profeſſionem a Serenisſimis Vniuerſitatis *Salanae* NVTRITORIBVS clementisſime euocabatur. Solenniter igitur introductus non docendo tan-

Medicis dat operam.

Medic. Candid.

Ad officia publica inuitatur

Ienae Profeſſ. Phyſ. conſtituitur.

tantum, ſed & conſiliis ratione prudentibus iuxta ac euentu felicibus multisque laboribus aliis pro publico exantlatis totam academiam ſibi vehementer obſtrinxit. Rectoratu academico ter, Decani vero munere ſua in Facultate vicies prudentiſsime eſt perfunctus. Praeterea admiratione digni iudicantur labores improbi in Comitiis Prouinciali-bus *Altenburgenſibus*, *Vinarienſibus*, *Ienenſibus*, quae ipſe tot annis Praelatorum perſonam gerens frequentauit, ad academiae decus exhauſti. Statum eius domeſticum quod attinet, primum duxerat vxorem elegantia formaemorumque honeſtate praeſtantem virginem ANNAM MAGDALENAM FRANKIAM, DAVIDIS FRANCKII, Pharmacopolae aulici & Senatoris *Gerani* filiam, atque ex ea praeter ſeptem illa, quae morte ſtatim abripiebantur, pignora ſuſcepit filiam MAGDALENAM SOPHIAM, clariſsimo Viro M. IO. HENRICO KROMAYERO, Portenſis ſcholae Collegae optime merito nuptam, nunc autem beatam. Rupto iſthoc matrimonio inſtaurabat alterum, nuptiis ſibi adiuncta CATHARINA DOROTHEA ZOPFIA, Viri excellentiſsimi, IO. CASPARIS ZOPFII, Superintendentis *Ruthenici*, inque Conſiſtorio *Gerano* Aſſeſſoris ac in Gymnaſio Profeſſoris Theologiae grauiſsimi, filiam, quae poſthac abſolutum matronae exemplum exhibuit, Noſtrum ea ſobole pa-

Rector & Decanus.

Comitia prouinc. frequentat.

Matrimonium eius prius.

Poſterius.

tentem fecit, quam genuisse poenitere nunquam posset. Nupsit enim altera filia, CATHARINA SVSANNA, summe reuerendo & excellentissimo Viro, IOHANNI FRANCISCO BVDDEO, Professori Publ. Ordin. quondam Moralium Ciuiliumque in *Hallensi* Vniuersitate, hodie vero Sacrae Theologiae Doctori & Professori Publ. in *Salana* celeberrimo: altera vero foemina ornatissima viro GEORGIO RVDOLPHO BÖHMIO, I. V. Lic. inque Electorali Regimine *Magdeburgico* iuxta ac *Hallensi* quondam Aduocato Ordinario, hodie Consuli *Bielitzensi*. Filius natu maximus est vir excellentissimus, IOHANNES CASPARVS, quondam Physicae, hodie vero Eloquentiae Profess. Publ. Ord. beati parentis aemulo felicissimus; Iunior vero FRIEDEMANNVS, antea in Illustrissimi Comitis de *Tättenbach* aula Secretarii, iam vero in aula *Arnstadiensi* Consiliarii partes sustinens. Dignus profecto erat Noster, quem nullus acerbioris sortis impetus pulsaret: sed ingens A.C. MDCXCVII. ipsum affligebat clades, dolorque vehemens mirum in modum confundebat ac enecabat fere, cum dulcissima coniux d. XIII. Mart. subito fato a complexu ipsius diuelleretur, ex eo enim tempore animi subinde lugentis aegritudo in corpus haud vnum mali genus inuexit. Inprimis morbilli corporis vires adeo infregerunt, vt tussis posthac vehementior & dispnoea

Liberi eius.

Altera vxor moritur.

Aegrot. & ipse.

pnoea iugiter ingruerent. Opponebantur quidem ſtrenua remedia, inprimis illuſtris WEDELII, quae malorum illorum vim ad hoc laxabant, vt in publicum prodire valeret; anno tamen MDCC. eadem mala grauius aucta tanto impetu ſaeuiebant, vt in emortualis lecti anguſtias prorſus compellerent; Se igitur ad excipiendum fortiter extremum mortis impetum componens aduocari iubebat Februarii die decimo tertio ſumme reuerendum Dn. MICHAELEM ZüLICHIVM, *Ienae* tum Concionatorem oppidanum & Conſiſtorii Ducalis Aſſeſſorem, hodie vero SS. Theol. Doct. Conſiliarium Eccleſ. *Saxo-Iſenac.* Conſiſtorii Aſſeſſorem, Superintend. & Paſtorem Prim. atque impetrata erratorum venia ſacram coenam maximo cum pietatis affectu vſurpabat, id vnum ſummopere optare ſe profeſſus, vt ea ipſa hora vna cum Seruatore ſuo patiente in paradiſum commeare ſibi liceret. Idem vouebat, cum excellentiſſimus Dn. IOHANNES WEISSENBORNIVS, SS. Theolog. Doctor, Conſiliarius *Saxo-Iſenacenſis* Eccleſiaſticus, *Ienenſium* Superint. & Paſtor primarius grauiſſimus, accederet, accommodata ſolatii argumenta opportune ſuggerens, cuius voti etiam compos reddebatur Cal. Martii A. C. MDCC. Corpus exanime ſequenti Dominica Reminiſcere terrae mandabatur.

Ad beatam ἀνάλυσιν ſe praeparat.

Moritur.

Typis exscribi curauit B. POSNERVS:

Tabulas Propaedeuticas, ad Physicam spectantes.

Tabulas Geneanthropologicas.

Tabulas Physicas in Partem generalem Physicae.

Danielis Stahlii Notas & animaduersiones in Compendium Dialectices *Conr. Horneii*, primum nunc ex B. autoris Autographo editas. Ien. 8. 1656.

Disputationes Physicas quamplurimas, vt: de Chylo in corporibus hominum. 1666. De Circulo, s. circulari probatione. 1670. De Coelo empyraeo. 1663. De ignium generatione & huius variis modis. 1678. &c.

IO-

Digitized by Google

LXIIX.

IOHANNES ANDREAS BOSIVS

Bosius

NAtus *Lipsiae* d. XXVII. Iun. anno Chr. MDCXXVI. patrem habuit PAVLVM BOSIVM, Gemmarium: Matrem vero CATHARINAM, Dn. ZACHARIAE SCHILTERI, SS. Theol. D. & Prof. Publ. ex fratre ANDREA neptem. Quantum operae laudati parentes in filio suo bene educando posuerint, vel hinc manifestum est, quod anno MDCXLI. adeoque vix dum expleto anno aetatis suae decimo quinto in patria academia, Decano tunc spectabili Dn. ANDREA RIVINO, primam Philosoph. lauream obtinuit. Deinde Lectiones publicas frequentauit trium Virorum eruditissimorum Dn. MVLLERI, RIVINI & CONRADI BAVARI, quibus multa se debere saepissime fassus est, quorum ille Geometriam suam Philosophiae *Vogelianae* suffixam, iste Epigrammata quaedam vetera, hic Homerum publice praelegebant. Tunc etiam Theses nonnullas *de Sono* conscripsit & publice eas praesidendo defendit. Commorabatur tum *Lipsiae* M. IO. KLINGERVS, Vir a varia eruditione informandique dexteritate nominatissimus, cuius fidei nouellum hunc studiosum oblato mineruali pa-

Nascitur.

Philos. Baccal. laureus.

Discipulus Klingeri.

ter

ter concredidit. A. Chr. MDCXLIII. quo eximius ille ſtudiorum Moderator, res ſuas ſibi in poſterum vnice curandas cauſatus, aegre quidem, at grate ab vtroque, patre & filio, dimiſſus eſt, in academiam *Wittenbergenſem* Noſter veniebat, Rectore Dn. CONRADO VICTORE SCHNEIDERO, Phil. & Med. D. & Prof. Publ. vbi a clariſſimo viro, Dn. BALTHASARE CELLARIO obtinebat, vt ſe ſibi ſocium muſei adſciſceret; deinde vero cum idem CELLARIVS *Witteberga* migraret, Dn. M. IOH. CHRISTOPHORI SELDII, tunc Adiuncti *Wittebergenſis* Facultatis Philoſ. contubernium iniuit. Ibi in ſuccum & ſanguinem conuertit, quae ex publicis Praelectionibus celeberrimorum Virorum, AVGVSTI BVCHNERI, IOH. SPERLINGII & NICOLAI POMPEII ſibi annotauerat. Cum ex *Klingeriana* inſtitutione ad ſtudium Eloquentiae incenſus eſſet & ab illo quidem dicendi praecepta, ab iſto vero rerum naturalium notitiam quotidie hauriret, gnarus a Matheſi, cui iam in patria vacarat, haud leuiter perfici Oratoriam poſſe, neque huius doctrinam negligebat percipere, quae Geometrica tum erat. A. C. MDCXLV. circiter autumnum domum reuerſus non inuito parente ſummos in Philoſophia honores petere propoſuit. Id vero faciendi cum copia nondum eſſet, interim e ſupra memoratis Viris Dn. MVLLE-

Wittebergam abit.

Lipſiam reuertitur.

LERVM & Dn. RIVINVM audiebat, (tertius enim CONRADVS BAVARVS e viuis excesserat) illum Matheseos vniuersa capita, hunc Horatii librum *de arte poëtica* explicantem. Ibidem d. XXIX. Ian. anni MDCXLVI. postquam sub praesidio D. RIVINI Disputationem *de aestu marino eiusque nominibus tam antiquis quam recentioribus* exquisite conscriptam e publica cathedra defenderat: vna cum reliquis Competitoribus bonarum artium Magister publice renunciatus est. Anno seq. MDCXLVII. *Argentinam* se contulit, vt & isthinc variam suam augeret doctrinam, vbi Viros celeberrimos, DANHAVERVM, SCHMIDIVM & DORSCHEVM in Theologiae & Ecclesiasticarum antiquitatum studio, BOECLERVM vero in profana Historia & ciuili prudentia per quadriennium secutus est. Ibidem diutius haesurus erat ob commodam occasionem in *Italica*, *Hispanica*, *Gallica* & *Anglica* lingua, quarum singularum fundamenta iecerat, multum proficiendi, indeque in ipsas terras, quarum sunt illae linguae, excursurus; sed citius opinione a patre reuocabatur. In patriam igitur reuersus priuatim scholas, publice Disputationes habuit, inter quas sunt duae doctissimae diatribae de *maculis solaribus*, quibus Assessuram, quam *Lipsiae* vocant, in incluta Facultate Philosophica rite A.MDCLV. obtinuit, adeoque integro post biennio, quam

Disputat.

Magister renunciatur.

Argentinae studet.

In patriam reuocatur.

Disputat.

Assessor Facultatis Philosoph. constituitur.

quam in Collegio *Gelliano*, quod ibidem eſt, commodum locum ad ampliſſimam ſibi gloriam acquirendam nactus eſſet. Poſitis igitur per Aſſeſſuram ad maiores dignitates auſpicatiſſimis initiis, ſedem ſuam plerisque videbatur Noſter in patria fixurus; at diuino Numini benigne placuit, vt anno MDCLVI. in academiam *Ienenſem* ad Hiſtoriarum Profeſſionem euocaretur. Ibi ſtudioſis ſuam operam in tradenda omnis generis, inprimis Eccleſiaſtica Hiſtoria ſic probauit, vt gliſcens eius fama indies nouis laudibus longe lateque amplificaretur; Dominis vero Collegis ſuis in confirmanda amicitia admirabilis modeſtiae fideique dabat plurima ſpecimina. Neque alius temporibus inſecutis fuit, etiamſi inualetudinem interdum tulerit. Reliquam diligentiam cum ad propria ſcripta, tum ad aliorum edenda, maxime vero ad autores quosdam veteres illuſtrandos vtiliter contulit. Sic notum eſt, eum GEORGII SYNCELLI, NICEPHORI *Conſtantinopolitani*, & THEOPHANIS Chronographias, GENESII *Hiſtoriam rerum ab initio Leonis Armenii* vsque ad exceſſum BASILII *Macedonis* geſtarum iuſſu CONSTANTINI *Porphyrogeniti* ante annos quaſi DCC. conſcriptam, quam anno MDCLII. e MS. membranaceo *Lipſienſis* Bibliothecae Collegii *Paulini* ſua manu deſcripſerat, & anonymi Chronicon ab edito *Vrſpergenſis* non multum differens ſimi-

Ienae Profeſſor Publ. Hiſtoriarum.

Induſtria eius ſtudioſis, Collegis,

Omnibus probata.

similiter e MS. membranaceo, at *Ienensis* Bibliothecae & adhuc describendum suis animaduersionibus augere adornareque instituisse. In IOSEPHI autem antiquitatum Iudaicarum scriptoris Opera ad fidem veterum MSS. Codd. emendanda & notis illustranda non minus incubuit. Tot codicibus obruto mox alius MS. ex Bibliotheca *Schleusingensi*, iisque Graecus & chartaceus vna cum literis amantissime scriptis transmissus est a perillustri Dn. VITO LVDOVICO a SECKENDORFF, aeque singulari doctrina & prudentia plerosque sui ordinis praestante atque summa dignitate in aula *Cizensi* eminente. Allati & alii multi Codd. MSS. tam Graeci quam Latini ex *Augustana*, modo dicta *Lipsiensi* Paulina, & *Norimbergensi* instructissimis Bibliothecis, & alius MS. membranaceus aestimabilis vetustatis, sed Latinus, ex illustri *Portensi* schola, vt viros clarissimos taceamus, qui causa illius laboris, quae potuerunt, promtissime fecerunt. Interea Decanatum quinquies, Rectoratum semel, vtrumque maxima cum laude gesit, e quibus ei Decanatus vltimus ad mortem fatalis, Rectoratus, qui in annum Christi MDCLXI. incidit, ob Pennalismum tum proscribendum & profligandum summe laboriosus & molestus fuit. Denique notandum est, quod & Disquirentium Societas sub eius auspiciis A.MDCLXXII. coaluerit. Matrimonium iniit A.MDCLXIV.

Historiae Iosephi illustrator.

Decanatu & Rectoratu fungitur.

Matrimonium eius. d. XXXI. Octobr. cum matrona omnibus virtutibus ornata ANNA BARBARA CVMMERIA, Dn. ERASMI VNGEPAVERI, ICti & Anteceſſoris *Ienenſis* priuigna, ac B. M. IO. HOFFMANNI, SS. Theol. Cand. & Eccleſiaſtae *Quedlinburg.* aulici, nec non Conſiſtorii Aſſeſſoris, vidua, cum qua amantisſime & pacatisſime, ſine prole tamen, vixit. *Morbus.* Tandem quod morbum & mortem Noſtri attinet, arthritis vaga ſcorbutica iam a longo tempore vires eius adeo fregit, vt quemadmodum ſpes nulla integrae valetudinis recipiendae apparuit in ipſo; ſic ſingulis annis minimum ſemel decubuit, ac remediis fruſtra adhibitis d. XXIX. April. anno Chriſti *Obitus.* MDCLXXIV. aet. XLVIII. animam ſuam ſacris myſteriis expiatam Deo commendauit atque in Saluatore ſuo placide obdormiuit.

Scripta. Inter ſcripta *Boſiana* elucent ſeqq.

Ortus, educatio & ſtudia Iulii Agricolae, Scriptore Cornelio Tacito, cum notis & gloſſario. Ien. 4. 1656.

De ſignificatu Cometarum Diſſertationes & iudicia doctorum hominum, collecta, emendata &c. ibid. 4. 1665.

Exercitatio Philolog. ad II. Ep. ad Tim. II, 22. ibid. 4. 1660. 1673.

Schediaſma de comparanda notitia Scriptorum Eccleſiaſticorum. ib. 4. 1673.

Cor-

Digitized by Google

Cornelius Nepos cum annotationibus. ibid. 8. 1673.

Introductio generalis in notitiam rerumpublicarum orbis vniuersi. Accedunt eiusd. Dissertationes de statu Europae. ib. 4. 1676.

Dissertationes Isagogicae de comparanda prudentia, iuxta & eloquentia ciuili, deque libris & Scriptoribus ad eam rem aptis. ibid. 4. 1676.

Disput. de Coronarum gestatione; de maris reciproca aestuatione & de Nauta; de aestu marino; de imperio Turcico; de Ara ignoti Dei; de Sono; de iuuenilibus concupiscentiis; de Clinicis Ecclesiae veterum; in Periocham Flauii Iosephi; de Iesu Christo; de Ostracismo; de Pontificatu max. Imperatorum Romanorum; de Iuuenta cruce Dominica narrationes veterum; de Veterum adoratione; Characteres beatae reip. e proaemio vitae Agricolae a Corn. Tacito scriptae &c.

LXIX.

SEVERVS CHRISTOPHORVS OLPIVS

Olpius

Sennaci in lucem editus est d. XXII. Oct. A. C. MDCXXVII. Patre perquam reuerendo CHRISTOPHORO OLPIO, *Nascitur.*

Ecclesiae *Isennacensis* Archidiacono quondam dignissimo: Matre MARGARETHA, M. VALENTINI WEINRICHII, Grammatici celeberrimi, & scholae *Isennacensis* Rectoris filia, quorum cura a teneris statim pietati morumque honestati adsuetus, & aetate ineunte in schola patria bonis literis imbutus fuit, successu quidem felici; sed incendio vrbis miserabili infeliciter sufflaminato ac interrupto. Parentes enim ea communi calamitate facultatibus fere omnibus exuti de subministrandis ei sumtibus ad studiorum continuationem desperabant & iam tum arti cuidam illiberali & ignobili ipsum animo destinauerant, cum Dei peculiari prouidentia ab illustrissimo Comite ac Domino, Dn. GEORGIO, Burggrafio *Kirchbergensi &c.* Filiorum natu minorum Cubicularius expeteretur. Sed ea minime laboriosa functione otium nactus animum studiis liberalibus ipse rursum adiicere, & parentes quoque de studiis eius melius sperare coeperunt. Elapso igitur sesquianno functioni, cui, qua par erat fide & diligentia, praefuerat, parentibus non abnuentibus, valedixit, seque *Gotham* contulit in Gymnasio celebri studiorum telam continuaturus, vbi triennium substitit, Praeceptoribus vsus dexterrimis Dn. M. ANDREA REYHERO, Gymnasii Rectore & Dn. GEORGIO HESSO, eiusd. Conrectore. Anno Chr. MDCXLVI. Academiam *Ienensem* in-

Educatio eius.

Cubicularius fit.

Ad studia redit.

Gotham se confert.

Ienam.

Digitized by Google

inuisit & Doctores Philosophos pariter ac Theologos diligenter audiuit. Ex Philosophis inprimis audiuit viros excellentissimos Dn. PHILIPPVM HORSTIVM, scholas Ethicas; Dn. DAN. STAHLIVM, Logicam & Metaphysicam; Dn. PAVLVM SLEVOGTIVM, Ebraica; Dn. IOH. ZEISOLDVM, Physicam & Dn. IOH. CHRISTFRIEDVM SAGITTARIVM, tum Histor. Professorem Publicum, post SS. Theol. D. & Superintendentem *Saxo-Altenburg.* Generalem &c. Historiam vniuersalem tradentes. Duobus etiam STAHLII iam laudati Collegiis disputatoriis, Logico vni, alteri Metaphysico interfuit, in quibus opponendo respondendoque vires suas saepius non sine insigni fructu periclitatus est. In Theologia Praeceptores coluit viros summe reuerendos Dn. IOH. MAIOREM, Dn. GOTHOFREDVM CVNDISIVM, Dn. IOH. MVSAEVM & Dn. IOH. TOBIAM MAIOREM, SS. Theolog. Doctores celeberrimos, quorum ductu eos fecit progressus, vt laudato Dn. CVNDISIO Praeside disputationem *de Poenitentia* publice habuerit. Nec minores fuerunt progressus eius in Philosophia, sed tanti, vt anno MDCXLVII. ab amplissimo Philosophorum Ordine, memorato SLEVOGTIO Decano, summos in Philosophia honores consequeretur. Anno subsequente IOHANNIS GERHARDI, Theologi ce-

Disputat.

Magister creatur.

lebratiſſimi, duo natu minimi quidem, ſed virtutum paternarum aemuli filii, IOHANNES FRIDERICVS, poſtea SS. Theol Doctor & Superintendens *Eiſenbergenſis* & IOHANNES ANDREAS, poſt I. V. D. Comes Palat. Caeſ. Conſiliarius *Serueſtanus*, & Conſiſtorii, quod *Serueſtae*, Praeſes, curae & informationi ipſius commiſſi ſunt, ſucceſſu ita felici, vt quinquennio poſt optimae indolis ac ſpei iuuenes in almam *Leucoream* abituri ſub ipſius praeſidio Diſputationem Metaphyſicam cum auditorii applauſu habuerint. Ab eo tempore diſciplinas Philoſophicas plerasque Ampliſſimo Philoſophorum Ordine permittente, ſtudioſae iuuentutis bono, priuatos inter parietes tradidit, collegiis lectoriis ſubinde aliis diſputatoriis coniunctis. Haec OLPII dexteritas ſingularis Sereniſſimis *academiae Ienenſis* Nutritoribus calcar addidit, vt Profeſſiones publicas, primum quidem Poeſeos ordinariam & Moralium extraordinariam; deinde Moralium ordinariam clementiſſime ei demandarent. Sed non diu hanc ſpartam ornauit, Dei enim ſingulari prouidentia & Sereniſſ. Principis ac Domini, Dn. FRIDERICI WILHELMI, *Saxoniae* Ducis &c. voluntate clementiſſima, paulo poſt eam adeptam in locum Dn. IOH. CHRISTOPHORI SELDII, SS. Theol. D. & poſtea Superintendentis *Saxo-Coburgici*, *Römhildam* vocatus eſt. A. C. MDCLXVIII. a ſumme re-

Gerhardos informat.

Collegia aperit.

Profeſſor Publ. audit.

Superint. Römhild.

ue-

verenda Facultate Theol. *Ienenſi* honorem Doctoralem ſibi conferri, modeſte petiit, quam etiam conſuetis ſpeciminibus laudabiliter editis, eſt conſecutus. *Rombildae* denique diem ſupremum obiit menſe Ianuario anno Chr. MDCLXXIII. aetat. XLVII. *Doctor Theol.* *Moritur.*

Diuulgauit *Paſtorii aulicum inculpatum. Diſſp. de Conſcientia errovea, circa Deum ex lumine naturae cognoſcibilem; de poteſtate circa Sacram; de Anti-Chriſto, Hilario a S. Anaſtaſio, Carmelitae oppoſitam. &c.*

LXX.

FRIDEMANNVS BECHMANNVS

Depictus pag. 201. & ſeqq. Claſſ. I. Theol.

LXXI.

GOTHOFREDVS ZAPFFIVS

Zapfius

Naſcitur.

Parentes eius.

ERffurti, celeberrima *Thuringiae* metropoli natus eſt A. C. MDCXXXV. d. IV. Maii. Patre Viro ſumme reuerendo, Dn. NICOLAO ZAPFIO,

SS. Theol. D. & tum quidem S. R. Maiestatis *Sueciae* in academia *Erffurti* instaurata Professore Theologiae, Linguarum Orientalium & Physices Publico; post vero Serenissimi Ducum *Saxo-Vinarienſium* Consiliario Ecclesiastico, Concionatore aulico, Superint. Generali & Assessore Consistorii Ecclesiastici grauissimo &c. Matre MARTHA ELISABETHA, Magnifici Dn. LAVRENTII NORINBERGERI, I. V. D. primum Cancellarii *Hoënlohe-Ordruuienſis*, dein Consulis Reipubl. *Erffurtenſis* primarii, filia, ex antiqua clarissimaque SCHWEIGERORVM familia genus ducente. Ab his statim infans summo studio pietati adsuefactus, &, cum literarum studiis iisque sacris eum destinassent, variis praeceptoribus priuatis in disciplinam est traditus, quorum industria ac naturae praesertim bonitate eos in fundamentis pietatis ac Linguarum fecit progressus, vt XIII. aetatis anno M. IOACHIMI KNAPPII, Scholae *Vinarienſis* quondam Rectoris, post & M. IO. IACOBI ZANGEN, Conrectoris publicae priuataeque institutioni committi posset. Quorum ductu eousque profecit, vt anno MDCL. quindecennis cum Dnn. Visitatoribus varia Latino, Graeco, Ebraeo idiomate prosa ligataque Oratione conscripta specimina exhibuisset, primum primae Classis locum in eo Gymnasio obtineret, quem vsque ad discessum suum varius

Praeceptoribus traditur.

Scholam Vinar. frequentat.

de

de memoria recitatis declamationibus tutatus est. Priuata autem, paternaque manuductione, in Theologia, Linguis & Philosophia ea fundamenta iecit, vt tuto ad academiam ablegari posset. Venit igitur *Ienam* anno MDCLII. & curae inspectionique Dn. M. SEVERI CHRISTOPHORI OLPII, Phil. Pract. Profess. Publ. commissus est, sub cuius Praesidio vix anno ibidem exacto cathedram ascendit vires ingenii periclitaturus. Clarissimorum Philosophicae Facultatis Professorum Dn. DAN. STAHLII, Dn. PAVLI SLEVOGTII, Dn. IOH. ZEISOLDI aliorumque publicis priuatisque lectionibus ac disputationibus frequens & sedulus auditor interfuit, saepius priuatim, sub SLEVOGTIO etiam publice Opponentis Respondentisque munere functus. Quo factum est, vt anno MDCLIV. d. xix. Aug. summos in Philosophia honores adipisceretur. Anno seq. cum fratre SALOMONE *Lipsiam* concessit, captatoque & facile obtento Professorum Theolog. & Philos. fauore, ac, habita Disputatione Philosophica, loco inter Magistros academiae illius impetrato, Collegiis Philosophicis tam lectoriis, quam disputatoriis crebro ingenium exercuit. Sed & Theologorum Scholas magna diligentia frequentauit, maxime celeberrimi Dn. D. IOH. HÜLSEMANNI, b. m. Conscendit & Cathedram Theologicam, Praeside D. IOH. BENED.

Ienam venit.

Disputat.

Magister creatur.

Lipsiae studet.

Disputat. CARPZOVIO, τῷ μαχαίρῃ, & Respondentis partibus strenue defunctus est. Anno Chr. MDCLVI. *Lipsia* cum fratre redux & statim propugnata feliciter Disputatione *de Esse creaturarum ab aeterno*, ab Amplissimo Collegio Philosophico inter Adiunctos adscitus, Philosophiae pariter ac Theologiae porro operam dedit, variisque Collegiis, Disputationibus, scriptis & Concionibus Ecclesiasticis ita inclaruit, vt Serenissimi *academiae Ienensis* Nutritores dignum iudicarent, quem anno MDCLIX. d. xi. Aug. Professioni Philosophiae extra ordinem praeficerent: quam & eiusdem mensis die xv. auspicatus est, ac per quinque propemodum annos sustinuit. Deinde etiam de vnanimi sententia Collegii Philosophici (quam postea Serenissimorum Principum mandata secuta sunt) destinatus vacanti Professioni Oratoriae parabat se alacri animo spartae propediem ornandae, mox nouus Orator plenius exserturus facundiam. Sed dum in eo erat, fatali morbo correptus & in coelestem academiam euocatus est. Nam Festo SS. Trinitatis anni MDCLXIV. e templo, vbi sacra coena se refecerat, domum aegre reuersus statim decubuit, paulo post febris hecticae, cui iam dudum obnoxius fuerat, varios eosque vehementes admodum paroxysmos, quibus & diarrhoea accedebat, expertus. Validissimis autem medicamentis huic malo frustra oppositis vni-

Ienae Adiunct. Philos.

Profess. Philos. extraord.

Profess. Ordin. designatus.

Morbo correptus.

vnice se ad beatam analysin praeparauit, quae etiam d. xxiii. Iul. hor. vii. matutina anni salutaris modo dicti, sed aetatis xxx. est secuta. Edita sunt ab ipso seqq. *Moritur.*

Disputatio de Esse creaturarum ab aeterno.

Aristotelis epistola reprehensoria ad *Melch. Cornaeum* S. I. ob Ens rationis, quod hic sub ipsius nomine, infeliciter obiecit Lutheranis, Aristoteles ad editam a *M. Cornaeo* appendicem rescribens & recens inflammatum ab eo purgatorium restinguens. Disp. de culpa agentium cum ignorantia. De Propositionibus negatiuis contra quosdam recentiores &c.

LXXII.

Caffa

CAROLVS CAFFA

Natus.

Romae, Pontificis domicilio notiſſima vrbe natus eſt ex honeſtis parentibus legitimo matrimonio iunctis, virtutis pietatisque fama apud ſuos maxime conſpicuis, Pontificiae religioni addictis, anno ſalutis cIↃ IↃCXXIII. Sacro baptiſmate ablutus & ſubſequente pueritia ſub fidelibus

Educatus.

Praeceptoribus in doctrina Chriſtiana & humanioribus inſtructus eſt vsque ad annum aetatis ſuae decimum quintum, quo horum mundanorum taedio affectus & modeſtioris ac magis religioſae vitae amore accenſus

Dominicanus.

Dominicanam amplexus *religionem*, vitam ieiuniis, Orationibus, Philoſophicis ac Theologicis ſtudiis ſub rigoroſae obſeruantiae ſtatutis, frequentibus dictarum diſciplinarum publicis diſputationibus per varios Conuentus & Prouincialia Capitula vsque ad annum aetatis vigeſimum tertium deditam & occu-

Ordinibus diuerſis initiatus.

patiſſimam duxit. Ordinibus quatuor minoribus & duobus ſacris a diuerſis Epiſcopis initiatus hoc temporis ſpatio. Nempe *prima tonſura*, quae ad alios ſeptem clericales ordines ianua dicitur & initium. *Oſtiariatu*, *Exorciſtatu*, *Lectoratu & Accolitatu*, qui quatuor minores Ordines dicuntur; *Subdiaconatu* & *Diaconatu*, qui duo ſacri & maiores di-

dicuntur Ordines, quibus accessit vltimus omniumque dictorum Ordinum supremus, qui *Sacerdotium* vocatur & *Presbyteratus*, quem eodem XXIII. anno obtenta vnius anni dispensatione a sede Apostolica suscepit, & in Philosophiae & Theologiae Lectorem promotus, in conuentum salutis *Neapolim* assignatus vsque ad annum vigesimum septimum Philosophicos ac Theologicos Tractatus ibidem religionis Nouitiis, aliis accedentibus, publice proposuit. Inde anno salutis CIↃ IↃCL. & aetatis suae XXVII. ad indulgentias Iubilaei, seu anni sancti ab INNOCENTIO X. aperti consequendum, impetrata prius licentia a reuerendi P. IO. BAPTISTA de MARINIS, Ordinis Praedicatorum seu Dominicanorum Generali Magistro, se contulit, vbi visitatis de more septem Ecclesiis praecipuis, a Pontifice ad indulgentiarum consecutionem in vrbe designatis, dictus Pater Nostrum ad Patrem Minerualtani Collegii regentem misit, vt examini gradui Doctorali praemittendo subiiceretur & summis in Theologia honoribus ornaretur. Sequenti die igitur examinatus cum omnium applausu altero die ab eodem autoritate Apostolica, qua in hoc negotio semper polet, coram Patribus, Doctoribus & Magistris pileo, annulo, osculo caeterisque Doctoris insignibus acceptis summos in Theologia honores anno aet. XXVII. impetrauit. Promo-

Lector Neapolim ablegatus.

Romam proficiscitur.

Examinatus.

Theolog. Doct. creatur.

motum in Doctorem ad regularem obſeruantiam in Conuentu ſanctae Mariae Querquenſis promouendam prope *Viterbium*, ipſum vna cum aliis Patribus miſit. Quatuor annos ibidem in rigoroſae illius regularis obſeruantiae exercitio ac promotione perſtitit. Verum cum inde vires ſenſim deficerent, nec in diuino verbo regularis ipſius Obſeruantiae fundamentum aduerteret; illam ſuperſtitioſam ac pernicioſam; minime vero diuinitus mandatam eſſe; agnoſcere cepit. In maximo propterea animi moerore conſtitutus cordis ſui deſideria ad Deum quotidie ferebat, eiusque clementiam inuocabat, viam ad meliorem viuendi rationem aperire dignaretur. Hac ergo ſpe fretus, *Romam* ad Patrem Reuerend. Generalem, (hoc eſt, ad ordinis huius Praeſulem,) ſe recepit & licentia *Lauretanam domum* in animi ſolamen viſitandi obtenta, abiit, ac in hoc itinere montes peregrino habitu indutus pertranſiens *Geneuae* aliquandiu perſtitit. Inde *Lugdunum*, hinc per *Rhodanum Marſiliam* perueniens, paulo poſt *Tolonum* appulit. Ibi in grauem incidens infirmitatem & ſumma vniuerſi Cleri benignitate atque aſſiſtentia adiutus (ſingularem hanc in ſe propenſionem excitauerant obiectiones, quas publicis quibusdam Theſibus cum caſu adeſſet, & inuitaretur, propoſuerat) poſt aliquot menſes demum conualuit. Petentibus autem laudatis Clericis, vt

Diſciplinam ſeueriſſimam ſeruat.

Superſtitionem papalem agnoſcit.

Abit Geneuam, Lugdunum &c.

do-

doctrinam de Sacramentis, de Trinitate & de Incarnatione ipsis dictaret atque explicaret, beneficiorum sibi aegroto praestitorum memor gratificabatur, quod optabant, publicas nempe Theses, *Marsiliae* impressas de Trinitate & de Incarnatione ipso Praeside sustinuerunt, non absque singulari *Tolonensium* ciuium applausu. Verum cum conscientia ob religionis exercitium, quod, sicut *Viterbii* & *Romae*, superstitiosum & verbo Dei minus conforme erat, non quiesceret, *Heluetiam* aggrediebatur, inde *Argentoratum* profectus Reuerendo Ministerio ibidem desiderium extra Papales tenebras viuendi aperiebat eiusque consilio instructus in *Saxoniam* se conferebat. *Ienam* igitur anno CIↃ IↃCLX. mense Septembri appulsus religione pura Deique verbo conformi conscientiam, antea turbidam, mirum in modum tranquillari sensit. Suum igitur propositum summe reuerendo Dn. CHRISTIANO CHEMNITIO, SS. Theol. Doctori & Professori Publ. nec non Superintendenti & Pastori Primario exposuit, qui illud non solum approbauit, verum etiam ad Orationem reuocatoriam est exhortatus. Anno etiam CIↃ IↃCLXI. mense Febr. hanc *Ienae* in auditorio Theologico Idiomate Latino habuit publice, tanto erga orthodoxam religionem inter perorandum amore accensus, vt & ipse & auditores, qui copiose confluxerant, ad lacrymas effundendas

Ienam venit.

Orationem reuocatoriam habent.

das fuerint commoti, laudatus etiam CHEMNITIVS Oratione finita ad Noſtri aures, manu fortiter ſtricta, haec ſubiecerit verba: *Omnium animos lucratus es!* Reuocatoriam haec Orationem Sereniſſimis *academiae Ienenſis* Nutritoribus dedicauit, ſupplex rogans, vt ſub IPSORVM protectione clementiſſima *Ienae* ad vitae vsque finem tranquille permanere liceat. Voti ſui etiam compos reddebatur, Clementiſſimi enim Principes eum Linguarum Exoticarum, Gallicae nempe & Italicae Profeſſorem Publicum conſtituebant. Semper autem operam dedit, vt docendo Auditorum cum pietatem tum morum Chriſtianorum honeſtatem promoueret, quapropter ſub auſpicium Profeſſionis Orationem Italico-Latino-Gallicam *de Clauibus regni coelorum* edidit & in Auditorio Theologico Latine habuit. Sequente anno aliam ſimiliter trilinguem in Natalitiis Chriſti *de Sole Iuſtitiae nato* publice recitauit. Aliam pariter Pentecoſtalibus feriis Gallice haberi curauit praeſentibus Sereniſſimis Ducibus Saxoniae, BERNHARDO, & MARIA DE LA TREMOILLE. Per illud temporis ſpatium, quo Sereniſſima Concionatore ſuae religionis carebat *Ienae*, aliquoties Noſter Gallice eſt concionatus, quibus ſermonibus ſacris laudata Princeps ſe bene aedificari non ſemel teſtata eſt. Perorare etiam aliquoties iuſſit auditores ſuos modo Italice, modo Gallice

Nutritoribus acad. dedicat.

Profeſſor Linguarum Exoticarum.

Orationes recitat.

Concionatur Gallice.

de

de *argumentis commodis*; de *peregrinatione fructuose peragenda*; de *Idea perfecti Principis*, in obitum Serenissimi Principis ac Domini, Dn. GVILIELMI, Ducis *Saxo-Vinariensis*. Rursus ipsemet in templo academico Parentalem habuit Orationem Italicam in Serenissimi Principis *Saxo-Altenburgici* obitum. Edidit praeterea Grammaticas Italicas & Gallicas, cum adiectis colloquiis & epistolicis complementis: varias morales Disputationes Italico-Latino-Gallicas, sub ipsius praesidio publice ventilatas. Disputauit enim *de summo hominis bono*, Gallice & Italice. *De honesta conuersationis forma* cum omnis generis hominibus seruanda, eiusque fructibus, speciebus, proprietatibus, Italico-Latino-Gallice.

De Consensu & Dissensu Scriptorum Aristotelicorum cum Scriptura Sacra, qui Tractatus a beato *Zeisoldo* confectus, ac a Nostro secunda vice editus est.

Porro luci publicae dedit & eruditorum examini submisit:

Totam moralem disciplinam duodecim discursibus comprehensam.

Tractatum de diuinis attributis & DEI primario iuxta nostrum concipiendi modum constitutiuo, in plures diuisum Latinas Disputationes.

Tractatum de Legum natura & distrepantia, in X. Dissertationes diuisum, Italico-Latinum.

Ac-

Accedunt: *Libellus Gallicus des ſannes* Affections.

Italicus, Il dritto Camino alla vera felicità.

Vnicum medium, veram felicitatem hic inchoandi & in patria eandem conſummandi, eademque aeternaliter & plenarie fruendi, infallibile.

Diaeta ſtudioſi nobilis. Italico-Latino-Gallica.

Libellus P. Pauli Sarpii, Theologi olim Reipublicae *Venetae* celeberrimi, vitaeque integerrimae *de beneficiis eccleſiaſticis ſeu de materiis beneficiariis* ab autore olim Italice, a Noſtro vero Latine editus. In quo ex ipſa Eccleſiaſtica hiſtoria cauſas, cur tot abuſus in pontificiam religionem ſenſim de tempore in tempus irrepſerint, & quomodo ab iisdem ad priſtinam primitiuae Eccleſiae puritatem reſtitui, ſi non in totum magna ſaltem parte poſsit, oſtenditur.

Oratio Gallica, de Saxo-Gothani Ducis Sereniſſimi, beatae memoriae, ERNESTI Heroicis virtutibus cum ſumma pietate coniunctis, publice habita.

Demum *quinque Libros Moſis ex Germanico B. Lutheri in Italicum vertit, adiectis Italicis ſuper ſingula capita, diſcurſibus.* Similiter *Omnia IEſu Chriſti Euangelia*, quae in Eccleſia proponuntur per ſingulos Dominicos & Feſtos totius anni dies in Ita-

li-

licum transtulit. Quae vna cum Tractatu, cui Titulus: *Primum & omnium solidissimum totius humani regiminis fundamentum, nempe vera diuini Numinis notitia*, luci publicae tradenda reliquit.

Ita omnes Nostri conatus in Dei gloriam & bonum publicum sunt directi, & ipse a boni viri officio nunquam discessit. Vitam *Romanensium* caelibem ipso facto damnauit, cumque virgine perhonesta ac familiaris rei perita, MARIA BOETNERIA, viri, dum viueret, integerrimi, WOLFGANGI BOETNERI, saltuum *Luneburgensium* olim Praefecti, filia, anno MDCLXIX. connubium iniit, inque aulico templo & gloriosissimorum Principum, IOANNIS ERNESTI & IOANNIS GEORGII, oculis, *Victoriae* consummauit, ex quo filios sex & filias duas suscepit. Inter superstites quatuor, ornatissima atque maxima natu filia, DOROTHEA MARIA, Iurisconsulto nobilissimo, D. HENRICO RVDOLPHO HEYDENREICHIO, illustris Reginiis atque Camerae *Saxo-Gothanae* a Consiliis d. VII. Iun. MDCCVII. auspicatissime nupta, supremo parentem gaudio iam decumbentem, refecit. Tot autem annorum spatiis absolutis, tot absorptis molestiis vocationem tandem istius militiae ab Imperatore coelesti impetrauit, atque asthmate ac tussi, nullis remediis, a GEORGIO GVOLFFGANGIO

Matrimonium init.

WEDELIO, Medico ſummo, porrectis, expugnanda, afflictus, viribusque exhauſtus, victricem malorum animam & diuino etiam epulo confirmatam, xx. die Nouembris anni MDCCVII. horam inter ſextam & ſeptimam matutinam, inter circumſtantium gemitus, pie & placide exhalauit.

Moritur.

LXXIII.

GEORGIVS GOEZIVS

Goezius

Naſcitur.

VItae theatrum ingreſſus eſt *Frauenbriſnicii* d. xi. Iunii an. MDCXXXIII. pater ei erat vir honeſtus ac probus, GEORGIVS GOEZIVS, in aula SCHENKIORVM Baronum *Tautenburgenſium* rei culinariae Praefectus: Mater pia & modeſta foemina IVSTINA RIVINA. A natiuitate Noſtri parentes in votis nihil habuerunt magis, quam vt filius ad ſanctiora ſtudia adduceretur. Sollicite igitur eum educauerunt, inprimis poſtquam capere potuit religionis Chriſtianae praecepta. Amauit etiam pro captu annorum libros, & omni puerili aſciuiae praetulit, imo neque aequales in curſu ac tempore fallendo conſectabatur, ſed quos liberaliter inſtitutos & eruditos nouerat, cum iis eſſe & verſari cupiebat. Exacto circiter decennio pubertatique iam proxi-

Educatio eius.

ximior missus est *Numburgum*, vbi sub fratribus MITTERNACHTIIS, altero scholae Moderatore, altero autem Collega in eadem egregie profecit. Deinde cum Rectore suo, IOH. SEBASTIANO MITTERNACHTIO, *Geram* perrexit, istum sane cum VALENTINO BERGERO, qui postea Rector fuit Gymnasii *Hallensis* in Saxonia, praesertim adfectatus est & ab vtroque instar filii habitus omnem fidem in se iuuando ornandoue & amorem commeruit. Cum venia Praeceptorum discessurus de consilio Superiorum parentauit insigni Theologo, PAVLO ROEBERO, Doctori ac Professori *Wittenbergensi*, atque sic *Ienam* venit anno MDCLII. mense Februario, Rectore Magnif. IOH. ANNE MVSAEO. Quantam in studiis diligentiam adhibuerit, per omnes disciplinas, ex Professorum scholis tam publicis quam priuatis abunde constabat. Neque enim tunc fuit inter Philosophos, qui non amaret eum. Hinc postquam rite constitutus est Professor, grato saepius animo celebrauit STAHLIOS, HORSTIOS, SLEVOGTIOS, ZEISOLDOS, FRISCHMVTHIOS, WEIGELIOS, quorum opera profecerat intra quatuor annos ita, vt iam docere posset alios, inprimis post honores Docturae Philosophicae sibi collatos. Modicum inde spatium exegit, cum ab illustri & Magnifico viro, RVDOLPHO GVILIELMO KRAVSIO, IC. Hae-

Numburgum mittitur.

Geram pergit.

Parentat Roebero.

Ienam venit.

Magister Philos.

Informat. Krausios.

reditario in Mellingen / Consiliario intimo & Cancellario *Saxo-Vinariensi*, ad erudiendos tres filios, quos habebat charissimos, eligeretur: quibus praefuit ea sedulitate atque dexteritate, vt cum natu maioribus post triennium *Ienam* rediret, ac per maiora doctrinae capita illis viam communiret ad munera in republica egregia. Quam perspicuus, facundus & idoneus ad inseruiendum discentibus esset, multis quoque aliis, qui ab ore pendebant eiusdem, ostendit. Ne autem inseruiendo aliis negligeret seipsum, doctrina & exemplo summis Theologis, IO. MVSAEO, CHRISTIANO CHEMNITIO, IO. ERNESTO GERHARDO, SEBASTIANO NIEMANNO reliquam impendit operam. Adiunctus Collegio Philosophico eminere coepit, & hoc nomine inter disputantes in vtroque auditorio primas tulit. Nomen eius propter tot edita specimina diutius ignotum esse haut poterat, quare non tantum ad praeclaras in munere functiones extra academiam expetebatur eius doctrina: sed & Sereniſſimi academiae *Ienensis* Nutritores Professionem Ethicae ac Politicae ipsi demandarunt clementissime anno MDCLXV. mense Februario. Ad hanc spartam exornandam magnam adferebat industriam, magnamque sibi ex ea famam comparabat & existimationem apud eruditos: Quando vero ad sacra dogmata semel conuerterat sese, inque Cathe-

Ienam redit.

Theologos sectatur.

Adiunctus Fac. Philosoph.

Professor Ethic. & Polit.

thedra ecclesiastica demonstrauerat omnibus, quousque praeualeret, ab *Erfordiensibus* primum vocabatur anno MDCLXXII. mense Maio. Ad hos prius ire noluit, quam publica reliquisset documenta, pro summis in Theologia honoribus impetrandis. *Erfurtum vocatur.* *Ienae Licent. Theolog.* tanquam in patria consenescere voluit, quare nec *Hildesiae* remansit vltra triennium. *Hildesiae degit.* Etenim anno MDCLXXXIV. mense Nouembri altera vice ad *Ienenses* venit, & constanter, nec sine curis multis ac laboribus munus in Ecclesia primarium sustinuit. *Ienam redit.* In matrimonium duxit anno eodem, quo Moralia profiteri incepit, mense Oct. virginem omni virtute & decore foemineo nobilissimam, SOPHIAM REGINAM, beatissimi Theologi, IOANNIS MVSAEI, filiam, cum qua tranquille vixit, ac non sine prole, felicitatis domesticae incremento. *Vxorem duxit.* Noster enim fortunatus pater in eo, quod generos quinque inuenerit optimos, Viros in Ecclesia atque Republica praecellentes, relicta per aetatem minore adhuc virgine. Anno MDCXCIX. mense Martio morbus increuit cum tumore in toto corpore, & per ingentes dolores oppressit Nostrum, remediis generosis frustra oppositis. *Aegrotat.* Sicut igitur paratus ad aeterna semper fuit; ita post omne genus εὐλογίας largiter impertitum cuilibet, d. III. Apr. anni dicti animam Christo Saluatori commendauit ac placide exspirauit. *Exspirat.* Goezii cum

Greg. Nazianz. comparatio vid. in ſumme reuerendi *Heinrici Pippingi* Memor. Theol. Dec. VI. p. 785. Publicata ſunt ab ipſo ſcripta ſequentia:

Scholae *Salanae*, ſiue diſcurſus de quaeſtione: *An & quomodo DEVS ſit in Praedicamento?* in illuſtri *Salana* ab aliquot retro annis & proxime habiti, occaſione eorum, quae contra meritisſimos atque celeberrimos viros diſputari nuper coeperunt, in vnum faſciculum collecti & publici Iuris facti. Ien. 4. 1664.

Leich-Abdanckungen / ſamt einem Anhange etlicher Teutſchen Reden / aus einem Collegio Oratorio. Ien. 1664. 1678.

Achilles Germanicus, ſ. Albertus, Elector Brandenburgicus. Ien. 1670.

Cataclyſmus Thuringiacus. ibid. 1670. Diſp. verteutſchet 1701.

De Redemtore Hebraeorum ad Leu. XX, 25. Diſp.

De Praeſepio Chriſti Diſſertationes duae.

De Culpa & Reatu.

De ſuſpendio Iudae.

Rhetorica eccleſiaſtica, cum manipulo Dispoſitionum. Ien. 8. 1700. Opus poſthumum.

Lieder-Betrachtung / welche Er über etliche bekannte Kirchen-Geſänge / an ſtatt des Eingangs nach dem Text in öffentlichen

lichen Predigten A. 1692. zu Jena gehabt. Mit einer gelehrten Vorrede Hn. M. Ioh. Christoph. Olearii, Diac. & Bibliothec. Arnstad. Ien. 1703.

LXXIV.

PHILIPPVS MVLLERVS

Vid. Class. I. Theol. XLIV. pag. 245.

LXXV.

IOH. CHRISTOPHORVS Hundeshagen

Hundeshagen

NAtus est *Molhusae*, vrbe imperiali libera, d. VIII. April. MDCXXXV. patre IOH. CHRISTOPHORO, eiue ac pellione: Matre MARTHA STARCKIA, vtrisque *Molhusae* ex familiis honestis oriundis. Ab illis, animaduersa eius indole liberaliori, ingenioque studiis apto, discendis literis & artibus liberalibus, aetate adhuc tenera, destinatus, & temporis progressu virorum clarissimorum, M. ARNOLDI MEINHARDI, Gymnasii patrii tum Sub-Conrectoris, postea ecclesiae suburbanae ad

Nascitur.

Praeceptoribus commendatur.

DD. *Georgii* & *Martini* Paſtoris, & IO. GILBERTI Gymnaſiarchae, informationi commiſſus eſt, quorum ductu in pietatis & literarum humaniorum ſtudio progreſſus fecit non contemnendos, quos deinde ſedula ſua opera & cura indies reddidit ornatiores M. SCRIBONIVS, praedefuncti GILBERTI ſucceſſor, qui etiam HVNDESHAGIVM, poſtquam ſcholae patriae, habita oratione *de Concordia*, valedixerat, viro celebratiſſimo, Dn. Blumenroſt, Med. D. ac Senatori tum temporis Reipubl. *Molhuſinae* grauiſſimo, poſtea vero magni *Moſcorum* Ducis Archiatro felicisſimo, de meliori nota commendauit, effecitque, vt ipſum per integrum annum ſecum haberet, & quo pacto tam Graecos quam Latinos autores in ſuccum quaſi ac ſanguinem rite conuertere poſſet, beneuole doceret. Iactis ita egregiis ſolide eruditionis fundamentis, ſuaſu viri modo laudati Noſter A. O. R. MDCLIV. Rectore Magnifico B. D. MOEBIO ſtudiis obſequendi cauſa *Ienam* ſe contulit, Praeceptores nactus Viros excellentiſſimos, in Ethicis quidem D. PHILIPPVM HORSTIVM; in Ebraicis: IO. FRISCHMVTHIVM; in Hiſtoricis: IO. ERNEST. GERHARDVM; in diſciplinis Mathematicis: ERHARDVM WEIGELIVM; in Phyſicis: CASPAREM POSNERVM. Nec ſacrae Theologiae ſtudia neglexit. Frequentauit enim

Ienam concedit.

enim virorum ſumme reuerendorum B. D. IO. TOBIAE MAIORIS & B. D. CHRISTIANI CHEMNITII lectiones publicas diligenter, illius quidem *Apocalypſin*, huius vero *Geneſin* interpretantis. In ſtudiis ita excolendis anno conſumto, laudatus Dn. Blumentroſt eundem domum reuocatum omni fauore excepit, ac ſuaſit, vt illuſtrem academiam *Iuliam* adiret. Cuius conſilium minime aſpernatus anno MDCLVII. feliciter *Helmſtadium* peruenit, literis commendatitiis, quas a D. MICH. Lehmann/ olim patriae *Molhuſae* Syndico, poſtea vero Cancellario *Sondershuſano* nactus erat, excellentiſſimo BALTHASARI CELLARIO, SS. Theol. D. Prof. P. & Superint. traditis. Dum ergo inibi commorabatur, viros celeberrimos, D. GERHARDVM TITIVM, D. FRIDERICVM VLRICVM CALIXTVM, D. HERMANNVM CONRINGIVM & CHRISTOPHORVM SCHRADERVM offendit, eisque publice lectitantibus ſedulo auſcultauit. M. ANDREAM RVDOLPHVM item, cum Metaphyſicam & Philoſophiam practicam, priuatos intra parietes exponeret, auide audiuit. Poſtea vero, cum certas ob cauſas *Ienam* remigraſſet, eum in Ebraicis vberius informauit M. MICH. CHRIST. Tieroff/ in Philoſophicis Theologus de Eccleſia Chriſti meritiſſimus, D. FRIDEMANNVS BECHMANNVS, tam

Helmſtadii ſtudet.

Ienam reuertitur.

Log. & Met. P. P. adeo, vt cum in Philoſophia egregios feciſſet progreſſus, anno ſeq. MDCLVIII. menſe Auguſto, Decano ſupra laudato FRISCHMVTHIO, ſumma cum laude Magiſter appellaretur. In medio autem ſtudiorum curſu cum valetudine aduerſa conflictari coepit & patrios lares repetere coactus eſt, quanquam non diu domi ſe tenuit, ſed e apſo pauco temporis interuallo reuerſus ad *Ienenſes*, duobus optimae indolis & ſpei iuuenibus, magnis parentibus natis, ſtipatus, quos ex parentum voto in literis & artibus erudiit. Ampliſſimi Ordinis Philoſophici indultu in publica Cathedra Praeſidis partes iterum atque iterum in ſe recepit & maſcule ſuſtinuit, domi etiam Collegia lectoria & diſputatoria varia aperuit. Quamobrem anno MDCLXII. Facultas Philoſophica eum dignum iudicauit, quem ſuorum Adiunctorum adſcriberet numero. Nec hoc honoris titulo ornatus Theologica & concionatoria exercitia, meditationesque ſacras ſusque deque habuit; ſed Theologorum lectiones & Diſputationes frequentauit, ipſe quoque *de Deſcenſu Chriſti ad Inferos*, nec non ſuper cap. Matth. XV. & de Scriptura ſacra ternis vicibus Reſpondentis partes ſuſtinuit. Anno MDCLXVIII. a Sereniſſimis academiae Nutritoribus, praeuia Senatus academici denominatione, Profeſſio Logices & Metaphyſices Ordinaria ei clemen-

Magiſter creatur.

Diſputat.

Collegia aperit.

Adiunct. Phil.

Profeſſor Publ.

tis-

tissime est demandata. Anno MDCLXX. d. XXII. Nou. matrimonium contraxit cum virgine castissima CATHARINA MARIA, Magnifici Dn. IOANNIS CHRISTFRIEDI SAGITTARII, SS. Theologiae Doctoris, *Altenburgi* Superintendentis Generalis, Concionatoris aulici supremi, Consistorii Assessoris &c. meritissimi, nunc beati, filia, quae eum trium liberorum vnius nempe filii & duarum filiarum parentem fecit. Anno MDCLXXI. *Ienae* inter Theologiae Candidatos nomen suum professus praemittendis praemissis Licentiatus est renunciatus, Doctoralem dignitatem quoque petiisset, nisi in morbum diuturnum & molestum incidisset. Illo, ab initio neglecto, a labore ordinario arceri non potuit, donec laudata coniux diem supremum obiret, a quo tempore malum indies crescebat, vt tandem viribus destitutus officio suo satisfacere amplius non valuerit. Melancholia, ad quam natura erat propensus, vita sedentaria partim, partim aliis symptomatibus mirum in modum augebatur. Quod cum intelligerent Serenissi. academiae *Ienensis* Nutritores, *Rembdam* transferretur mandauerunt, quod & anno MDCLXXIX. factum est. Adhibitis ibi medicamentis validissimis ita recreari incepit, vt ab affine suo, Dn. CASPARE SAGITTARIO, SS. Theol. Doctore & Histor. Professore Publ. nec non a viro plurimum reuerenden-

Maritus

&

Parens

S. Theol. Lic.

Morbo tentatus

Rembdam transfertur.

Digitized by Google

rendo, Dn. M. IO. IACOBO Freißleben/ Paſtore & Inſpectore *Rembdenſi* vigilantiſſimo bene praeparatus, peccata ſua confeſſus & ſacra coena publice fruitus ſit. Sed breui recruduit morbus atrophia auctus ac tumore, hydropis praenuncio. Interim laudatum Dn. FREISLEBIVM & hoſpitem ſuum, ERDMANNVM BVRCKHARDVM ſacra praelegentes & in conclaui ſuo quotidie preces fundentes patienter audiuit. Cum dictus hoſpes aliquando inualetudine tentaretur, exclamauit HVNDESHAGENIVS: O daß GOtt erbarm/ mein armer Wirth/ wer will nun mit mir beten! ac inter preces ſaepe complicatis manibus: Ach GOtt/ ach GOtt/ erbarme dich mein! Fine vitae appropinquante dum inter alia praelegebatur illud Prophetae 1. Reg. XIX, 4. *Sufficit nunc, Domine, tolle animam meam!* dixit: Das geht ſchön/ das iſt gut! Tandem motis labiis haec verba intellexit ERDMANNVS: *Deus, Angelus.* Mox cum in illum, hoſpitem ſuum, oculos dirigens dixiſſet: Verzeihet mir/ ich habe geſündiget/ und nun drey gantzer Tage mich alſo gequälet! placide exſpirauit anno aetatis XLVI.

Morbus augetur.

Moritur.

Inter ſcripta, quae edidit, ſunt ſeqq.

Tabb. Logicae. 1674.
Tabulae Metaphyſicae. Ien. 1672.
Tabulae Politicae. Ien. 1677.

Exer-

Exercitationes Physicae. ib. 1670.
Palaestra disputatoria Metaphysicae. ibid. 1670.
Quaestiones Logicae. ib.
Quaestiones Physicae. ib. 1675.
Continuatio QQ. Physicarum. 1678.
De pluralitate animarum in homine. Ien. 1666. 1675.
De Stillicidio sanguinis in hominis violenter occisi cadauere. ib. 1679.

LXXVI.

VALENTINVS VELTHEMIVS

Supra in Classi. I. Theol. p. 236. depingitur.

LXXVII.

CASPAR SAGITTARIVS

Casp. Sagittarius

Nascitur.

NAtales suos debebat nobilissimae ac nitidissimae inferioris *Saxoniae* vrbi, *Lüneburgo*, quo parens Dn. M. CASPAR SAGITTARIVS ad moderandos scholae senatoriae fasces, relicto *Brunsuico*, vbi per XII. annos *Martinianum* Lyceum rexit, concesserat. Mater eius fuit CATHARINA, IOACHIMI IORDANI, Verbi diuini

uini apud *Brunſuicenſes* Miniſtri, filia. In domo paterna inque Claſſibus patriae iecit fundamenta, quibus ſuperſtrueret deinceps, in artibus & Linguis, quae ad futura incrementa erant neceſſaria. Pubertatem vix egreſſus mittebatur *Lübecam*, in emporium vetuſtum & Lyceum ibidem non minore doctorum hominum fama celebratum ſemper, vbi HENRICO BANGERTO datus praecipue, qui propter ſingulares ingenii dotes & alacritatem in diſcendo ipſum fouebat prae aliis. Saepiſſime etiam efferebat M. BERNHARDVM KRECHTINGIVM, rerum ſacrarum antiſtitem eumque parentis inſtar venerabatur. De conſilio Magni viri, IO. CHRISTFRIEDI SAGITTARII, SS. Theol. D. tum Eccleſiarum *Altenburgenſium* Praeſulis ſupremi, habita in ſplendido Procerum *Lubecenſium* conſeſſu Oratione in laudem inclytae vrbis Lyceo laudato valedixit. Miſſus deinde in vicinam *Helmſtadienſem* academiam ſtipendioque Ducali potitus audiuit viros doctiſſimos HERM. CONRINGIVM in Politicis, VALENT. HENR. VOGLERVM in Phyſicis, ſub quo & HENR. MEIBOMIO Anatomen tetigit, CHRISTOPH. SCHRADERVM in Oratoriis & Geographicis, IOH. CHRIST. EBERHARDVM in Hiſtoricis, ANDR. FROELINGIVM in Logicis, SAMVELEM RACHELIVM in Ethicis, IO. SAVBERTVM in Hebraicis & Theolog.

Fundamenta ſtudiorum iacit

Lubecam mittitur.

Helmſtadium venit.

HEN-

HENRIC. RIXNERVM in Metaphysicis, BALTH. CELLARIVM, S. Theolog. D. & Prof. P. & GERH. TITIVM, Theol. Professores itidem in Theologicis, IOACHIMVM HILDEBRANDVM & PETRVM MVSAEVM in Antiquitatibus & Historicis Ecclesiasticis. Postquam igitur aliquot annos *Helmstadii* magno cum fructu consumserat, commodam occasionem nactus in *Daniam* profectus est; cuius in principe vrbe *Hasnia* HENRICVM ERNESTIVM, IO. WANDALINVM, THOMAM BARTHOLINVM Patronos & Fautores inuenit. Reuersus inde substitit aliquandiu in sede pristina studiorum, pari sedulitate intentus ad Praeceptorum dogmata & ad varia profectuum argumenta producenda. Hinc *Wittebergam* petiit, *Lipsiam*, *Ienam* & almam *Noribergensium Altdorfinam*, ac doctos vbique sibi conciliauit. Inter haec dum pater ipsius, *Luneburgi* ad aedem D. *Ioannis* Pastor, & iam diu mater antea, pie in Christo Saluatore conquieuerant; coelesti dispositu vocabatur *Salfeldiam* ad regendam scholam, cui muneri in tertium annum, quanta potuit, fide & industria praefuit. Quamuis autem a publicis laboribus parum esset otii, non tamen cessauit domi aliquid conscribere, quod bono publico prodesset. Nam *Parodias Eclogarum VIRGILII*, *Notas vberiores in ipsas VIRGILII Eclogas*; *Commentationes de*

In Daniam proficiscitur.

Helmstadium redit.

Wittebergam petit &c.

Parentibus orbatus.

Scholam Salfeld. regit.

de PLAVTI, TERENTII, CICERONIS Vita, scriptis, editionibus, interpretibus, Lectione ac imitatione; Libellum de Ianuis Veterum, Notas Philologico-Historico-Theologicas in insignia N. T. loca confecit. Ceterum quoniam grauissimae ipsum impellerent causae, quarum aliquas publico Programmate exposuit, praeuiis precibus ardentibus, vsus etiam magnorum virorum consiliis, impetrata honorifica a Proto-Synedrio *Altenb.* dimissione, scripto singulari comprobata habitaque in frequenti Virorum honoratissimorum panegyri Oratione valedictoria anno Christi MDCLXXI. in academiam *Ienensem* transiit, ibi mox sub excellentissimi viri, Dn. IO. ANDR. BOSII, Histor. Profess. Publ. Decanatu primum inter XIX. Candidatos Philosophiae locum indeptus, Collegiis & Disputationibus habendis, ac frequenter opponendo, Magnorum Virorum beneuolentiam & Studiosorum amorem contendit demereri. Nec amplius latere poterat, quod aliquoties honestis conditionibus inuitaretur aliorsum. In tranquillitate tamen cum Musis voluit manere, vt sacra praesertim studia & antiquitatem ecclesiasticam magis magisque pertractaret. Quemadmodum igitur vtrobique sub magnis doctoribus dudum progressus erat feliciter: ita sine impedimento pergebat, ac libro singulari de *Natalitiis Martyrum* pro Licentia in Facultate Theo-

In academiam Ienensem venit.

Magister creatur.

Pro licentia disputat.

lo-

logica anno MDCLXXII. disputabat. Inaugurale specimen excipiebat alter *de Cruciatibus Martyrum & Harmonia Passionis Dominicae*, quibus una cum examinibus feliciter peractis summos in Theol. honores est adeptus. Post mortem B. BOSII an. MDCLXXIV. Historiarum Professor clementissime est constitutus. *Profess. Histor.* In hac parte duplex fortuna illius cognita est, quod viro celebertimo & in functione publica & in matrimonio succederet. In munere amplissimo non modo discentium commodis & ore & calamo inseruire maxime allaborauit: sed & totius academiae fasces feliciter administrauit, nec non Decanatu sua in Facultate aliquoties prudenter est functus. *Rector & Decanus.* Ita pro vtilitate literaria sudans & anhelans tandem in hecticam incidit, quam ope diuina superare videbatur medica & experta manus. *In morbum incidit.* Sed vt in reliqua vita Deo soli commendabat desideria sua, & quotidie moriebatur; ita nihil adeo cupiebat, corpusculo protsus calore extenuato, quam solui & cum Christo esse. Voti huius compos factus est die IX. Martii, circa nonam vespertinam, A. C. MDCXCIV. *Moritur.*

Scripta, quae edita & edenda reliquit, sunt seqq.

Exercitationes in Iustini Historici Praefationem & libri I. cap. I. Helmstad. 1665. Ien. 1671.

Exercitationes IX. in Iuſtini L. I. cap. II. & ſequentia vsque ad fin. ib. 1666.

Programma, quo ad audiendas Eclogarum Virgilii Parodias Inſpectores ſcholae Salf. inuitat. Altenb. 1669.

Programma, quo Patriae Patribus, Maecenatibus &c. ſtrenas Ianuarias diſtribuit in Schola Salfeld. Altenb. 1670.

Introitus & Exitus Salfeldenſis. Ien. 1671.

Harmoniae Euangelicae Hiſtoriae Paſſionis Dn. noſtri Ieſu Chriſti, Pars I. Ien. 1671.

Commentatio de vita, ſcriptis, editionibus, interpretibus, lectione atque imitatione Plauti, Terentii, Ciceronis. Altenburg. 1671.

Commentatio de lectione atque imitatione Ciceronis, in qua praeter alia ſingularia facilis excerpendi ratio oſtenditur. 1671.

De Ianuis Veterum liber ſingularis. Altenb. 1672.

Parodiae Eclogarum Virgilii, Dis manibus Sereniſſimi Saxon. Ducis Friderici Wilhelmi III. &c. conſecratae. Ien. 1672.

De Corona Ieſu Chriſti ſpinea. ib. 1672. de rubra Ieſu Chlamyde.

De expoſitione infantum. ib. eod.

De Martyrum Cruciatibus in primitiua Eccleſia liber. Ien. 1673.

De lancea, qua perfoſſum latus Ieſu Chriſti. ib. eod.

De candida Ieſu Chriſti veſte. ib. eod.

De

De Flagellatione Chriſti. ib. 1674.
Hiſtoria antiquiſſimae vrbis Bardenici. Ien. 1674.
Diſſertatiuncula de praecipuis ſcriptoribus Hiſtoriae Germanicae. Ien. 1675.
Nucleus Hiſtoriae Germanicae, ad illuſtrem Herm. Conring. ib. eod.
Epiſtola de antiquo ſtatu Thuringiae ſub indigenis, &c. ib.
Hiſtoria Goslarienſis ab originibus ad Frider. II. Imp. deducta. ib.
Diſſert. Hiſtorico-Politica de Tyranno. ib.
De Oraculo Apollinis Delphico. ib. Origines & incrementa Sulciae Luneburgenſis. ib. Exercitatio Hiſt. de Eccardo I. Miſniae Marchione anno 1002. Ienae ſepulto. ib.
De Nudipedalibus Veterum. ib. Hiſtoria Luſatica. ib.
Hiſtoria Halberſtadienſis &c.
Exercitatio in Iuſtini Hiſtorici Lib. II. cap. I.
Sendſchreiben an P. Marcum Schönmann/ Soc. Ieſ. Prieſter in Erffurt / darinnen von dem Büchlein Columna Eccleſiae inconcuſſa, welches mit dem Titul: Catholiſch Zeughauß / vermehrter herausgegeben/ gehandelt wird. Gotha/ 1677.
Hiſtoria antiqua Lubecenſis. Ien. 1677. Hiſtor. media Lubecenſis ab anno MCLXXXII. ad annum MCCXXVII. ib. eod.
Hiſt. media Lubec. ab anno MCCXXVII. ad an. MCCC. ib. 1678.

Hiſtor. Ioh. Friderici, Electoris Saxon. ibid. eod.

Diſſert. Inaug. de Natalitiis Martyrum, ſub Praeſid. D. Io. Muſaei habita, cum Appendice Praefationi Armamentarii Catholici Schoenmanni oppoſita. Ien. 1678.

Treuhertzige Vermahn- und wohlgegründete Warnung an P. Schönmannen/ etwas tüchtiges zu ſchreiben/ hingegen von der ungeſchickten mündlichen Widerlegung der Evangeliſchen Schrifften und Läſterung der Evangel. Religion, und derer Lehre abzuſtehen. Ien. 1678.

Ausgeleertes und entwehrtes Catholiſches Zeughauß/ d. i. gründl. Vertheidigung der Lehre und Lebens des ſeel. Herrn D. Mart. Lutheri, wider D. Martin. Schönmanns unüberwindliches Catholiſches Zeughauß. ib. 1679.

Iacob Heerbrands/ D. Theol. und Prof. Tubing. Chriſtliche Evangeliſche und ſchrifftmäßige Predigt von dem Papiſtiſchen Fronleichnams-Feſte/ ſo 1584. gedruckt. Ien. 1679.

Thomae Sagittarii Tractätlein von der höchſten Glückſeligkeit der Städte/ in welchen Academien aufgerichtet ſeyn/ ins Teutſche überſetzt. ib. eod.

Hiſtoria vitae ac mortis Tulliae, M. Tullii Ciceronis filiae. ib. eod.

Hiſt.

Hiſt. Lubecenſis recentior ab anno MCCC. ad annum MCCCC. ib. eod.

Hiſtoria antiqua Norimbergae. ib. eod.

Kurtzer Hiſtoriſcher Bericht/ was es mit der Profeſſione Theologiae Auguſtanae Confeſſionis auf der Vniverſität Erffurt eigentlich für Bewandniß hat ꝛc. Ien. 1680.

Acht Ehren-Seulen der Durchl. Fürſtin/ Fr. Marien Hedwig/ gebohrnen Landgräfin zu Heſſen/ Herrn Hertzog Bernhards zu Sachſen Hochfürſtl. Gemahls/ Chriſt-Fürſtl. Leben und ſeel. Sterben betreffend. ib. eod.

Vita Io. Thomae, Cancellarii Saxonici. Ienae, eod.

Hiſtoria Eccardi II. Marchionis Miſniae & Translationis Sedis Epiſcopalis Ciza Numburgum. ib. eod.

Der auf der Wage der Wahrheit gar zu leicht gefundene Jeſuit/ P. Marc. Schönmann. Ien. 1681.

Nuclei Hiſtoriae Germ. Edit. II. Ien. 1682.

Hochgräfl. Reußiſchen Stamm-Baums Betrachtung/ unter dem Nahmen Aletophils von Selenen. Schläitz/ 1682.

Diſſert. Hiſt. de Originibus & incrementis Luneburgi. Ien. 1682.

Diſſert. de motibus Heroicis, eorum praecipue, qui cum imperio ſunt. ib. eod.

Antiquitates Scythicae, Exercitatione ad Iustini L. II. c. II. expositae. ib. eod.

Historia Episcoporum Numburgensium a prima Episcopatus origine ad praesentem statum repetita. ib. 1683.

Historia Norberti, Archi-Episcopi Magdeb. Praemonstrat. Ord. Conditoris. ib. eod.

Harmoniae Historiae Passionis Iesu Christi, libri tres. Ien. 1684.

De Originibus & Incrementis Brunswici. ibid. eod.

Celsissimae Origines Serenissimorum Ducum Brunswico-Lüneburgensium. ibid. eod.

Antiquitates Archi-Episcopatus Magdeburgensis, quam pluribus nunquam antea editis Ottonis I. Diplomatis Bullisque Pontificiis distinctae. ib. eod.

Historia Marchionum ac Electorum Brandenburgensium ob origine Marchiae ad praesentem vsque statum repetita. ib. eod.

Historia Rensburgi, ciuitatis Holsatiae. ib.

Antiquitates Regni Thuringici, wobey zuletzt Petri Albini Specimen Historiae nouae Thuringorum. ib.

Historiae Marchiae Soltwedelensis, in qua potissimum Alberti Vrsi vita & res gestae exponuntur. ib. 1685.

Antiquitates Gentilismi & Christianismi Thuringici. ibid.

Hiſtoria bellorum Scythicorum, Exercitationibus ad Iuſtini lib. II. c. III. & V. expoſita. ibid.

Hiſtoria Amazonia, ſ. Exerc. ad Iuſtini L. II. c. IV. ibid.

Epitaphia templi Ienenſis academici. ibid.

De Nomine Weſtphaliae. ib. 1686.

Hiſtoria Principum Anhaltinorum. ibid.

Antiquitates Alſtetenſes & Palatinatus Saxonici. ib. 1687.

Diſſ. pro Doctrina Lutheri de Miſſa, contra Abbatis cuiusdam Tractatum Gallicum de anno 1684. *Lutet.* Ien. 1687.

Memorabilia Hiſtoriae Luneburgicae. ibid. 1688.

Antiquitates Ducatus Thuringici. ibid.

Memorabilia Hiſtoriae Gothanae. ibid. 1689

Hiſtoria Templi Ienenſis academici. ib. 1690

Programma, quo exponit cauſas, cur priuatae lectiones in Hiſtoria liberarum Imperii Germanici vrbium intra definitum a ſe temporis ſpatium non potuerint finiri. ibid.

Programma, quo Orationem Panegyricam, memoriae illuſtris Cancellarii Sax. *Rud. Wilh. Crauſii*, in æde Collegii academ. habendam indicit. ibid.

Origines & ſucceſſio Principum Arauſionenſium vsque ad Wilhelm III. Magnae Britanniae Regem. Ien. 1691.

Sulpitii Severi Historiae S. Lib. II. recensuit, breuesque notas adiecit. ib.

Theologische Lehrsätze von dem rechtmäßigen Pietismo, Teutsch und Latein. ib.

Christliche Erinnerung/wider die zu Erffurt herausgegebene Schrifft wider seine Lehrsätze. ib.

Abermahlige Christliche Erinnerung wegen eines zu Erffurt gedruckten Pasqvills. ib.

Gründlicher Beweiß/ daß seine Theol. Lehrsätze noch feste stehen. ib.

Send-Schreiben an Herrn M. August. Hermann Francken/ das Pietistische Wesen betreffend. ib.

Epistola ad Frider. Dan. Titium, Gedanensem, de Obitu Emanuelis Gutmanni. ib.

Christ-sehnlicher Wundsch/ daß die Acta Pietistica ans Licht gegeben würden. ib.

Kurtze Abfertigung Sam. Vogters schnöden Paßqvills. ib.

Christliche Vermahnung/ daß man sich an die Paßqville wider ihn nicht kehren soll. ibid.

Historische Ausführung des Satyrischen Paßqvills/ so zu Erffurt gedruckt. ib.

Bericht/was die Bekehrung zu Christo verhindere. ib.

Gründlicher Bericht von Landgraff Heinrichs in Thüringen/ Römischen Königswahl/

wahl/ wie auch deſſen kurtzen Regierung. Ien. 1692.

Chriſtlicher Neu-Jahrs-Wundſch an alle Evangeliſche Theologos, die die Beförderung des thätigen Chriſtenthums ſich angelegen ſeyn laſſen. Ien. eod.

Theſes Theologicae Apologeticae de promouendo vero Chriſtianiſmo ad Jo. Schwarzium, Superint. Querfurtenſem. ibid.

Antiquitates lacus Bodamici, cum ſpecimine Hiſtoriae Lindauienſis. ib. 1693.

Hiſtoria vitae Georgii Spalatini. ib.

Diſſert. Epiſtolica, qua in ratio redditur Genealogiae Sagittarianae & Analecta in librum de Ianuis Veterum. Ien. 1694.

Introductio in Hiſtoriam Eccleſiaſticam & ſingulas eius partes. ibid.

Sequuntur, quae reliquit, Manuſcripta.

Antiquitates Comitatus Thuringici ab anno 1025.

Abſonderliche Handlung der Thüring. Graffen und Herrſchafften nach dem Alphabeth.

Antiquitates Marchionatus Thuringici von anno 912. biß 1125.

Antiquitates Landgrauiatus Thuringici von anno 1130. biß 1247.

Hiſtoria Gleichenſis. Hiſtoria Salfeldenſis. Hiſt. Luneburgenſis a condita vrbe vsque ad annum 1598. Libb. V.

Hiſtoria de Piſtore Luneburgenſi anno 1371. pro patria fortiter pugnante.

Hiſtor. Gothana, a C. V. ad haec tempora.

Respublicae variae ſ. Politica ſpecialis cum apparatu autorum eo pertinentium.

Collegium de Regnis, Hiſpania, Portugallia, Gallia, Magna Britannia &c.

Collegium de Rebuspublicis Europae liberis.

Compendium Hiſtoriae Venetae publicis Praelectionibus propoſitum.

Collegium priuatum de Statu praeſente Imperii Germanici.

Hiſtoria Electorum.

Hiſtoria Ducum quorundam Brunſuico-Luneburg. Saxo-Lauenburg. &c.

Hiſtoriae liberarum Imperii Romano-Germanici Vrbium.

Hiſtoria Imperatorum Germanicorum Henrici II. Conradi II. Henrici III. & rerum in Eccleſia & Republ. hoc tempore geſtarum, ex ipſis antiquorum Hiſtoricorum teſtimoniis concinnata.

Hiſtoria Caeſarum Regumque Germaniae a Pontificiis miſere diuexatorum.

Volumen Diplomatum omnis generis, Caeſarum, Regum &c.

Sul-

Digitized by Google

Sulpitii Seueri Hiſtoria ſacra cum indice accuratiſſimo,

De Perſecutionibus primitiuae Eccleſiae.

De notitia Autorum Commentariolus.

Notitia Hiſtoricorum Graecorum tam Gentilium, quam Chriſtianorum, qui adhuc ſuperſtites, ab Herodoto & Metrophanem Smyrnaeum.

Commentariolus de Scriptoribus Hiſtoriae Germanicae ad Programma editum.

Auctius edenda.

De Martyrum Cruciatibus in primitiua Eccleſia liber.

De Natalitiis Martyrum liber. Epiſtola de antiquo ſtatu Thuringiae &c.

Nucleus Hiſtoriae Germanicae.

Martini Poloni Chronicon cum notis.

Volumen Diſſertationum omnium a B. Autore ad illuſtrationem Hiſtoriae Germanicae editarum.

Tobiae Maioris Eponymologicum criticum continuatum & egregie auctum.

Perficienda.

Tomus alter Introductionis in Hiſtoriam Eccleſiaſticam.

Notitia Scriptorum Hiſtoriae Martyrum.

De Proceſſu iudiciario contra Martyres.

De honoribus Martyrum Eccleſiae primitiuae.

Odi-

Digitized by Google

Odium seculi & rerum secularium in primitiua Ecclesia.

Notitia Bibliothecarum totius orbis, praecipue Europae.

Dissertatio de lectoribus & lectionibus primitiuae Ecclesiae.

Dissertatio de formula veteri DEO GRATIAS.

Catalogus librorum Bibliothecae Ienensis.

LXXVIII.

IO. PHILIPPVS SLEVOGTIVS.

Politices ac Moralium P. P. anno Christi CIↃ IↃCLXXX. in Facultatem Iuridicam est receptus. vid. Classe II. ICtorum No. LVII. pag. 239.

LXXIX.

Schubartus.

GEORGIVS SCHVBARTVS

Nascitur.

DAtus est huic Orbi *Heldburgi*, oppido *Franconiae* non obscuro, abhinc sexaginta ferme annis. Patet ipsi fuit vir integerrimus NICOL. SCHVBAR-

Digitized by Google

BARTVS, ciuis quondam & oenopola: Mater, antiqui probique moris foemina, DOROTHEA, pariter SCHVBARTINAE gentis. Domi in Clasſibus, publica autoritate conſtitutis optime, vltra primas literatae inſtitutionis lineas vix proceſſerat ac linguarum fundamenta iecerat, quando annum circiter duodecimum egreſſus ſuaſu amicorum *Noribergam* mitteretur, ac Paſtori & Theologo in vrbe primario, IO. MICHAEL DILHERRO commendaretur. Comiter ab hoc ſuſceptus clariſſimis viris, ſcholae *Sebaldinae* moderatori ADAMO ZANNERO, itemque CHRISTOPHORO ARNOLDO, Eloquentiae & Graecae Linguae in *Aegidiano* Profeſſori tradebatur excolendus. Horum priuatis ac publicis laboribus memori & grato animo, dum viuebat, tribuebat quicquid in Latinis Graecisque Scriptoribus illa tempeſtate attigerat, ſtimulos attentibus viris munificis, PAVLO WEBERO, itemque IO. GRAEFIO, venerandis apud *Noribergenſes* Theologis, IO. GEORGIO VOLCKAMERO, Medico praecellente, & IO. LEONHARTO STOEBERLINO, virtute ac dignitate ſplendidiſſimo. Non ſolum autem *Noribergae* per ſexennium; ſed etiam *Ienae*, quo illo finito ſe recipiebat, per quadriennium illorum beneficiis eſt fruitus, quod publico etiam elogio ingenue eſt teſtatus. In *Salanam* igitur conceſſit inſtructus teſtimoniis

Noribergam miſſus.

Praeceptores eius.

Ienam concedit.

niis & literis commendatitiis ad viros beatae recordationis D. GVERNERVM ROLFINKIVM, IO. THEODORVM SCHENKIVM & IO. FRISCHMVTHIVM, quorum beneuolentiam & amorem nunquam non magnifecit. Audiebat Doctores celeberrimos, IO. GVILIELMVM BAIERVM & VALENTINVM VELTHEMIVM, Theologos meritisſimos, nec non magnum Polyhiſtorem, IO. ANDREAM BOSIVM, cui totum ſe dedit formandum. In muſeo illius crebro libros cognoſcebat ac iudicia ſimul de iſtis optimi praeceptoris, qui melioribus aptum impenſe diligebat, vt eadem ſecum habitare tecta, & vltimis *Ioſephicae* editionis curis adhibere vellet. His ita ſuccedentibus praeter opinionem vocabatur *Gotham* a Magnifico IACOBO HENRICO HEIDENREICHIO, ICto, in aula Conſiliario & Conſiſtorii Praeſide grauiſſimo, vt filii natu maioris praeeſſet ſtudiis. In noua hac & praeſaga laetioris fortunae ſede ex ſapientiſſimis Patroni & hoſpitis ſermonibus proficiendi opportunitatem omnem arripiens, inſuperque viris prudentiae doctrinae & meritorum fama eminentibus, IO. IACOBO AVIANO, Conſiliario *Gothano*, hinc in aulam *Coburgenſem* tandemque *Spiram Nemetum* euocato, quod prolixius tradidi Claſſ. II. pag. 187. nec non ADAMO TRIBBECHOVIO, Antiſtiti primario, conciliatus

Gotham vocatur.

tus, primum hunc gradum fecit ad Professorium munus. Commoratus *Gothae* per duos admodum annos & Principali stipendio largiter auctus *Ienam* reuertebatur. Ibi veteres delicias multo auidius repetebat, non tamen satis esse aestimabat philosophari tantum; sed florida tempora & studia cum disciplina quadam superiore coniungi debere, vt sic vsus magis pateret ac societati humanae rectius olim consuleretur. Iureconsultum igitur excellentissimum IO. SCHILTERVM sectabatur, cuius conuictu fruebatur, quotidiana consuetudine cautior aeque ac doctior euadens, tam feliciter progrediebatur in vtroque studiorum genere, vt acceptis Magisterii honoribus & commendatione Collegii Philosophorum amplissimi in Professorum Ordinem adscriptus docere publice Eloquentiam ac Poesin iuberetur, nec diu post, anno nimirum MDCLXXXV, in Ciuili & Canonico Iure summis perornaretur titulis ac priuilegiis. Sortitus postremo etiam Historiam tradendi munus, nulli pepercit operae, quin & voce & stylo tam domesticis quam publicis scholis frequentibusque dicendi exercitationibus, academiam haud minus quam spartam vtramque decoraret. Factis praeter haec crebris iuridicis acroasibus, vt quantum elegantiores literae legum cultori praesidii afferant, exemplis ostenderet, suosque ad honestissimam stimu-

Ienam redit.

Iura excellit.

Magist. Phil.

Profess. Histor.

Iurium Cultor.

ſtimularet aemulationem. Prudentiam ſuam omnibus probauit, dum non Rectoratu ſolum academico, ſed & Decanatu ſua in Facultate aliquoties, & Brabeutae munere eſt functus, me quoque Calend. Octobr. cIↃ IↃCCXCVI. Philoſophiae Magiſtrum publice renunciauit, per omne vitae ſpatium inſignia Praeceptoris & Promotoris beneficia grato animo praedicaturum. Ne autem ſine leuamine curarum aut ſine dulcedine ac gaudiis eſſet, quae fauſtum connubium promittit praeſtatque, mature ſibi eligebat ſociam, virginem tam pudicitia quam forma & cunctis ſexus ſui decoribus effulgentem MARTHAM CHRISTIANAM, viri clariſſimi M. MARTINI RINGLERI, Senatoriae apud *Ienenſes* ſcholae per viginti quinque annos quondam Rectoris fidi, filiam ſuperſtitem vnicam. Cum ea ſine prole quidem vixit; quae enim ipſis naſcebatur, feſtinato fato extincta eſt. De caetero tamen mutua charitate & quantum inter mortales fieri poteſt, beate vixit, prudentia & frugalitate, obſequio ſuauitateque vxoris oppido delectatus. Eadem nobiliſſimum & conſultiſſimum Dominum IOACHIMVM SEECKIVM, I. V. D. & Reipublicae *Ienenſis* Syndicum meritiſſimum allexerunt, vt illam viduam duceret, quod coniugium itidem fauſtum & pacatum fuit, ac proinde dolendum, quod mariti morte praeter expectationem ſit

Rector Decanus & Brabeuta.

Eius Coniux.

Felicitas eius.

Digitized by Google

sit solutum. Ad Schubartum redeo. Obtigerant ei multa naturae bona, ingenium excellens & perspicax, iudicium insigne ac censorium, memoria tam acris & reddendis, quae semel acceperat, expromta, vt nunquam sermonis deficeret copia. Corpus procerum ac tenue: Vultus, ille animi index, fere adductior, seueritatis aliquid, ac pariter vt incessus, meditabundi speciem praeferens, arcano quodam oculorum lumine: Vox sedata & depressior, ac nisi commotior ipse, redderetur, blandissimae suauitatis. At corporis robur minus firmum postremisque vitae annis potissimum varie tentari valetudo coepit: cumprimis ischiadicis & colico-nephriticis doloribus. Exeunte mense Iulio anni CIↃ IↃCCI. haud leuiter increuit malum manifesta viscerum ἀκρασία, cui quantumuis quicquid poterat consilii atque operae opponeretur: exhaustis tamen continua vomitione viribus, & cum vitali spiritu spe vitae paulatim labente, ad suprema sese non trepide Noster comparabat. Quare expiato Christianis mysteriis animo d. XVIII. Augusti anni dicti inter preces & lacrymas moestissimae coniugis placide obiuit.

Prosopographia Schubarti.

Aegrotat.

Moritur.

Edidit non solum Dissertationes varii argumenti, inter quas eminent

1. Enarratio parergica Metamorphoseos Ouidianae de Diluuio Deucalionis. Ienae, 4. cui adiecit Thomae Reinesii Dissertatio-

nem Criticam de Sybillinis Oraculis. 2. Dissert. de ortu Gothorum. 3. Politica de Imperatore Henrico IV. Sed etiam B. BOSII de prudentia & eloquentia ciuili comparanda diatribas Isagogicas. Ien. 4. 1678. & auctius cum notitia Scriptorum Historiae vniuersalis. 1698.

Histor. generalem in notitiam rerumpublicarum orbis vniuersi, vna cum dissertationibus de statu Europae. Ien. 4. 1678. Reinesii Commentationem parergicam de Palatio Lateranensi eiusque Comitiua, cui addidit suam Exercitationem Historicam de Comitibus Palatinis Caesareis. Ien. 4. 1679.

LXXX.

IOANNES ANDREAS Schmidt

Schmidius

Nascitur.

NAtus est *Wormatiae*, patre Viro maxime reuerendo, amplissimo & excellentissimo, Dn. M. GEORGIO Schmidt/ plurimum reuerendi ibidem Ministerii seniore venerabili, scholarumque visitatore meritis insigni; Matre vero matrona ornatissima sui sexus decoribus, CATHARINA Petrußin/ e familia apud Augustanos optime nota. Ab his νῦν ἐν ἀρχῇ prima pieta-

pietatis elementa moresque probatos non duntaxat accepit, sed etiam quam primum aetas ferebat, traditus fuerat magistris, vt maiores quotidie faceret profectus. Hos temporis successu iuuit publica institutio in Gymnasio *Wormatiensi*, quod nunquam non celebribus claruit viris, quos inter merito refert excellentissimum virum, Dn. CASPAREM EBELIVM, Philosophum illum insignem, inque *Marpurgensi* academia Logices ac primae Philosophiae Professorem Publicum, & Theologos excellentissimos SITTIGIVM & MISLERVM. Ex his enim praeter clarissimos viros, Dominum M. KLOH & Dn. M. HVNERVM, Conrectorem illum, hunc vero Collegam, breui quidem tempore audiuit Rectorem, B. Dn. VALENTINVM SITTIGIVM, postea Pastorem Budissinensem ac denique S. Theologiae Doctorem, Superintendentem Martisburgensem Generalem, Consiliarium Ecclesiasticum, Concionatorem aulicum & Confessionarium Ducalem Saxonicum: Huiusque in Gymnasio successorem Dn. HARTMANNVM MISLERVM, posthac Pastorem & Rectorem *Stadensem*, tandemque SS. Theologiae Doctorem & Superintendentem *Verdensem*, quorum memoriam grata mente semper recoluit. Cum autem vnius mensis spatio laudatissimis parentibus orbaretur, & mox pestifera lues anno salutis CIↃ IↃCLXVI, adeo in vrbe saeuiret, vt

Educatio eius.

Gymnasium Wormat. frequentat.

Parentibus orbatur.

Muſae ſilere longo tempore cogerentur, non exigua ſtudiis illius mora fuit iniecta, donec tandem anno proxime ſequenti ab auo materno Dn. IOANNE PETRVSSEN, *Auguſtam Vindelicorum* translatus ſtudia priora repetendi & continuandi commodam acciperet occaſionem. Heic quippe Dauidicum illud & in ſe deprehendit verum: *Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumſit me*, dum Patronos excitauit illi vere auguſtos, Collegii Auguſtanae Confeſſionis adminiſtratores magnificos, qui ſextum annum in laudato Collegio animum corpusque eius liberaliter aluerunt, atque poſtmodum in alma *Salana* inſignem fauorem erga Noſtrum fauore gratiamque continua gratia cumularunt. Factum id omne ſub Ephoratu beati Dn. M. IO. GROPHII, genuini ex Boecleriana ſchola diſcipuli. Sub huius ductu ſtudia colebat humaniora, linguas Orientales cum aliquo Philologiae atque Philoſophiae praeguſtu. De eo impenſe ſibi gratulabatur, quod ἀγεωμέτρητος ſtudia academica non acceſſerit. Integrum enim Mathematicum Cutſum a quodam Matheſeos probe perito explicari ſibi curauit, quem cum Auguſta artium mechanicarum academia per Germaniam princeps ſemper extiterit, harum rerum partim curioſa & vtili inſpectione, partim propria tractatione exornauit, probe conſcius facilius vtiliusque haec in praxi quam

Auguſtam Vindelic. transfertur.

Matheſi dat operam.

Digitized by Google

e solis multisue libris disci. His instructus, Superiorum gratioso indultu sese contulit in academiam *Ienensem* an. CIↃ IↃCLXXIII. paucis ante festum Pentecostes diebus, Rectore tum temporis Magnifico IOANNE FRISCHMVTHIO, Linguarum Orientalium Professore Publico longe celeberrimo meritisimoque totius academiae Seniore venerabili, nunc beato. Vt vero Noster rationem studiorum haberet, excellentisimorum illius temporis Professorum lectiones tum publicas tum priuatas sedulo audiuit: Laudatum Dn. FRISCHMVTHIVM in explicatione Institutionum Schickardi occupatum: B. Dn. ERHARDVM WEIGELIVM, Mathem. Profes-sorem Publ. Consiliarium Caesareum ac Palatino-Solisbacensem varia meletemata priuatim tradentem: B. Dn. CASPAREM POSNERVM, Naturalium Prof. Publ. Physicam generalem & specialem profitentem, nec non euidentisimas plenisimasque demonstrationes exhibentem geneanthropologicas, qui simul aditum interiorem ad instructisimam simul ac rarisimam in hoc studiorum genere Bibliothecam concesit. B. Dn. IOANNEM ANDR. BOSIVM, Historiarum Professorem publice Introductionem in vniuersam Historiam secularem, priuatim vero de comparanda notitia scriptorum magna cum cura explicantem: Dn. PHILIPPVM MüLLERVM, Eloquentiae & Poëseos Professorem, hodie

Ienam venit.

Praeceptores, quos laudat.

S. Theologiae Doctorem & Professorem: B. Dn. VALENTINVM VELTHEMIVM, tum Philosophiae, post Theol. D. & Prof. Publ. publice, ac priuatim in *Guilielmum & Hugonem Grotium de Iure Naturae ac Gentium*, cuius & analytico vsuali & acroamatico pansophico examinatorio-disputatorio interfuit: Beatum quoque Dn. CASPAREM SAGITTARIVM, S. Theol. Doctorem, Bosii successorem, Historicumque Ducalem Saxonicum, sub initium vitae academicae priuatim de notitia scriptorum a nato Christo ad suaviusque tempora. His subsidiis probe instructus studia Theologica aggredi coepit & audiuit beatum Dn. IO. MVSAEVM, Theologum de Ecclesia Christi meritissimum, in Loca Scripturae Sacrae Canonicae secundum seriem Locorum Theologicorum publica & solita, id est, exquisita ἀκρίβεια commentantem: B. Dn. FRIDEMANNVM BECHMANNVM, Theologum celeberrimum, publice totam *Augustanam Confessionem* explicantem & ab aduersariorum φλυαρίαις solide vindicantem, cuius etiam priuatis exercitiis disputatoriis sub illius praesidio per omnes Articulos fidei vel Opponens vel Respondens interfuit: B. Dn. IO. GVILIELMVM BAIERVM, Theologum, dum viueret, excellentissimum, in Compendium Historiae Ecclesiasticae Gothanum itemque cum Collegium disputatorium contra Pontificios secundum seriem decre-

Disputat.

cretorum Concilii Tridentini haberet, in quo Noſter nunc Opponentis nunc Reſpondentis vicem ſubiit. Anno LXXV. a laudato Dn. VELTHEMIO, Decano tum temporis & Promotore, poſtquam Diſputationem proprio matte elaboratam *de ſanctimonia vinculorum, per quae respublica cohaeret, illustri casu monſtrata*, ſub *Velthemiano* moderamine, publice cum frequentisſimi ac conſtantis auditorii applauſu habuerat, meritisſimis ſummisque in Philoſophia honoribus ornatus fuit. Ex quo tempore habita pro praeſidio Diſſertatione, legendo, perorando & diſputando perpetim cum proprio auditorumque ſuorum *inſigni fructu* ac emolumento ſe exercuit, *vt tandem etiam* dignus haberetur, qui Adiunctorum amplisſimae Facultatis Philoſophicae numerum ornaret. Factum dein, vt SERENISSIMIS NVTRITORIBVS ante laudatus WEIGELIVS proprio motu eum ad Profeſſionem Matheſeos extraordinariam & Conuictorii Ducalis Inſpectionem commendaret. Cum vero res, ſupremo Numine ita dirigente, traheretur, interea DEI & SERENISSIMORVM DOMINORVM NVTRITORVM auſpiciis VELTHEMIO in locum beati MVSAEI ſuccedenti in Profeſsione Logices & primae Philoſophiae anno LXXXIII. ſuffectus fuit. In hoc munere lectiones publicas ſingulis ſemeſtribus promiſſas, non duntaxat inchoauit; ſed etiam ad finem feli-

Magiſter creatur.

Ipſe docet.

Adiunctus Fac. Phil.

Ad Profeſſionem Mathem. extraord. commendatur.

Profeſſ. Log. & Metaphyſ. conſtituitur.

liciter perduxit. Priuatim nullis honestis desideriis defuit in Philosophia aliisque exercitiis vtilioribus. In disputationibus ex Logica, Naturali Moralique Philosophia, Mathesi & praeprimis Historia vtraque, Ciuili & Ecclesiastica edendis nunquam non fuit occupatissimus. Testis est magnus earum, vt & operum Philosophicorum omnium fere partium publicis typis excusorum numerus. Nec silentio praetereundum, quod Serenissimi Principis ac Domini, Dn. IOANNIS GVILIELMI, Ducis Saxoniae &c. gratiam constantissime expertus fuerit, dum Principalem illum animum ad studia Mathematica natum consiliis suis ducere iubebatur. Ne vero domesticis curis a publicis negotiis distraheretur, fidelem tori sociam sibi elegit virginem pudicissimam SIBYLLAM, viri summe reuerendi atque magnifici Dn. THEOPHILI COLERI, *Ienensium* Ecclesiastae primarii ac Superintendentis Generalis &c. *vὸν ἐν ἁγίοις*, filiam. Hac vero A. C. CIↃ IↃCXCII. beata demortua duxit virginem omnibus virtutibus florentissimam SIBYLLAM, viri itidem summe reuerendi atque excellentissimi Dn. GEORGII GOEZII, Ecclesiae *Ienensis* Pastoris primarii, Superintendentis Generalis, Consiliarii Ecclesiastici & hagio-Synedrii Ducalis Assessoris, beatae memoriae, filiam, quod matrimonium adhuc ex voto floret, per multos annos floreat! A. C. CIↃ IↃCXCIV. Doctora-

ctoratum Theologicum ambiuit atque a ſumme Reuerenda Facultate Theologica *Ienenſi* impetrauit, Lectionibus curſoriis propoſita *Hiſtoria Quietiſtarum veterum & recentiorum* ac diſputatione inaugurali ſub praeſidio Velthemiano habita de *Euchariſtia mortuorum*. Caeterum quamuis oblatae Ei ſint variae functiones & academicae & eccleſiaſticae ad inter has Ephoratus Miniſterii Auguſtanae Confeſſionis, quem Proceres Auguſtani altera vice ei obtulerunt, & dein Paſtoratus ad D. *Iacobi: Ienae* tamen Profeſſioni academicae praeeſſe maluit, vsque ad annum MDCXCV. quo in academiam *Iuliam* vocatus Profeſſor Theol. & Antiquitatum ſacrarum Ordin. ac Abbas Mariaeuallenſis *Helmſtadium* abiit, vbi Eccleſiae & academiae commodis vtilitatique adhuc mirum in modum ſeruit. Quem Patronum meum ſumme venerandum bono publ. quam diutiſſime ſoſpitem ac ſuperſtitem tueatur Numen diuinum, ex intimis animi viſceribus precor! Scripta ipſius typis ab an. CIↃ IↃCLXXV. ad an. CIↃ IↃCCV. exſcripta ipſe peculiari Catalogo conſignauit, quem cum pace Viri Magnifici ſequentem in modum contraham:

In academia Salana:

Sanctimonia vinculorum, per quae Respubl. cohaeret, praeſide *D. Velthemio*. 1675.
De Sectis Phyſicorum in genere, Reſp. Mich. Gebauer. 1676.

Admiratio ignorantiae filia, mater Philoſophiae, Reſp. I. Iacobſen. 1677.

Poſitiones Metaphyſicae ex parte generali, R. P. B. Scharff. 1678.

Selenitae ex luna proſcripti, pro loco in ampliſſ. Fac. Phil. obtinendo. R. Io. Chriſtoph. Laititz. 1679.

Faſciculus miſcellaneorum phyſicorum xvi. Diſp. ſeqq. continens: 1. de pulchritudine hominis, 2. de Caſeo, 3. de Rore Maiali. 4. Primum in formatione animalium viuens. 5. De Diuinatione. 6. De Cereuiſia. 7. De Faſcinatione viſuali. 8. De Riſu. 9. De Termino vitae, an poſſit produci vel abbreuiari. 10. De Corporum παλιγγενεσία. 11. De influxu coeli. 12. De Butyro. 13. De Pane. 14. De Gemellis. 15. De Tonitru. 16. De lacrymis.

His Corollariorum loco totius ſcientiae naturalis delineatio acceſſit.

De officio magiſtratus circa tempora peſtis.

Durum neceſſitatis telum. Diſſert. moralis de praecipitantia.

Luna in cruce viſa. (quae etiam Germ. prodiit anno 81.) 1680.

De Iure Maieſtatis circa Leges. Character dubitationis moralis.

De anima humana. 1681.

Diſſertat. Moralis de conſuetudine. Coecus de colore iudicans. Arcana dominationis in rebus geſtis Oliuerii Cromwellii. An-

ni-

Antiquitates Macedonicae. Duo Phaenomena rarisſima, alterum, luna in cruce, alterum meteorum ignitum. 1682.

Labor ſolis laborante ſole iuſtitiae. De perpetuo mobili. Terrae motus tempore Paſſionis Chriſti. Thema Chriſti Natalitium. Archytas Tarentinus. Archimedes Mathematicorum Princeps. Programma inuitatorium ad lectiones publicas. Eröffnete Todten-Grufft oder Trauer-Reden. 1683.

De Thermometris. Respublica formicarum. Regula falſi analytice examinata. Breuis diſquiſitio de diuerſis diſputandi proceſſibus. 1684.

Elementa Geometriae, R. P. Ignat. Gaſton Pardies S. I. e gallico in Latinum verſa. Ratio in myſterio Trinitatis captiuata. Aratus Phaenomenorum ſcriptor. Euclides geometra. 1685.

Seneca eiusque Theologia. Progreſſus in infinitum. Senſus propriae infirmitatis paedagogus ad reuelationem. 1686.

Daedalus mechanicus celebris. Programma de Cathedris doctorum I. Programmata de fatis diſciplinarum Mathematicarum. Logica, Metaphyſica, Phyſica, Theologia Naturalis, Ethica & Politica. 1687.

De cathedris doctorum Progr. II. Anaxagoras eiusque Phyſiologia. De Gymnaſiis literariis Athenienſium. 1688.

Ana-

Anaximenis vita atque Physiologia. Lapsus naturae in genere humano. Sciatericum Achas & in eo miraculum. Hipparchus, Theones, doctaque Hipathia, in Matheſi celebres. Chryſippea brutorum Logica. Cur heroum filii interdum noxae? 1689.

Surdus de ſono iudicans. Geometria brutorum. Collapſi Hierichuntis muri ad Ioſ. c. 6, 20. De Deo & attributis diuinis ex principiis naturae cognoſcibilibus. Duo Canones, nimirum regula Lesbia & ſtatua Polycleti. Progr. de cathedris doctorum III. 1690.

Theologia Hippocratis naturalis. Sophiſmata philautiae. Ioſephus non ex ſcypho diuinans. Otium negotium Ienenſe, ſ. diſſertationes aliquot academicae olim habitae: 1. Admiratio ignorantiae filia &c. 2. Selenitae e luna proſcripti. 3. Luna in cruce viſa. 4. Meteorum ignitum, quod anno 82. 5. Dec. apparuit. 5. Antiquitates Macedonicae. 6. Aratus Phaenomenorum Scriptor. Variorum Philoſophicorum Decas. Geiſtliche Ruhe in der Arbeit unterſchiedlich gehaltener Predigten. 1691.

Epiſtola ad illuſtrem & generoſiſſimum Dn. Henricum von und zu der Tann, de Nummo Philippeo aureo in agro Tannenſi inuento. Triga Exercitationum: 1. de Miſſa ſicca, 2. de Muliere in Eccleſia, 3. de cultu Euangeliorum. 1692. Sche-

Schediasma de nummis cathedraticis, quo ad XXXII. per totam Philosophiam disputationes a Resp. Io. Iul. Struue habendas, Philosophiae studiosos inuitauit. Pietas ex nummis antiquioribus delineata. Regina Austri ex 1. Reg. X, 1. seqq. Statua Nebucadnezaris ad cap. III. Dan. vers. 1. Numismata aurea, argentea & aerea maximi moduli ex gazophylacio Arnstadio-Schwartzburgico. Ouum mundanum. 1693.

Auris Θεόδεκτος. Diptycha Veterum. De sapientia eiusque adminiculis & impedimentis. Medicina affectuum. Translationis Gregorii Naz. cum translatione Io. Guil. Baieri collatio. 1694.

Inauguralis de eucharistia mortuorum, pro licentia Theologica sub praesidio D. Val. Velthemii. De curatione morborum per oleum sanctum ad Marc. VI, 13. & Iac. V, 14. s. De altaribus portatilibus. Templa Demetrii argentea ex Act. XIX, 24. Epistola ad Reuerendissimum ac Serenissimum Principem Mauritium Guilielmum, Sax. Ducem, de Nummis bracteatis Numburgensibus, Citizensibus & Pegauiensibus. 1695.

In Academia Iulia.

Programma de primitiuae ecclesiae lectoribus in genere. 1695.

Quietismi reuolutio in Quietistis decimi quarti

Digitized by Google

ti & huius ſeculi. I. B. Helmontii Philoſophi per ignem de ſtatu integritatis & corruptionis errantes ignes. De inſignioribus veterum Chriſtianorum formulis. De primitiuae Eccleſiae lectoribus illuſtribus Programma II. 1696.

De baculo paſtorali. Baptiſmus per arenam. Semicenturia theſium ex Theologia fidei. Eccleſia virgo ad Euſeb. H. E. L. IV. 22. Dux foemina facti, haereſeos vel autor vel fautor, ſiue mulier heterodoxa ad loc. Hieron. in Ep. ad Cteſiphontem. Programma de primitiuae eccleſiae lectionib9 & praecipuis circa easdem ritibus. 1697.

Die ungleichen Gottesgelahrten. Sudaria Chriſti. Mulier orthodoxa. Faſciae Chriſti. De Omophorio Epiſcoporum Graecorum. Progr. de cereo Paſchali. Progr. de praecipuis Pentecoſtes ſolennitatibus. Semicentutia theſium ex Theologia Morali. Iuſtini Martyris Theologia Moralis. Faſciculus quaeſtionum moralium ad ductum Theologiae Moralis B. Baieri collectus &c. 1698.

De Catechiſatione Veterum. Theatrum naturae & artis. Progr. de libellis pacis. Compendium Theologiae dogmaticae. Animaduerſiones ad Liberii a S. Amore Epiſtolas Theologicas. Pſeudo Nouum Teſtamentum. Diſſertatio de re nummaria Hebraeorum ſiue vera ſiue victa, ſiue ad

res

res eorundem respiciente. Allerhand Sonn-Fest und Buß-Tags-Predigten. Commercium literarum Bosium inter & Reinesium, Ienae editum. Elinguati mysterium Trinitatis praedicantes. 1699.

De Pseudo-Euangelio aeterno Sec. XIII. & seqq. De syllabicis in loca Rom. XI, 36. 1. Cor. VIII, 6. summe iniustios. Consilium, omnibus protestantium Ecclesiarum eruditis commendans Centuriarum Magdeburgensium emendationem, defensionem atque continuationem. Historiam seculi primi fabulis variorum maculata. 1700.

Minister Ecclesiae omnibus omnia, praecipue ex 1. Cor. IX, 2. Puer Athanasius baptizans. Progr. de doctorum primitivae ecclesiae vario docendi disputandique genere. De Bibliothecis eremitarum veterum. Progr. de variis controversiis vel tollendi vel minuendi modis. De institutione Catechetica. De armatura spirit. ex Eph. VI, 10. s. 1701.

De oblatis eucharisticis. Pulvillos & pepla Prophetissarum ad Ezech. XII, 18. Adami Halberstadiensis in die cinerum ex ecclesia electi historia. Monumentum Absalomi 2. Sam. XVIII, 18. Commentatio ad Can. XV. Concilii Nicaeni de translationibus Episcoporum ad Christian. Henr. Behmium. Collatio Adami primi & secundi. 1702.

De

De Bibliothecis noua accesſio collectioni Maderianae adiuncta. Tumba Seruatoris. Paphnutius epiſcopus caelebs, coniugii Clericorum patronus & vindex, nuptiis Philip. Lud. Böhmeri, Superint. Gener. ap. Göttingenſes dicatus. De morte Moſis ex Deut. 34. De lectionariis Orientalis & Occidentalis Eccleſiae in genere, & ſigillatim de Ioh. Chryſoſtomi lectionario MSto. Oratio in natali Academiae Iuliae de templo Auguſtiniano ſ. porta coeli. 1703.

Chriſtus in der Stadt- und Academiſchen Kirchen/bey Einweihung der Vniuerſität Collegien-Kirche vorgeſtellet. De lapſu Origenis. Programma I. de ſtudioſi Theologiae fatis, vita & ſtudiis per exempla Patrum illuſtratis, Diſp. XIV. publ. in compend. Henichii habitis praemiſſum. Hiſtoria coelicolarum ad Tit. Cod. de Iudaeis & coelicolis Diſſ. I. Andr. Hyperii libellus de Catecheſi recuſus cum praefat. de ſchola Alexandrina Catechetica. De Apoſtolis vxoratis. De libris & epiſtolis coelo & inferno delatis. 1704.

LXXXI.

IO. PAVLVS HEBENSTREITIVS,

Cuius Vita & Scripta Claſſ. I. Num. XLVI. pag. 258. exhibentur.

LXXXII.

IO. ANDREAS DANZ

Depingitur in Claſſe I. Theol. No. XLIX. pag. 283.

LXXXIII.

IOHANNES IACOBVS MVLLERVS

Io. Iac. Mullerus

IEnae tanquam verisſima Muſarum proles lucem adſpexit, ſuoque ortu literatum orbem anno MDCL. die Maii trigeſimo primo beauit. *Natus.* Genitorem habuit virum clarisſimum, IOHANNEM MVLLERVM, Seminatoriae ſcholae Con-Rectorem fidelisſimum: *Eius parentes.* Matrem vero DOROTHEAM GROSNERIAM, optimis virtutibus ornatam. Prima optimorum parentum cura erat, vt pietati ab ipſis vnguiculis charisſimum illud pignus adſueſceret: quotidiana quippe Bibliorum lectio tam matutina, quam veſpertina, iniun- *Pia educatio.*

gebatur, hincque examina instituebat Pater, & religionis Christianae prima ducebat lineamenta. Quin imo prima Latinitatis fundamenta laudatus Genitor iaciebat, filioque ad perdiscendas artes optimas impellendo, hortando, monendo autor erat. Nec sua saltem cura formari volebat prolem, sed Rectoris quoque meritissimi, M. MARTINI RINGLERI, informationem solidam in partes adsciscebat. Ac ne domi omitteretur quicquam, duce M. ANTONIO MOSERO, postea Archi-Diacono in Salfeldensium Ecclesia vigilantissimo, Autores Classicos euoluebat ac in vtraque lingua, tam prosa quam ligata oratione se exercebat, illaque dabat specimina, quae in quindecim annorum adolescente vltra aetatem a Praeceptoribus ipsis extollebantur. Excellentissimo SCHENCKIO fasces academiae moderante Noster studiosorum albo inserebatur & ad auscultandas lectiones academicas amandabatur. Celeberrimos igitur Professores Philosophos sectabatur, FRISCHMVTHIVM, WEIGELIVM, POSNERVM, BOSIVM, VELTHEMIVM, siue Philosophicas disciplinas, siue elegantiores literas tradentes. Potissimum autem operam suam in hoc studiorum genere ponebat, quod circa regendas hominis actiones occupatur, & cuius vsus se circa vitam ciuilem & gentium publica inter se commercia propius expromit. Ea enim sapientiae pars

Informatur.

Albo academico inseritur.

&

& genio ipsius valde arridebat & praesentissimae vtilitatis est, & polituram adhuc nonnullam capiebat. Hinc factum est, vt ex concordi Senatus Philosophici suffragio summorum in Philosophia honorum titulos inter primos reportaret. Edebat deinde egregiam *de decimationis poena* exercitationem, qua viam sibi muniebat ad locum Adiuncti in Philosophica Facultate obtinendum, quem etiam posthac per decennium integrum cum singulari totius academiae emolumento tuitus est. Varii generis Disputationes ventilandas proposuit, & docendo fideliter perrexit. Tantum igitur studiosorum amorem ac venerationem sibi conciliabat, vt etiam a Iuuene politissimo, Dn. OVERLACHIO, Hannouerano, post Iur. Doctore & Consiliario nobilissimo, sumtu haud exiguo in Saxoniam inferiorem duceretur, ibique ad ipsum intra domesticos recessus vberius instituendum adhiberetur, omni honoris & beneficii genere cumulatus. Cum vero publici priuatique Iuris scientiam a ciuili & morali Iurisque naturalis disciplina origines suas ac incunabula habere animaduerteret, illi quoque operam dare decreuit. Adiit itaque assidueque STRVVIOS & LYNCKEROS, qui Oracula quaedam Iurisprudentiae merito habebantur, laeto mentis impetu sectatus est. Dissertationem quoque politissimam *de Iure Repressaliarum* sub Praesidio

Magister proclamatus.

Disputat.

Adiunctus Facult. Philos.

In Saxoniam inf. abit.

Iura excolit.

sidio LYNCKERIANO in ferventi eruditorum acie propugnauit. Hinc Theologorum pientissimorum, MVSAEI, BAIERI & BECHMANNI ductum & auspicium secutus ipsam quoque Theologiam addidicit, exemplis & autoritate summorum ICtorum, inprimis WESENBECII & CARPZOVII, qui, quando Iuris discendi normam praescripsere, insignem aliquam operam studio Theologico impendendam exegerunt, incitatus. Sic igitur se gerens tam insignem acquirebat laudem, vt nunc ex hac nunc ex illa prouincia ad honorifica capessenda munia solicitaretur. Ast cum firmissimo obligationis vinculo se patriae adstrictum crederet, aliis in locis neque ambiebat, neque oblatam acceptabat functionem. Sereniſſimi igitur *Academiae Ienensis* Nutritores Nostrum, loco non vacante ordinario, anno CIↃ IↃC XCII. ad Professoris munus extra ordinem obeundum clementissime euocabant. Anno MDCXCV. d. VIII. Ian. ad Poëticam, MDCXCVIII. d. XIV. Sept. ad Logicam, MCCVI. vero ad Moral. & Politic. Professionem ordinariam promouebant. An. MDCC. summos in Iure honores *Ienae* ambiebat & exhibitis consuetis speciminibus impetrabat.

Theologos audit.

Professor extraord.

Ordinarius.

I. V. Doctor.

GEOR-

LXXXIV.

GEORGIVS ALBERTVS HAMBERGERVS

Hambergeri

Patria.

Studia academica.

Promotio Magisterii.

Adiunctura.

Professio extraord.

Ordinaria.

Inspectio alumnorum.

Professio Physic.

BEurberga-Francus, ex *Altdorfina* academia *Ienam* delatus post adeptos Magisterii honores suas ingenii vires ac studia disputando legendoque Collegio Philosophico ita probauit, vt anno MDCLXXXVIII. ab eo in Adiunctorum numerum cooptaretur. Posthaec anno MDCXCIV. a *Serenissimis* Saxoniae *Ducibus*, sollicitante ERHARDO WEIGELIO, Consiliario Caesareo & Palatino ac Mathematum Professore Publico commendanteque Senatu academico, ac seorsim Facultate Philosophica, Mathematum Professor extra ordinem est constitutus. Cum autem laudatus *Weigelius* anno MDCXCVI. dignitatem Professoris honorarii esset nactus, eidem Professionem ordinariam cessit, cui a Serenissimis Academiae Nutritoribus anno MDCXCVII. Inspectio alumnorum, Ducalium & anno MDCCV. Professio Physicae adiuncta. Scriptorum, quae elaborauit & ex parte cum erudito lectore iam communicauit, fasciculus sub prelo sudat, quem alter in posterum sequetur.

LXXXV.

Trevnerus

IO. PHILIPPVS TREVNERVS

Nascitur.

NAtus est in hanc lucem d. xxx. Iunii A. O. R. CIↃ IↃCLXVI. *Schalcauiae*, Ducatus *Coburgici* oppido, parentibus viro maxime reuerendo atque excel-

Eius parentes.

lentissimo, Dn. THEODORICO TREVNERO, Ecclesiae tum temporis Concionatore & vicinarum Inspectore grauissimo, deinde Pastore primario *Heldburgensi* eiusdemque Dioeceseos Superintendente longe meritissimo, nunc beato; & matrona nobilissimis sexus sui virtutibus ornatissima, MARIA MAGDALENA, ex SCHERERORVM, in aula olim & Scabinatu *Coburgensi* amplissimis officiis defuncta, familia. Horum prouida

Praeceptores.

cura cum Collegarum scholae patriae fidei tum & industriae Praeceptoris domestici Dn. PAVLI MVLLERI, Pastoris post Gauerstadiensis, aetate adhuc valde tenera est creditus. Huius dexteritate contigit, quod anno

Rudolphopolitanam schola frequentat.

CIↃ IↃCLXXVII. scholam prouincialem *Rudolphopolitanam* salutare est datum, in qua multum fuit adiutus cura meritissimorum virorum, patrui Dn. IO. CHRISTOPH. TREVNERI, Conrectoris, & solicitudine Dn. M. IO. MICH. SCHWIMMERI, Rectoris, ac Dn. IVSTI SOEFFINGII, S. Theol. Doctoris,

ris, Consistorii Ecclesiastici Assessoris primarii, Confessionarii aulici & Superintendentis Generalis, νῦν ἐν ἁγίοις. Duobus ibi exactis annis *Coburgum* concessit, vbi per quinquennium audiuit Professores famigeratissimos, in Theologia & Philosophiia primarium magnificum, Dn. IO. AVGVSTVM STEMPELIVM, S. Theol. Doctorem & Professorem illustrisque Gymnasii Directorem celeberrimum, nunc Pastorem primarium Coburgensem, Consistorii Ducalis supremi Assessorem grauissimum, & Superintendentem Generalem meritissimum: In Physica Dn. D. CHRISTIANVM ANDR. FROMMANNVM, Archiatrum Ducalem: in Orientalibus Linguis & Matheſi, Dn. IO. WOLFFINGIVM: in Eloquentia & Historia Dn. ISRAELEM CLAVDERVM: in Logica Dn. IO. SCHVBARTVM: in Graeca Lingua Dn. IO. SAVERBREY, Susceptorem suum, post laudati Gymnasii Directorem & S. Theol. Professorem. Cum quorum informatione commonefactionem & consilia salubria iunxerunt auunculus Dn. IO. PHILIP. EBERWEINIVS, ICtus & Consiliarius aulicus excellentiss. affinisque Dn. MARCVS ANTON. HEBERER, Iurium Doctor & Syndicus Reipubl. *Coburgensis* grauissimus. Consecutus etiam est clementiam Seremissimi Principis ac Domini, Dn. ALBERTI, Ducis Sax. &c. vt quae non modo beneficiis mensae gratuitae *Studet Coburgi.*

in quintum vsque annum munificentissime. Nostrum mactauit: sed & *Ienam* comitata est. Hanc enim de consilio Parentis ac Patronorum A. C. CIↃIↃCLXXXIV. petiit, membrum academici coetus mox scriptus, Rectore tum Magnifico illustri & excellentissimo Domino NICOLAO CHRISTOPHORO, *Sacri Rom. Imperii Lib. Barone & Equite de LYNKER, Flurstetti & Koetschauii* Domino &c. De consilio Magnifici Dn. D. FRIDEMANNI BECHMANNI, Theologi Professoris meritissimi praeter clarissimos amplissimae Facultatis Philosophicae Adiunctos auscultauit celeberrimos Doctores Philosophos: in Ebraicis quidem Dn. IOH. FRISCHMVTHIVM, Linguarum Orientalium & Graecae Profess. Publ. in Mathesi Dn. ERHARDVM WEIGELIVM, Mathem. Prof. Publ. &c. in Naturali Philosophia Dn. CASPAREM POSNERVM, Naturalium Prof. Publ. in Historia Dn. CASPAREM SAGITTARIVM, S. Theolog. Doct. Historicum Ducalem Saxonicum & Histor. Prof. Publ. in Eloquentia Dn. GEORGIVM SCHVBARTVM, I. V. Doctorem, tum Eloquentiae, post simul Historiarum Prof. Publ. in Moralibus & Politicis Dn. IO. PHILIPPVM SLEVOGTIVM, ICtum, eo tempore Politices Moral. & Instit. Iustinianearum Prof. Publ. nunc Consiliarium Sax. illustris Facultatis Iurid. & Scabinatus Seniorem

Ienam petit.

Inscribitur.

Operam dat Philosophiae,

nec

nec non Curiae Prouincialis Assessorem ac Iuris Canonici Profess. Publ. In methodo studii Philosophici, Dialectica, Analytica, Metaphysica Dn. IO. ANDREAM SCHMIDIVM, tum Log. & Metaph. P. P. hodie S. Theolog. D. eiusdemque & antiquitatum sacrarum in celeberrima academia *Iulia* P. P. &c. Denique in Chaldaicis, Syriacis & Samaritanis nec non Rabbinicis Dn. IO. ANDREAM DANZIVM, Orientalium & Graecae linguarum, P. P. *Linguis Orient.* In Theologicis audiuit laudatum Dn. D. BECHMANNVM, libros Noui Testamenti historicos eruditissime, interpretantem: Dn. D. VALENTINVM VELTHEMIVM, S. Theolog. Prof. Publ. Historiam Ecclesiasticam vniuersam praelegentem: Dn. D. IO. GVILIELMVM BAIERVM, Theol. P. P. Theologiam Positiuam atque Casualem explicantem. Interfuit etiam Praelectionibus publicis supra laudati Dn. LYNKERI de Processu Iuris Canonici. A. C. CIↃ IↃC LXXXVI. optimi parentis iussu summos in Philosophia honores a Decano Dn. SCHMIDIO rogauit, mox & a Dn. FRISCHMVTHIO, tunc Brabeuta cum singulari laude impetrauit. Quos ne frustra petiisse videretur, praemissa ex superiori cathedra dissertatione publica, Facultatem collegia pandendi modeste petiit. Nec abnuit Facultas amplissima votis, quin, cum per aliquot annos iuuentutem academicam non sine

Theologiae.

Creatur Magist.

Collegia aperit.

egregio ſucceſſu & inſigni applauſu docuiſſet, pluribusque eximiis Diſſertationibus diligentiam obſequioque continuo obſeruantiam inclyto Ordini probaſſet, tandem ei quoque locum in Collegio ſuo ſiue Adiuncturae Philoſophicae titulum an. CIↃ IↃCCCI. beneuole concesſit, ex quo tempore a Decano nemine ad vllam diſputationem publicam, vllum examen Candidatorum aut alium actum Facultatis fruſtra vnquam fuit euocatus, vnam nempe ſibi obſequii gloriam relictam credens. Caetera domi in inſtruendis academicis ſtudioſis ſedulus perrexit, habitis in Hiſtoriam Philoſophicam, Logicam, Metaphyſicam, Phyſicam, Theologiam Naturalem, Ethicam & Politicam diuerſis, priuatis & priuatiſſimis Collegiis. Cumque heic edoceretur, quantum Doctor Philoſophiae praecipue practicae, per Iurisprudentiam iuuetur, huius itidem principia propiꝰ noſcere ſtuduit, duce huius propoſiti electo alte memorato Dn. LYNKERO, cum in praelectionibus ad Inſtitutiones, Digeſta & Capitulationem Leopoldinam atq; Ioſephinam, Collegio item Synoptico in Iurisprudentiam forenſem Romano-Germanicam Struuianam: tum & in diſputationibus, vbi nunc Reſpondentis mox Opponentis partes eſt tuitus. Theologiam priuato ſtudio vrgere perrexit non ſolum in auditorio Theologico diſputando; ſed & in vtroque templo concionando frequentiſſime, ex quo d. XVI. Iunii

Adiunctus Fac. Phil.

Iuridica audit.

Digitized by Google

Iunii CIↃ IↃCXC. ex vnanimi consensu & decreto Facultatis Theologicae post egregiam concionem δοκιμαστικὴν cum fructu habitam nomenque datum matriculae Collegarum in aede S. *Pauli* f. *academica* singulis solis festisque diebus ordinario Oratorum sacrorum munere fungentium, in eum ordinem fuit receptus. Quae cum ita sint, multi de ipsius opera certarunt, aula Ducalis *Saxo-Hilperhusana* Rectoris officium & *Saxo-Gothana* Professionem publicam in illustri Gymnasio ei commisisset, nisi studiorum telam maluisset pertexere. A. C. CIↃ IↃCXCVI. Pastoris primarii & Inspectoris munus in *Franconia* sub opimo salario offerebatur, ast studia sua in academia magis magisque perficiendi Deoque & proximo pro virili seruiendi potius habuit consilium. A. O. R. CIↃ IↃCXCVII. a summe Reuerenda Facultate Theologica *Ienensi* summos in Theologia honores modeste petiit, litterisque principalibus systaticis Serenissimi Principis ac Domini, Dn. ERNESTI, Ducis Sax, I. C. M. &c. instructus, consuetis speciminibus exhibitis acquisiuit. Anno CIↃ IↃCXCVIII. d. XVII. Octobr. ad Professionem Metaphysices ac CIↃ IↃCCV. Logices est vocatus, cui spartae omnium ex voto praefuit vsque ad anni CIↃ IↃCCVII. mensem April. quo *Augustam Vindelicorum* abiit Pastor Minorit. ac maxime Reuerendi Ministerii Senior vocatus.

In circulum concionatorium recipitur.

Ad officia vocatur.

10.

LXXXVI.

Io. Georg. Mullerí.

IOHANNES GEORGIVS MVLLERVS

Patria & Parentes.

IN mundi theatrum productus est *Ienae*, nactus parentes virum clarissimum atque doctissimum Dn. IOHANNEM MVLLERVM, Senatoriae scholae Conrectorem fidelissimum, & DOROTHEAM GROSNERIAM, matronam pientissimam, nunc beatos. Puerum deprehensa indole studiis mancipauit pater, primisque literarum elementis & coelesti doctrina imbutum cum

Studia.

sua tum eruditorum & publicorum & priuatorum praeceptorum cura ac opera literis humanioribus ac Philosophiae perpoliuit disciplinis, inprimis cum academiae ciuis esset re-

Rector scholae Ien.

ceptus & inscriptus. In studiis breui tantos fecit progressus, vt ludo patrio praefectus iuuentutis studia feliciter sit moderatus. Interea & in Adiunctorum ac d. XVII. Octobr.

Adiunctus.

anno CIↃ IↃCXCVIII. in Professorum numerum

Professor.

recipiebatur Professionem. Poëseos ordinariam nactus, qua vt in posterum quoque feliciter fungatur, ex animo precor!

LXXXVII.

IOH. CASPAR POSNERVS

Nascitur.

IEnae in lucem editus A. Chr. MDCLXXIII. mense Ianuario familia multis Consiliariis

riis intimis multis, Praesulibus sacris multisque aliis viris clarissimis conspicua; patrem habuit virum excellentissimum atque celeberrimum Dn. CASPAREM POSNERVM, Philosophiae naturalis per annos XLVI. ibidem Professorem meritissimum: Matrem vero matronam spectati exempli, CATHARINAM DOROTHEAM ZOPFIAM; auum paternum Dn. CORBINIANVM POSNERVM, *Geranae* Dynastiae & aerarii *Ruthenici* Praefectum spectatissimum; maternum summe Reuerendum Dn. IO. CASPAREM ZOPFIVM, Superintendentem *Ruthenicum*, Consistorii *Gerani* Assessorem, & in Gymnasio Professorem Theol. grauissimum. Praeceptoribus Noster tempestiue committebatur fidelissimis, inter quos praecipue laudat clarissimum FRITSCHIVM, postea Rectorem *Lemgouiensem*, νῦν ἁγίοις, & M. IO. KNAVERVM, Diaconum *Slaizensem* vigilantissimum. Rara in Nostro elucebant dona, ingenium nempe promptum, memoria tenacissima, auiditas mira ad quaeuis discenda, vnde laudatorum Praeceptorum opera ita proficiebat, vt anno MDCLXXXIV. *Geram* mitti potuerit. Ibi doctissimorum Praeceptorum celeberrimi inprimis M. KOEBERI, Rectoris, M. WENDLERI, Conrectoris, & IO. HIZSCHOLDII, Collegae Tertii informatione fruitus, magnis Viris parentauit, atque Orationes & Carmina vtriusque Linguae cum ap-

Praeceptoribus committitur.

Geram mittitur.

applauſu recitauit. A. C. MDCLXXXIX. ſtudia academica exculturus *Ienam* rediit, qualem vero ibi ſe geſſerit, ex teſtimonio ab excellentiſſimis academiae Proceribus ipſi exhibito apparet, quod ita ſe habet:

Ienam reuocatur.

RECTOR
ET PROFESSORES RELIQVI
ACADEMIAE IENENSIS
LECTORI BENEVOLO
S. P. D.

EQuidem ingenii vis & ſagacitas a natura contingit; ſed eius vſus & recta applicatio praeceptis, doctrina & vſu dirigitur. Pauci inter mortales tam egregiam ſortiti ſunt indolem, vt ad perfectam perueniant virtutem ſine longo miniſterio, & honeſta complectantur, antequam ab aliis tradita audiuerint. Educatio atque diſciplina, docente Euripide, μέγα φέρει εἰς ἀρετὰν, multum conferunt ad virtutem. Id quod ſuo comprobat exemplo ciuis noſter IOHANNES CASPAR POSNERVS, IENENSIS, artium liberalium ac Philoſophiae Magiſter clariſſimus. Quamuis ingentem ingenii ſui vim in primis ſtatim pueritiae annis haud obſcure proderet; non deſtitit tamen ea propter parens eius optimus, excellentiſſimus CASPAR POSNERVS, Philoſophiae naturalis per annos XLV. Profeſſor meritiſſimus, Collega noſter integerrimus, omnem pro eo rite ex-

excolendo adhibere curam. Verum poſteaquam aliquamdiu praeſtantiſsimum quemque adhibuerat, qui priuatos intra parietes teneram eius aetatem formarent; mox creſcentibus pauliſper annis editisque euidentiſsimis rarae prolitatis ſpeciminibus, vna cum pluribus eum indicabat exercendum. Florebat tum temporis illuſtris, quod Gerae eſt, Gymnaſii Rector, M. IOH. FRIDERICVS KOEBERVS, qui dexteritate docendi literas Graecas pariter atque Romanas vndique magnum ſibi acquiſiuerat nomen. Huic itaque prae reliquis traditus eſt NOSTER, ac ſub eius cura domeſtica publicisque auſpiciis tam exoptatis ſucceſsibus per integrum fere quinquennium adoleuit, vt in Graecis pariter ac Latinis literis palmam cunctis praeriperet commilitonibus, ob quam plurima ſpecimina, quae in vtraque lingua, nunc oratione ſoluta, mox ligata ediderat, poſt ſolennen valedictoriam publico ornatus encomio. Reuerſus ad nos ante octennium, & quod excurrit, Rectore Magnifico IOHANNE GVILIELMO BAIERO, Theologo de Eccleſia Chriſti quondam meritiſsimo, ſtudiorum moderatorem nactus eſt maxime reuerendum, IOH. FRANCISCVM BVDDEVM, S. Theol. Licent. poſt affinem, ac hodie Profeſſorem in alma Fridericiana celeberrimum, ſub cuius ductu Latina eloquentiae & recta prudentiae ciuilis ſemita ipſi patuit. Ex illis vero, qui publica apud nos autoritate docebant, omnes eos, qui ipſius propoſitum cum pietatis exemplo pro-

uehe-

uchere iudicabantur, sectatus est sedulo. Inprimis admirabatur maxime reuerendum IO. ANDREAM SCHMIDIVM, tunc Philosophiae, nunc Theologiae apud Helmstadienses Professorem insigniter quotidie merentem: quo duce vasta vniuersae Philosophiae spatia aliquoties emensus est. Neque enim contentus erat ex ore parentis optimi ea hausisse principia, quae iuxta tenorem Statutorum nostrorum recepta fuerunt hactenus: verum vt confirmaretur solidius, adiungebat etiam modernorum Physicorum placita, & cognitis amplissimi HAMBERGERI auspicio, disciplinis Mathematicis, laudatum modo SCHMIDIVM veneratus est, totum naturae artificium experimentis illustrantem. Quin nec medicorum scholas, quatenus ad res Physicas faciunt, insuper habuit: sed binis sectionibus humani cadaueris ab excellentissimo SCHELHAMMERO, totidemque a me, moderno academiae Rectore institutis, docilis interfuit spectator. In Historicis praeter commemoratum affinem adhaesit excellentissimo atque consultissimo D. SCHWARTO, siue de Vitis Imperatorum differeret, siue notitiam librorum communicaret suis. In Philologia sacra scholas amplissimi atque excellentissimi DANZII diu multumque frequentauit, instructiorem exinde animum ad sacra reportaturus Theologorum. Inter quos venerandum Senem, maxime Reuerendum BECHMANNVM inprimis commemorat, atque B. BAIERVM, siue Theologiam Positiuo-Polemi-

cam

cam, & mox moralem traderent; siue hermeneuticam enuclearent, ac ille quidem etiam Institutorium daret futuri ministri Ecclesiae. Praeter hoc maxime reuerendo VELTHEMIO sedulus interpretanti Scripturam adfuit, ac disertissimo maximeque reuerendo GOETZIO, artificium homileticum docendi priuatim. Taedioſum foret, ordine prosequi singula, quibus NOSTER indolem capacissimam exercuit. Sufficit, neminem extitisse Praeceptorum suorum, qui non explorata ingenii istius felicitate, suae potissimum arti illud cuperet consecratum. Nil enim vnquam aggressus est NOSTER, ad quod vel sine labore percipiendum non videretur quasi a natura factus. Praecipue tamen eloquentiae ac Philosophiae naturali litauit: atque vt in ista praeter priuatam informationem, quam certatim ab eo expetierunt plurimi, egregiis documentis publicis suam abunde probauit alacritatem; ita similiter in vniuersa Philosophia solertiam sufficienter demonstrauit. Carminibus quoque in diuerso idiomate suo & amicorum nomine pangendis, sponteque fluentibus satis docuit, quod poëticas fores sui maxime compos pulsarit. Ad haec promtum eius ingenium cum eruditione varia, testantur quoque disputationes Philologico-Philosophicae, quarum quatuor de CHAO conscriptas non ita pridem publici iuris fecit; vt de illis, quae responsurus iam olim conscripserat, & defenderat masculе, nil dicamus. Opponentium publicas partes, cum bonorum ap-

plausu omnium, crebrioribus subiit vicibus, sic ut materia ventilaretur Theologica sive Philosophica: saepius quoque ad examina Candidatorum aliaque adhibitus est munia, quae ordinarie obeunt Philosophiae Adiuncti. Quibus omnibus maiorem peperit laudem iucunda morum gratia, vita sine turbis sedata, atque ab omnibus machinationibus naturali quodam stimulo abhorrens. Nunquam de facinore malo nobis cognitus est, nunquam accusatus nedum convictus. Unde factum, ut semel iterumque ad publica alibi docendi munera commendaretur: quibus tamen vel propter aetatem vel patriae serviendi ardorem, vel pietatem subleuandi paternam senectutem, modeste sese subduxit. Spartam studiis ac desideriis ipsius aptam apprecamur Omnes, BENEVOLVM LECTOREM obnixe rogitantes, ut ad insigne rei literariae incrementum, honestos eius conatus promoueat, & quicquid ad eius salutem facturum cognouerit, quisque in eum conferat liberaliter. Dabatur Ienae sub academiae sigillo d. 27. Sept. A. O. R. MDCIIC.

(L.S.) *Io. Hadrianus Sleuogtius, D. h. t. Acad. Rector.*

Magister Philos. Vitae igitur modestia & studia politissima Nostro conciliauerunt summos in Philosophia honores anno MDCXCV. a beato parente collatos, *Adiunctus.* Adiunctura Philosoph. *Professor Physices.* MDCXCIX. Professionem Physicae, ad quam anno

anno MDCC. die Sabbathi ante feriás Pentecostales introducebatur, & Eloquentiae Professionem, cui v. Sept. anno MDCCV. admouebatur. *Eloqu.* Decani sua in Facultate munere quater & Brabeutae semel est functus. *Decanus & Brabeuta.* Matrimonium iniit cum Virgine omnibus, quibus hic sexus enitescit, dotibus nobili, CHRISTIANA SIBYLLA, Viri nobilissimi atque consultissimi Domini HIERONYMI BACKHVSII, I. V. Licent. & Praefecti Dynastiae *Tonnensis*, filia, neptis BREITHAVPTII, Consiliarii Camerae sub Serenissimo Principe, ERNESTO PIO. *Matrimonium eius.* Quatuor liberorum Noster ex charissima hac coniuge parens est factus, ex quibus duo duntaxat, CHRISTIANA DOROTHEA & IOHANNA FRIDERICA superstites; reliqui, filius nempe IOHANNES CHRISTIANVS & filia SVSANNA CATHARINA, iam fato suo sunt functi. Pergat igitur Noster, quod omnes mecum precantur pii, & ore & calamo studiosae iuuentutis commodis seruire, faxit Deus Optimus Maximus, omnia feliciter! Quod reliquum, scripta addo, quae ei apud doctos famam pepererunt, seqq.

1. Dissertationes de Chao.
2. Pericula iuuenilia de Ecstasi.
3. De Phoenice.
4. Dialogos de fulmine Camburgensi.
5. Multa Programmata nomine Academiae edita.

Digitized by Google

6. Carmina multa vtriusque idiomatis.
7. Expectat adhuc ab ipso literatus orbis Orationes sacras & profanas, it. varia ad eloquentiam, Philosophiam, Philologiam & disciplinas sublimiores attinentia, partim effecta, partim affecta.

LXXXVIII.

IOHANNES IACOBVS LVNGERSHAVSEN, P. P. & D.

Lungershausen.

Nascitur.

EDitus *Dorndorfi Thur.* d. XXIII. Octobr. A. C. MDCLXV. Patrem habuit IOH. VALENTINIANVM LVNGERSHAVSEN, Ecclesiae *Dorndorfensis* Pastorem: Matrem vero MARIAM, CASPARIS EBERHARDI, Pastoris itidem *Dorndorffensis* filiam. Die XXV. Octobr. ex sacro baptismatis fonte leuatus fuit a IOHANN ABRAHAM de ELBEN, Haereditario in *Roedemeuschel*, GEORGII GOEZII, celeberrimi quondam *Ienensium* Superintendentis Gener. Nostrumque sanguinis propinquitate contingentis tunc sponsa, iam vidua, & MATTHAEO MVLLERO, Quaestore *Dornburgensi*. Anno MDCLXXVI. d. XXII. Nouembris inclutam *Coenobii Roslebiensis in Thuringia* scholam, tunc temporis quasi postliminio restauratam, sed post octennium flammis denuo

Eius parentes & Susceptores.

Scholam Rosleb. frequentat.

Digitized by Google

nuo hauſtam, & (quod dolendum) in cineribus adhuc deliteſcentem, frequentare coepit Rectoribus STYRIO & SCHMALZIO, vtroque νῦν ἐν ἁγίοις, & Conrectoribus SCHVNKIO, iam Eccleſiae *Zwickauienſis* Miniſtro, & FRITSCHLERO, h. t. Gymnaſii *Mülhuſini* Rectore. Anno MDCLXXXIV. d. XXIV. Aug. conceſit in academiam *Ienenſem*, vbi moderantibus excellentiſſimis Philoſophis WEIGELIO, POSNERO, SLEVOGTIO, SCHMIDIO, HEBENSTREITIO & DANZIO ingenuae literaturae biennium operatus anno MDCLXXXVI. d. XXVI. Sept. iuxta cum XXVIII. competitoribus ſummis in Philoſophia honoribus mactatus eſt a Brabeuta FRISCHMVTHIO. Ab anno MDCLXXXVII. praeter ſtudia Theologica ex ore BAIERI, VELTHEMII & MVLLERI aude hauſta, ac Diſputationibus tum priuatis tum publicis comprobata, varia ſpecimina Diſputationum Philoſophicarum in ſuperiori Cathedra, vti & Collegia Philoſophica ac Philologica Commilitonibus exhibuit, vsque ad annum MDCLXXXIX. quem, nec non MDCXC. cum ſemiſſe MDCXCI. viſendis exteris regionibus impendit. Anno MDCXCI. d. XXVII. Octobr. in academiam *Ienenſem* redux exercitiis Philoſophicis ac Theologicis denuo intentum ſe praebuit, vnde anno MDCXCIII. d. XIX. Iul. pro Loco in amplissima Facultate Philoſ. diſputare licuit, Op-

Ienam concedit

Magiſter creatur.

Theologi ae dat operam. Diſputat.

Collegia aperit.

Peregrinatur.

Ienam redit.

Adiunctus Fac. Philoſ.

ponentibus WENZELIO, HAMBERGERO & HEBENSTREITIO; in quo charactere ornando, occasiones aliorsum vocantes nil moratus solicite elaborauit vsque ad annum MDCCI. circa cuius medium in numerum Candidatorum Theologiae a BECHMANNO, Decano (qui & aperiendi scholas Theologicas in Augustanam Confessionem, Compendia Theol. Posit. & Moral. Baieri &c. veniam dedit Nostro) relatus, sub finem vero anni praedicti, moderante sic summi Numinis prouisu tum Ministerio ecclesiastico tum Ordini Professorio *Ienensi* adscriptus est. Caeterum grata mente agnoscit, quod senatui academico, cum Professores Theologiae sub initium huius seculi denominandi essent, & ipsius beneuolam mentionem facere placuerit, fauorem quoque praedicat amplissimae Facultatis Philosophicae, anno superiore inter illos, qui TREVNERO *Augustam Vindelicorum* abeunti succedere posse videbantur, eum primo loco cum elogio denominantis. Anno MDCCII. d. v. Octobr. vxorem duxit virginem lectissimam ANNAM ELISABETHAM, B. IOHANNIS BERNH. GOEZII, scholarum initio *Vlzensis*, dein *Guelpherbytanae*, & tandem *Schoeningensis* Moderatoris solertissimi, & matronae integerrimae, ANNAE BARBARAE WIDEMANNIAE, filiam vnicam; quod coniugium vnius filiae duorumque filiorum (quorum prior IO-

Candidatus Theologiae.

Aperit scholas Theolog.

Constituitur Ienae Ecclesiastes. Professor.

Vxorem ducit.

HAN-

HANNES IACOBVS cum filiola IOHANNA IACOBINA, fatis concesſit, ſuperſtite adhuc AVGVSTO WILHELMO) hucusque ferax fuit.

In vtraque Cathedra (quod hucusque factum eſt) in poſterum quoque feliciter docere pergat, precor!

Scripta edidit tenus hac ſeqq.

Diſp. de Decreto Dei circa ſalutem animarum peccatricium, in quantum ex lumine naturae conſtat.

Diſp. de Aſſenſu rebus diuinis naturaliter praeſtando.

Diſpp. 2. de iudicio naturae circa naturam ſcripturae, quarum prior ſiſtit definitionem & cauſas ſcripturae, iuxta iudicium rationis nudae ſed rectae: Poſterior prodit eius proprietates, ſigna & tractationem, i. e. explicationem, probationem ex ea & applicationem, cum quaeſtione momentoſa: Quo pacto NB. *iudice ratione*, partim probabiliter, partim infallibiliter homo poſſit eſſe certus, quod ſi ſcriptum aliquod a Deo, pro ſalute hominum peccatorum traditum ſit, illud reuera ſit a Deo?

Diſp. de eo, quod naturaliter iuſtum eſt circa adiurationem eius, qui ſe redemptorem mundi venditat, ſeu de Adiuratione Caiphae ex Matth. XXVI, 63.

Disp. de Synopsiis Patrum eremitico-mysticis ex 1. Cor. X, 3. 4.

Disp. de Imitamentis naturae circa figuras.

Dispp. 2. de Eruditione academica, quarum prior naturam & subiectum huius eruditionis; posterior vero media eius exhibet.

Disp. de Erroribus Sociniano rum contra Theologiam Naturalem.

Dissertationes: de natura, vsu & necessitate Hermeneutices; de Lingua Anglicana; de vsu Philosophiae in Theologia exemplis Patrum demonstrato. De termino gratiae ex Dicto Gen. VI, 3. De natura & obligatione loquelae humanae &c.

Tract. Arboretum Anglicum.

Hermeneuticam in formam scientiae effectiuae redactam tabulisque memorialibus comprehensam.

LXXXIX.

BVRCARDVS GOTTHELFF STRVVE

B. G. Struuius

Nascitur.

NAtus est *Vinariae* die XXVI. Maii CIↃ IↃCLXXI. Patrem nactus fuit GEORGIVM ADAMVM STRVVIVM, illustrem Iureconsultum: Matrem SVSANNAM, BVRCARDI BERLICHII, in aula IOANNIS GEORGII I. & II. Saxoniae Electorum, Consiliarii, & Secretarii Status, filiam.

Digitized by Google

liam, foeminam lectissimam. Tertia post die XXVIII. Maii in aede sacra arci contigua Deo fuit oblatus, pro illo ex more interdicentibus Serenissima Principe, ANNA DOROTHEA, ERNESTI, Saxoniae Ducis, filia natu maiore, post Abbatissa *Quedlinburgensi* Reuerendissima; VOLCMARO HAPPIO, Comite Palatino Caesareo, tunc Consiliario aulico, post Cancellario *Vinariensi*, & IOANNE AVGVSTO STRVVIO, Metropolitanae Ecclesiae *Magdeburgensis* Syndico, patruo suo, singulis nunc pie defunctis. Prima parentum cura erat, vt ipsum pietati traderent, & quod diuina clementia ipsum diuersis ingenii dotibus dotauerat, ad studia probe ducerent. Innatus ipsi studiorum erat ardor, patre ipsius tum diuersis Principum negotiis, tum scriptis edendis occupato, matre, dum grauida esset, meditationes suas prodierunt sub titulo*: quas in Euangelia conceperat, in publicum edente, ita, vt paucas ante partus tempus horas vltimam manum typorum correctioni adhiberet. Piis sic meditationibus noctes diesque occupata pientissima mater prima infucatae pietatis semina non in vtero solum, sed cum ipso lacte materno gnato instillauit, cum ipse solus ex filiis, quem ita nutriuit. *Ienam* CIↃ IↃCLXXIII. redeunte Parente, ad capessendam Iuris Professionem atque Ordinarii spartam non defuere a prima statim aetate Praeceptores, qui

Baptizatur.

Indoles eius.

* Geistl. Andachts-Perle *Vinariae*, 1672. 12.

Praeceptoribus traditur.

omnem adhiberent curam, quo bonae frugis haec semina alerent promouerentque, quod in tantum profecit, vt prima doctrinae Christianae capita & studiorum caperet rudimenta. Neque tamen ista statim in succum & sanguinem conuertebantur, prout enim sanguine pollens alacrioris esset spiritus, reliquis etiam erat petulantior. Postquam ita prima studiorum & Latinae Linguae elementa hausisset, admodum puer adhuc tribus vicibus in solenni Iureconsultorum panegyri, Iurium Candidatis quaestionem proponebat, prout solet. Hinc ad nouennem puerum accedebat IOANNES FRIDERICVS DÜRRIVS, Philosophico Collegio in *Salana* tunc Adiunctus, nunc *Vffenheimensium* Ecclesiarum apud *Onoldinos* Decanus maxime reuerendus. Huic Noster vna cum fratre quadriennii aetate maiore committebatur, vt ipsorum studia moresque regeret, id quod insigni cura tantum perfecit, vt plurimum ipsi debere publice etiam Noster profiteatur. Per aliquot hebdomades sine certo Praeceptore fuerat Noster, dissolutior hoc tempore factus, verbis non solum, sed alapis etiam bene multis in ordinem redigebatur. *Hoc*, licet durum aliis videatur; grato tamen animo Noster agnoscit, cum sine istis vix ad frugem peruenisset. Per triennium igitur, quo probi ipsius informatione ductuque fuit vsus, necessaria Latinae Linguae iecit fundamenta

Grae-

Graecaeue. Ciceronis Epistolas atque Orationes & Cornelium Nepotem assidue legebat, hos in sermone plerumque imitabatur, hos sequebatur in scribendo, excerpebat, transferebat ex Latino in Germanicum, ex hoc in illum. Non deerant exercitia in publico clarissimorum Virorum, qui ad hoc inuitabantur, Consessu instituta. Primo de *officio parentum* perorabat, quod ab ipsius Parente expletum. Altera vice *de annis climactericis* edisserebat, quo parenti de natali sexagesimo quarto feliciter inchoato gratulabatur, idque cum viuacioris esset animi, non sine applausu. Ducebatur praeterea ad Poësin Latinam aeque & Germanicam, in qua vero parum profecit. Alienus enim a figmentis poëticis non nisi cum nausea poëma consarcinabat. Matheseos quoque & Geometriae prima accipiebat elementa, & leuia Philosophiae, Geographiae quoque ratio habebatur & ex parte Historiae. Fratre autem academiam *Lipsiensem* accedente mittebatur circa Paschatos festum CIↃ IↃCLXXXIV. nondum tredecim annorum in *Citicense* Gymnasium, vbi conuictu vsus atque doctrina CHRISTOPHORI CELLARII, exquisitissimi viri, nunc beati defuncti. Socios in eodem primum reperiebat inuenes quosdam indulgentiori vitae adsuetos, qui lusu potuue tempus saepe perdentes ipsum ad eadem dicebant. Parum abfuisset, quin perditissimus fa-

Exercitia eius.

Perorat.

Poësi dat operam.

Matheſi & Geometriae.

Geographiae.

Cizam mittitur

factus, ni & CELLARIVS, & praecipue, Mater ea de causa *Cizam* aduentans, ipsum graui admonitione in viam reduxisset. Haec autem in tantum proficiebant, vt relicta improba societate magna cum industria studiis postmodum incumberet hoc ipso expertus, pronos esse ad mala iuueniles animos, tempestiua autem admonitione facile reduci. Illud praeterea ductore CELLARIO, ipsi potissimum curae fuit, vt Auctores Classicos nocturna diuturnaque manu adsiduo versaret, ad genium Latinae Linguae penitius cognoscendum. Magis autem eos amabat, qui vel morum regulas praescriberent, vel historias pragmatico more explicarent, quam illos, qui nudi saltem essent & ieiuni. Existis *Senecam* assidue vna alteraue vice perlegit, *Liuium* frequentius versauit, nec minore industria in *Tacitum* incubuit. Hos Scriptores iterum iterumque reuoluebat, adnotabat, excerpebat, quae digna videbantur. Inter haec permulta erant, quae nondum intelligebat, olim sibi vsui futura, praecipue ex Antiquitatibus Romanis multa *Kippingio* suo adscribebat. Hanc in euoluendis scriptoribus curam animaduertens CELLARIVS, ipsum saepe in museum suum adsciuit, vt in emendando, quo tunc occupabatur *Fabri* Lexico eodemque locupletando manus quoque porrigeret auxiliatrices. Nullum igitur diem praeterire passus,

Auctores, quos adamauerit.

In emendando Fabri Lexico est occupatus.

sus, quo non horas, aliis laboribus non destinatas, *Fabri* Lexico destinaret. Hic licet improbus esset labor, neque tamen sine fructu fuit, cum meliorem non solum librorum notitiam hoc sibi adquireret; sed priuatim etiam ex CELLARII ore multa hauriret, quae ipsi fructuosa. Et cum commune scholarum publicarum animaduerteret vitium, multa in iisdem tractari promiscue, quae non omnibus proficua, haec, quae sibi minus apta, omittebat, quo maiori cum industria *Fabri* Lexico posset insudare. A prima igitur iuuenta ad libros scribendos ducebatur, quod in familiarem ipsi transiit consuetudinem. Fundamenta itaque in eodem Gymnasio iecit Linguae Latinae cultioris, in quam isto tempore nimio cum feruore incumbebat. His addidit Geographiam atque Historiam, potissimum antiquam, Graecae Linguae cognitionem pleniorem, antiquitatum etiam notitiam leuem tamen adhuc eandemque confusam. His addidit maiora exercitia, priuatim enim ad PETRI CVNAEI imitationem, praesente condiscipulorum Choro aliquoties perorauit. Publice vero Cathedram quaternis vicibus adscendit. Primo quidem pridie Idus Decembris CIↃ IↃCLXXXIV, (huic praeluſit Cl. CELLARIVS Programmate, quod cum aliis iunctim editum n. XLIX. reperitur. Secundae Orationi Programma praemissum extat n. LV. Tertiae Orationis Programma

Perorat & d putat.

n.

n. LVIII. & quartae n. LX.) vbi de *Ruinis illustrium rerumpublicarum* egit. Altera vice *contra Atheos & Epicureos* publice edisserunt pridie Nonas Octobris CIↃ IↃCLXXXV. Tertia vice III. Kl. Decembr. CIↃ IↃCLXXXVI. de *fatis Byzantinis* publice declamauit. Quarta demum vice de Praeparatione studiorum scholastica VI. Idus Apr. CIↃ IↃCLXXXVII. egit, atque insimul Gymnasio *Cicicensi* vltimum vale dixit. In *Ienensem* igitur academiam delatus Rectore IO. PHILIPPO SLEVOGTIO, insigni Iureconsulto academicorum ordini III. Idus Apr. CIↃ IↃCLXXXVII. fuit adscriptus. Primum quod audiebat Collegium, Politicum erat, ductore vsus IOANNE IACOBO MüLLERO, Ordini tunc Philosophico Adiuncto, nunc Moralium atque Politices Prof. dignissimo. In Philosophicis aliis scholas sequebatur IOANNIS ANDREAE SCHMIDII, Philosophiae primae tunc Professoris, nunc Theologiae apud *Helmstadienses* Professoris atque Abbatis Mariaeuallensis summe venerandi. Historiam Germanicam interpretantem audiuit GEORGIVM SCHVBARTVM, celeberrimum Polyhistorem, quem & olim iam studiorum nactus fuerat Inspectorem. Maiori quidem cupidine ad humaniora, quae dicuntur, ducebatur, sed cum ad ciuilia esset destinatus, omne fere tempus sacartissimo dabat Imperatori. Priuata primum industria

Ienam abit.

Operam dat Philosophiae.

Iurisprudentiae.

ſtria Iuris Inſtitutiones perlegebat, vt breuem ſaltim Iuris ideam animo conciperet, Audiebat inde IOANNEM HARTVNGVM, Iuris *in Salana* Doctorem priuatum, quem tamen, cum ad ipſius palatium non eſſet, breui iterum reliquit. Denuo igitur priuatis curis adgrediebatur, *Inſtitutiones*, quas addito IOACHIMI MYNSINGERI & demum ARNOLDI VINNII Commentario maiori induſtria verſabat, ita vt prima Iuris elementa proprio marte addiſceret. Progrediebatur ad beati Parentis *Iurisprudentiam*, quam etiam tractabat, nil magis cordi habens, quam vt ea Iuris fundamenta adquireret, quae ad fori vſum potiſſimum facerent. Et cum ex amicis eſſent, qui a parentis ore pendere vellent, tantum ipſo obſtetricante obtinuerunt, vt diſputationes binis in hebdomade vicibus, Parente praeſide, habendas ordinaret. His fundamentum erat ipſa Iurisprudentia Struuiana. Saepius igitur modo Reſpondentis modo Opponentis partes ſedulo abſoluit in enodandis Iuris Ciuilis Quaeſtionibus maxime occupatus. His ita praeparatus Pandectas ſibi proponebat vna cum Syntagmate paterno. Sterile quidem ipſi videbatur & a genio alienum hoc Iuris Ciuilis ſtudium, verum, dat Iuſtinianus honores, animus nimium ambitioſus in mentem ſaepe reuocabat. Totus igitur in iure erat Ciuili, legebat, meditabatur, euoluebat

Iurisprudentiam Ciuilem tractat.

bat antinomias, se ipsum examinabat ingenuus Iustiniani assecla & sectator. Exhinc PETRVM MüLLERVM accedebat, Iureconsultorum illius temporis famigeratissimum; cuius auspiciis *Schnobelianas* Iuris Ciuilis *Exercitationes* modo respondendo modo opponendo publice examinabat. Dum ita Ciuilem pertractaret Iurisprudentiam, vix vnam alteramue ex subsociuis concedebat, elegantioribus. Dum autem solenni more publice decertandum esset, iussu parentis auspiciis GEORGII SCHVBARTI πολυμαθεστάτε materiam de *ludis equestribus vulgo Thurnier* und Ritterspielen, primum proprio marte elaborauit, sed, quantam etiam adhiberet industriam, haec materiae grauitati non respondebat, hinc complectiorem longe atque ornatiorem fecit Praeses celeberrimus, solida nunc eruditione elaboratam. Hanc tamen publico in Consessu XXII. Febr. CIↃ IↃC LXXXIX. pro viribus defendit. Alteram sub beati Parentis praesidio ventilauit XXII. Iunii CIↃ IↃCLXXXIX. *de auro fluuiatili* proprio marte elaboratam, paucis ante discessum suum in academiam *Iuliam* diebus. Semper autem dum *Ienae* adhuc haerebat, saepius perdebat tempus vel in pugilum vel in saltantium palaestra, non quod haec amaret, cum se ad ea cogere necessum haberet, & cum nausea semper palaestras frequentaret; sed quod aliter fieri non posse, putaret. Commune enim quod

Disputat.

Palaestras inuitus frequentat.

Digitized by Google

quod plerisque hodie inhaeret vitium famae aucupium in tantum ipsum occupauerat, vt se nec in consortio honestorum hominum versari, nec aequalium conuersationibus interesse, nec iuuencularum puellarum fauorem sibi posse acquirere putaret, ac corpus defendere primis incedere digitis & venustatem, nescio quam posset affectare. Gallicae tamen Linguae cognitionem maiore cum studio atque cupidine quaesiuit. His studiis moribusue erat imbutus, cum CIↃ IↃCLXXXIX. *Iuliam* accederet academiam, vbi Rectore *WIDEBVRGO* die I. Aug. inter academiae ciues fuit receptus. Publicas Historiarum scholas HENRICI MEIBOMII, Polyhistoris egregii, frequentauit, sed rarius, cum egregius vir in aulas saepissime euocaretur. Maiori tum cura audiuit GEORGIVM ENGELBRECHTIVM, Iureconsultorum Ordinis primarium, quem *Exercitationes* suas in *Institutiones* aeque ac Pandectas audiuit explicantem & singula posthaec examinantem. Per annum ibidem fere haerebat atque palaestrae exercitia vtraque continuabat. Gallicae etiam Linguae exercitamenta: nec raro sub feriarum tempus vel in vicina *Brunsuici* vel *Magdeburgi* vrbe delicias quaerebat. *Viadrinam* inde petens academiam, *Berolinum* transibat, vbi parentis commendatione vsus PAVLVM FVCHSIVM, illustrissimum virum nactus est Patronum, cui iam ante ex eo innotuerat,

Gallicam linguam exercet.

Academiam Iuliam accedit.

Viadrinam academiam petit.

quod ipsi dissertationem *de ludis equestribus* consecrasset. In *Viadrinam* autem academiam Rectore PETRO SCHVLTZIO IV. Nonas Iulii CIↃ IↃCXCI. fuit receptus. Pendebat ibidem potissimum ab ore illustris viri SAMVELIS STRYCKII, communis Germaniae Praeceptoris, quem LAVTERBACHII compendium solide edisserentem sedulo audiuit, quod, cum alternis per hebdomadem vicibus per modum examinis cum selecto auditorum numero repeteret, his etiam fauente STRYCKIO, qui ipsi quoque Bibliothecae vsum beneuole concedebat, accessit. Praeter haec, PETRI SCHVLTZII Praelectionibus in Auream Bullam, nonnunquam interfuit, & Gallicae Linguae exercitamenta continuauit. Vitam ibidem agebat sobriam, in honestorum & probe notorum iuuenum consortio, studiis incumbens & decoro conuersationi. Et cum illo tempore ELIAS SNEGAS sub ANTONII a MARA nomine Iureconsultorum Principes notaret, eidem in STRVVIO suo non errante respondebat. Postquam annum ibidem fere transegisset, *Witteberg*am vocabatur STRYCKIVS, quo motus Noster *Ienam*, quam morte Principis sui IOANNIS GVILIELMI admodum turbatam, patrem vero super eiusdem morte mire reperit contristatum. Neque tamen in patria diutius haerere ipsi videbatur esse conueniens, quare ineunte anno CIↃ IↃCXCI. *Halam* se contulit.

Ienam redit.

Halam se confert.

lam peruenit, eo animo, vt rite iactis Iuris fundamentis ad causas duceretur forenses, Patronum in eo nactus GOTHOFREDVM de *IENA*, regiminis *Hallensis* olim Praesidem perillustrem, cuius auspiciis ipsi concedebatur, vt in senatu, qui dicitur audientiae, in subsellio seperato sedens, auditoris partes sustineret. Adminiculabantur ipsi Causarum Patroni, qui cum ipso communicarent, quae forensia. Haec licet occasionem darent in Praxin ducendi, quae in academiis addiderat, & viam sine dubio praemonstrassent ad quaeuis maiora; Nostro tamen minime placebat, partim quod alienus erat a forensi strepitu, ad alia quoque destinatus, partim quod ambitione captus ad aulae negotia tenderet. *Hala* igitur relicta paulo post Paschatos festum *Belgas* adiit a fratre natu maiore eo vocatus. *Belgas adit.* Hic enim cum Chymiae totum se addixisset, diuersorum Principum sumtu in *Belgio* haerebat, vt prosequeretur, quae coeperat, Chymiae studia. *Gotham* igitur transiens in palatio aestiuo FRIDERICI WERDENSI, ad Serenissimum Saxoniae Ducem, FRIDERICVM, prout clementissime demandatum erat, accessit, literas quasdam in *Belgium* perferendas accipiens. Inde *Cassellas* venit, vbi ad visendam aulam, Bibliothecam, armamentarium & quae alias singularia erant, per aliquot dies haesit. Pergens per *Westphaliam* in *Geldriam*, post *Ha-*

gam Comitum peruenit, vbi frater tum commorabatur. Hoc autem *Germaniam* paulo post repetente solus ibidem remansit. Visitabat hinc inde potiores *Belgii* vrbes, atque ex his praecipue *Amstelodamum* & *Roterodamum*, lustrabat academias, frequentabat viros eruditos, ex his maxime PHILIPPVM REINHARDVM VITRIARIVM apud *Lugdunenses* & IO. GEORGIVM GRAEVIVM apud *Vltraiectinos*. Solennibus, quae celebrabantur, singulis aderat, negotia etiam publica, si quando accedere concedebatur, considerabat. Neque tamen, dum iuuenis adhuc esset vix vnum supra viginti annos natus, eandem vtilitatem habuit, quam debebat, externis saltem contentus pensi non habebat ea, quae vitam moresue mutarent, & quae ad interiorem facerent status tum naturalis, tum politici tum literarii cognitionem, vsui aliquando futura. Autumnali tempore in Germaniam a fratre euocatus, qui tum cum Serenissimo *Hassiae* Landgrauio *Braubaci ad Rhenum* agebat. Post in *Francofurtensium* nundinis fratris negotia gerebat, argenti summas ipsi destinatas accipiens, quas GÜNTHERO, *Francofurtensium* mercatori reliquit, vt per cambium *Amstelodami* easdem solui faceret. His ita transactis per *Coloniam* & *Cliuiensem* Ducatum in *Belgium* redux *Hagae Comitum* iterum perstitit. Potissimum ipsi tum erat institutum, varios conqui-

Visitat Amstelodamum.

Roterodamum.

In Germaniam euocatur.

In Belgium redit.

quirendi libros, publicis itaque intererat auctionibus, ex iisdemque thesaurum satis insignem sibi comparauerat, quem tamen fratris insecuto fato iterum amisit. Animum quoque interea temporis applicabat ad antiquitates rei nummariae, metallicae & curiosorum cognitionem. Propositum ipsi erat *Belgii Hispanici* prouincias peragrare, ex his denique *Anglos* adire, verum talia cogitanti aduersa valetudo, quae ipsum per quatrimestre tempus grauiter nimis afflixit, erat impedimento. Hic autem morbus primam ad Deum viam praemonstrauit, & dum sanguine alias praepolleret, hunc multo phlegmate temperauit. Pertaesus igitur aurae *Batauiae*, Februario mense CIↃ IↃC XCII. sanitati nondum restitutus *Germaniam* repetens ad fratrem se conferebat, qui *Brambaci ad Rhenum* tunc agebat, vt sanitati melius vacaret. Insequenti Martio mense ad aulam *Darmstadinam Stutgardiensem* atque *Cassellanam* mittebatur, vt negotia ipsi commissa ibidem expediret. Paulo post ad visendos Parentes *Ienam* tendebat, vbi, cum per aliquot hebdomadas fuisset commoratus, occasio ipsi offerebatur *Sueciam* adeundi. *Hasslerius* enim Comes, *Liuoniae* tum supremus Praefectus, ipsum sub magnificis promissis in *Sueciam* erat ducturus, ad perquestigandas varias antiquitates, quibus huc vsque saepius incubuerat. *Hamburgum* itaque, prout iussus erat, Au-

Aegrotat.

Ienam reuertitur.

guſto menſe venit, illuſtriſsimum Comitem, ibidem expectaturus, qui interea temporis aeger adhuc apud *Belgas* detinebatur. Per bi-
Hamburgi commoratur. nos igitur menſes *Hamburgi* commoratus illud potiſsimum egit, vt Bibliothecam Iohanneam aliaque curioſa perueſtigaret. Conuerſationibus ibidem vacabat, partim etiam ſtudiis. Maxime vero in vſum proprium ſibi conſcribebat ideam rei nummariae, ad eandemque libris rei nummariae, quibus Bibliotheca Iohannea praeſtat, vtebatur. Mutus ſurdusque enim hucusque nummos in Principum Cimeliarchiis adſpexerat, quod ipſum commouebat, vt plerumque in peregrinando temporis partem, tum vacaret, antiquitatum ſtudio & rei nummariae daret cognitioni. Sed nec fata eundem terris Septentrionalibus deſtinauerant, ipſe enim morae pertaeſus, a fratre etiam reuocatus ante aduentum Comitis ad eundem reuerſus. Hic cum
Wetzlariam venit. mutato domicilio *Wetzlariam* CIↃ IↃCXCII. pergeret, eodem tendit. Camerae negotia ipſi primum cordi erant, ita tamen, vt deſidioſos, qui ibidem verſabantur, mores, paullatim adſueſceret, multum concedens conuerſationibus, quae vulgo dicuntur decorae. Sub eiusdem anni finem ſubito mor-
Morbo corrumpitur. bo corrumpebatur. Aderant accepti veneni indicia, de quo diuerſae erant ſuſpiciones. Vix iterum conualuerat, cum nuntium adferretur de beati parentis obitu, iter itaque

Ie-

Ienam ingreſſus ipſo anno CIↃ IↃCXCIII. in- *Parentis obitu*
eunte eo venit, orbam reperiens familiam. De *Ienam reduci-*
cernenda haereditate cum egiſſet, ad fratrem *tur.*
redibat, & paullatim poſtea in Chymiae tur-
bines trahebatur, fratre *Hamburgum* tenden-
te, qui ipſi negotia Chymica commiſerat.
Inſequente anno CIↃ IↃCXCIV. dum in aula
Meinungenſi atque *Arnſtadienſi* verſabatur
frater, ipſi quoque ſocius aderat. Verum
fratris infelici fato ita conturbabatur, vt pa-
rum abfuerit, quin & ipſe apud *Meinungenſes*
captiuus fieret, licet fratris negotiorum mi-
nime particeps. Tanta autem ipſius in fra-
trem erat pietas, vt, quicquid poſſideret,
Bona, Bibliothecam, veſtes etiam pretioſas
venderet, pro eodem liberando. Orbus ſic
omnibus humanis ſubſidiis, vnicum ad Deum
erat refugium. Forte fortuna dum *Meinun-*
gae per aliquot hebdomadas haereret, cum
Chymico quodam, fratris complice, qui
ſe *Baronem Starckium* dici volebat, conuerſa-
batur. Homo erat quinquaginta annorum,
qui vel omnem luſtrauerat Europam, pleras-
que etiam tum Orientis tum Occidentis Lin-
guas callens, in omni fere diſciplinarum par-
te verſatiſſimus. Hic tum tempus ſaepe va-
caret, prima ipſum docebat Ebraeae Linguae *Ebraeam Lin-*
fundamenta. Sedula accedebat Bibliorum *guam excolit.*
lectio, quae tamen alium ſub initium finem
non habebat, quam ſanctae Linguae cogni-
tionem. Fatorum tamen ſeriem penes ſe

considerans pleniorem de Deo capiebat sensum, seriam meditationem: vt ex lectione, ista fructus hinc inde caperet non contemnendos. Imperfecta haec erant adhuc atque subitanea, magis tamen magisque adaugebantur, dum *Ienam* rediret. Concidebat plane omnis librorum pruritus, quo antea tantum capiebatur, taedio afficiebatur & obliuione omnium studiorum, eorum etiam, quae ante plurimum adamauerat. Vnicum ipsi desiderium Deum cognoscendi & se ipsum, omnia alia abominabatur, quae ipsi impedimento. Colluctandum ipsi cum natura, quae adhuc praepotens, superandae erant tentationes, anima a delicioſis illecebris ad Deum erat ducenda. Plerique deplorabant statum ipsius, hominem viuacioris ingenii ita se ipsum negligere putantes. Alii vel nimium sibi fidentem vel Melancholicum, vel Pietistam, vel nescio quid, coniectabant. Nec deerant caeci vanique ductores, qui ipsum ad veram sanioremque viam, quam vel ipsi nesciebant, mallent reducere. Aſt alia Dei erant consilia. Assidue interea legebat sacras literas, Nouum praecipue Testamentum in fontibus, ex aliorum scriptis vel nulla vel pauca admodum legebat, vnico ARNDTIO excepto & TAVLERO, quos frequentius versabat. Inter haec etiam parum abfuisset, quin vel eremum petiisset, vel melancholia plane esset affectus. Ab vtroque tamen mi-

Tentationibus affligitur.

Biblia aliaque sacra scripta sedulo euoluit.

ra

ra Dei prouidentia fuit reuocatus. Cum enim aliquando cogitaret, quanta in hoc mundo scandala, in obscurum locum transire sibi propositum erat. *Tauleri* tamen lectione edoctus fuit, si vel extra mundum quis viueret, nec mundum intra se superasset, beatum tamen minime esse posse ac quietum. Dum inter tristes cogitationes curasque quodam die versaretur, ex improuiso puer quidam ante ignotus moreque alias insolito ante fores ipsius venit & Germanica ista cantione *Sehwing dich auf zu deinem GOTT, du betrübte Seele*, in tantum eum firmauit, vt omni relicta tristitia laeto animo in diuinas laudes effunderetur. Chymicis quandoque operationibus locum dabat, & fratrem, qui, postquam liberatus, *Lipsiae* agebat, inuisebat, sed, cum videret ipsum nondum sapuisse, paulo post relinquebat. Per biennium igitur in hoc rerum statu permansit, piis saltem vacans meditationibus, nisi quod matris negotia, vbi necessum erat, gereret. Sensim tamen prior studiorum obliuio se perdebat, libros hinc inde profanos euoluebat, & quae ipsi necessaria videbantur, excerpebat. Accedebat librorum cura, dum IOANNES BIELCKIVS, Bibliopola solertissimus, nunc placide defunctus, ipsi ordinandam committeret bibliothecam librorum compactorum ante admodum confusam. Mortuo interim O. GEORGIO CVMMERO, Bibliothecario

Cantione sacra erigitur.

Ad studia redit.

rio *Ienensi*, hanc spartam modeste petebat Noster. Et licet serius hoc factum, cum academia *Salana* alios iam denominasset, noua tamen denominatione eundem solum *Serenissimis Nutritoribus* contra morem commendabat. Signum hoc singularis beneuolentiae. Occasionem hoc dabat exarandi epistolam ad CHRISTOPHORVM CELLARIVM *V. C. de Bibliothecis harum[que] Praefectis.* Tandem pr. Idus Decembris CIↃ IↃC XCVII. Bibliothecae fuit praefectus, quam confusam antea in melius ordinauit, & Catalogos accuratiores exarauit multo labore. Prius itaque quod contra libros conceperat taedium, tanta librorum cura insequebatur. Multam autem dum in Bibliotheca ornanda adhiberet operam, totidem libros quotidie euoluere necessum habebat, e quibus largos studiorum capiebat fructus profectusque. Hos autem in aliorum vsus impendit, fratribus primum natu minoribus Physicam secundum *Helmontii* principia explicans, post, aliis Graecae Linguae fundamenta tradens autore vsus *Pocanio*, Eutropii metaphraste. Hinc cum essent, qui ab ipso antiquitatum Romanarum & rei nummariae explicationem peterent, his GEORGIO SCHVBARTO annuente non defuit, antiquitates istas in quatuor libros dispositas in calamum dedit, atque singula vberius exposuit non sine fructu auditorum. Ex hoc postea *Syntagma antiquitatum* plenius elabo-

Bibliothecae Ienensi praeficitur.

Scholas priuatas aperit.

ra-

ratum, fuit enatum, cuius tamen prima saltem pars de sacrorum ceremoniis edita, quam, volente DEO, sequentur reliquae. SCHVBARTO postmodum Iuridicis collegiis occupato alii ab eodem Historiae vel vniuersalis vel Germanicae explicationem efflagitabant. His cum adnueret, SCHVBARTVM sibi reperit infensissimum, cum ipsi soli sibi hoc vindicaret, licet Praeceptoris olim sui iram mitigare quouis modo conaretur. Crescente auditorum numero maiores in studiis quaerebat profectus & docendo plurimum discebat. Videns igitur vitae academicae se esse destinatum, ad gradus academicos animum dirigebat, quos, temperatis impensis ab illustri ICtorum Ordine apud *Halenses* & inclyto Philosophorum Collegio, apud illos actum dirigente illustri STRYCKIO, quo etiam Praeside, inauguralem *de Iure Bibliothecarum* dissertationem defenderat, apud hos celeberrimo CHRISTOPHORO CELLARIO, vtrisque olim praeceptoribus mense Augusto cIↃ IↃC CII. obtinuit. Iniurium primum videbatur, quod in aliena potius academia honores academicos suscepisset: immo non deerant, qui ex odio contra eundem concepto omnem adimi vellent docendi facultatem. Verum dum rationes penitaret illustris ICtorum *Ienensium* Ordo, ipsum, prout modesto petierat, in nostrorum, quod dicitur, numerum gratis recipiebat.

Philosophiae & I. V. Doctor creatur.

Ienae in nostrorum ordinem recipitur.

Se-

Sequebatur amplissimum Philosophiorum Collegium, soluto tamen pretio solito maiori. Ad curas oeconomicas autem cum iam animum applicasset, vitae sibi sociam quaesiuit, quam praeeunte Deo fidissimam fuit adeptus in ANNA ELISABETHA BERTRAMIA, *Halensi*, CASPARIS BERTRAMI, Iurium Licentiati & Salinarum *Halensium* participis, filia vnica. Felicissimum hoc matrimonium, sed minime diuturnum. Felix sic diuina fauente clementia studiorum cursum prosequebatur in omni historia, ecclesiastica etiam atque re litteraria, quam primum ad petita quorundam selectorum ingeniorum disposuit, post locupletius edidit. Exeunte anno CIↃIↃCCIV. *Historiarum Professio* morte SCHVBARTI vacua, ipsi clementissime demandabatur, quam etiam publico praemisso programmate de *Vitiis Historicorum* atque oratione inaugurali *de meritis Germanorum in Historiam* Deo fauente fuit aggressus, prima lectione publica *Taciti* nitidissimum libellum *de moribus Germanorum* explicans. Pergit nunc pro viribus informando auditores, qui ipsum sequuntur, alternis vicibus tractans *Historiam Vniuersalem* atque *Germanicam*. Hinc ita submittens *Institutiones Genealogicas*, *heraldicas*, *numismaticas*, *litterarias*. Discursus *de Statibus Europae Germaniaeque*, *de prudentia peregrinandi*, *quin etiam Iure publico*. Hoc sibi semper proponit,

Matrimonium contrahit.

Professor Histor. constituitur.

Digitized by Google

nit, vt facili vtatur methodo, eademque ordinata singula ex fontibus suis deducens. Non defuerunt etiam illustri dignitate praefulgentes, qui eundem in studiis ducem sibi seligerent. Ex his illustrissimi Comites erant, CAROLVS LVDOVICVS & OTTO FRIDERICVS, *S. R. I. Comites Rheni & Sylueſtres*, qui ipsum Germaniae tum vniuersalem tum particularem Historiam audiuerunt interpretantem. Ipse quoque Serenissimus Princeps Iuuentutis ERNESTVS AVGVSTVS, ipsi clementissime demandauit, vt Regulas heraldicae artis atque rei nummariae interpretaretur. Naturalis status ex temporato morborum vi sanguine, & colera constat. Ex quo probos mores vitiaue cernere facile licebit. Illos augere haec diuina virtute superare quotidie conatur. In re familiari miris fatis fuit exercitatus. Bona omnia a parentibus in ipsum delata, vt ante dictum, amisit, ita, vt ab vltimo, quod dicitur, obolo incoare necessum haberet, diuinae omnia debens prouidentiae. Quantas aduersitates, odia, persecutiones fuerit expertus, plerique norunt. Morborum calamitates ipsum saepius adflixerunt, vt de vita nonnunquam alii desperarent. Praeter enim grauissimum *Belgii* morbum, quo morti erat proximus, & vix post semestre spatium sanitati restitutus, nimius ex moerore sine dubio, de matris morte ipsum capiebat ardor febrilis. Post

Miris fatis exercitatur.

ali-

aliquot annos cum priores naturae vires paullatim repeteret, grauis de altiori muro lapsus eundem, non sine vitae periculo de meliori admonebat. Tales enim viuae admonitiones eundem haut raro a malis viis reduxerunt. Nec defuere luctus domestici. Parentis obitum absens luxit, mater pientissima inter ipsius manus & suspiria exspirauit, dilectissima BERTRAMIA coniux, foemina pietate & matronali prudentia prae multis aliis conspicua XXIII. Martii CIↃ IↃCCVI. pie defuncta, cuius mortem adhuc luget, lugebitque. Sequebatur mors vnici filioli II. Octobris CIↃ IↃCCVII. infantis, cuius proba indoles multa pollicebatur. Iteratum matrimonium iniit cum REGINA ELISABETHA STANDERIA, *Numburgensi*, quod Deus secundet! Supersunt ex priori matrimonio binae filiae, quas Spiritu suo ducat regatue Deus!

Matrimonium secunda vice init.

Scripta eius sunt seqq.

STRVVIVS non errans, contra *Antonii a Maya* infulsas Obiectiones editus in academia Viadrina. 1691. 4. Ienae recusus.

Bibliotheca numismatum antiquiorum. Ien. 1693. 12. ap. Io. Bielckium.

Epistola ad *Christoph. Cellarium* de Bibliothecis harumque praefectis. Ien. 1696. 12. ap. Io. Bielckium.

Fama Batauica, continens instrumenta pacis in

in S. Caesaream Maiestatem & Imperium Romanum, Regem Angliae, Regem Hispaniae, Belgium foederatum & Regem Galliae concluſa 1697. Ien. 1698. 4. ap. Io. Bielckium.

Reflexions ſur le projet de Paix, dreſsé par la France. Ienae, 1698. 4. ap. Io. Bielckium, quas Germanice vertit.

Pia mortis deſideria, in obitum Suſannae Berlichiae, matris pientiſsimae. Ien. 1699. 8. ap. Tobiam Oehrlingium.

Didaci Saauedrae Abriß eines Chriſtlichen Politiſchen Printzen. Ienae, 1700. 12. ap. Matth. Bircknerum. Hanc ideam iam Germanice Coloniae 1674. 12. editam, plerisque in locis emendauit & purius loquentem induxit.

Io. Friderici Knorrii Diſcurſus Iuris Canonici, de Poenitentia eccleſiaſtica, von der Kirchen-Buſſe. Ien. 1700. 4. ap. Salomonem Schmidium, quem ab auctore ipſi commendatum duplo edidit auctiorem, atque ex antiquitatibus potiſsimum eccleſiaſticis latius deduxit.

Antiquitatum Romanorum Syntagma, ſ. de ritibus ſacris ſyſtema abſolutius, adiecta bibliotheca, figuris aeneis & indicibus neceſſariis. Ienae, 1701. 4. ap. Io. Bielckium.

Petri Mülleri Iurisprudentia criminalis, poſt autoris obitum edita, & neceſſariis ſupplementis ab ipſo aucta. Ien. 1701. 4. apud eund.

Acta

Acta literaria ex manuſcriptis edita atque collecta, faſciculus primus. Ienae 1702. 8. & ex editione ſecunda 1706. 8. apud eund.

Bibliotheca Iuris ſelecta. 1703. 8. apud. Erneſtum Claudium Bailliar. ex editione ſecunda, eademque auctiore atque emendatiore. 1705. 8.

Introductio ad notitiam rei literariae & vſum Bibliothecarum. Accesſit Diſſertatio de doctis impoſtoribus. Ien. 1704. 8. ex editione ſecunda eademque longe auctiori. 1706. 8.

Baptiſtae Guarini de ordine docendi & ſtudendi libellus, ex MSto emendatus, addita Praefatione de formandorum ſtudiorum ſcriptoribus. Ienae, 1704. 8. ap. Henr. Chriſtoph. Cröcker.

Bibliotheca Philoſophica in ſuas claſſes diſtributa. Ien. 1704. 8. ap. Bailliar.

Acta litteraria ex MStis edita, faſciculus 2. Ien. 1705. 8. ap. Bielckium.

Acta litteraria ex MStis edita, faſciculus tertius. Ien. 1705. 8.

Selecta bibliotheca hiſtorica ſecundum Monarchias, regna, ſecula & materias diſtincta. ibid. 1705. 8. ap. Bailliar.

Pii Manes Struuiani, ſiue de vita & ſcriptis Georgii Adami Struuii. Ienae, 1705. 8. ap. Bielckium.

Hi-

Digitized by Google

Hiſtoria & memorabilia Bibliothecae Ienenſis. Helmſtadti, 1705. 4. apud Georg. Wolfgangum Hammium, inſerta eſt alteri Collectioni Schmidtianae de Bibliothecis.

Bibliotheca antiqua. Ien. 1705. 4. apud Bielckium.

Bibliotheca antiqua 1706. 4. Ien. apud Bielckium, quae ipſo dirigente prodierunt, adminiculantibus etiam aliis.

Acta litteraria ex MStis eruta, faſciculus 4. Ien. 1706. 8. ap. Bielckium.

Acta litteraria ex MStis eruta, faſciculus 5. ib. 1706. 8. ap. Bielck.

Chriſtophori Cellarii Hiſtoria noua cum ipſius ſupplementis nunc ſub prelo ſudat.

Bibliotheca antiqua anni 1707. nunc ſub prelo ſudat.

Acta litteraria ex MStis edita, Faſciculus 6. nunc ſub prelo ſudat.

Diſputationes & Programmata.

Diſſertatio de ludis Equeſtribus, vulgo Thurnier und Ritterſpielen, Praeſide Georg. Schubarto. Ien. 1689. 4.

Diſſertatio de auro fluuiatili, vulgo vom Waſchgold/ Praeſide beato Parente. ib. 1689. 4.

Diſſertatio Inauguralis de Iure Bibliothecarum

rum, Praeſide Samuele Stryck. Halae, 1701. 4.

Diſſert. Hiſtorica de variis modis decernendi ſucceſſorem. Reſp. Io. Conrado Welzio. Ien. 1703. 4.

Diſſert. de doctis impoſtoribus Reſp. Io Chriſtoph. Dorn. Ien. 1703. 8. accesſit Introductioni ad rem literariam.

Programma inaugurale de vitiis Hiſtoricorum. Ien. 1705. 4.

Diſſertatio de Ruta Saxonica. Reſp. Io. Chriſtoph Dorn. ib. 1705. 4.

Programma de Pyrrhoniſmo Hiſtorico Diſſertationibus praemiſſum. Ien. 1705. 4.

Theſes variae, Reſp. Io. Chriſt. Dorn. Ien. 1705. 4.

Theſes ex Hiſtoria Pontificum, Reſp. Io. Frieſen. Ien. 1705. 4.

Diſſertatio de mortibus Illuſtrium. Reſp. Ioh. Hermanno Groſſen. Ien. 1705. 4.

Diſſertatio de doctis Italiae Naturaliſtis, Reſp. Io. Chriſtoph. Wendler. Ienae, Ien. 1705. 4.

Programma doctus Atheus, conuerſationidus literariis praemiſſum.

Digitized by Google

XC.

IO. IACOBVS SYRBIVS

Syrbius

PRimum huius coeli ſpiritum hauſit, *Wegmariae Thuringorum*, Patre natus admodum reuerendo & clariſſimo viro, M. IO. HENRICO SYRBIO, Eccleſiae ibidem Paſtore meritiſſimo; matre ornatiſſima foemina ANNA DOROTHEA, Viri quondam maxime reuerendi & amplisſimi M. IOANNIS MOSE, Superintendentis, Concionatoris aulici *Gleichenſis*, & Conſiſtorii, quod *Ohrdruſii* eſt, Aſſeſſoris perplures annos meritiſſimi, filia, d. XXVI. Iunii A. O. R. CIↃ IↃCLXXIV. hora VII. matutina. Primis annis in patriâ partim ipſe pater partim vir perquam reuerendus HERBERTVS, *Thalenſium* adhuc Paſtor bene merentiſſimus ac poſtea Vir nobiliſſimus ac conſultiſſimus IO. MICHAEL FIEDLERVS, hodie Aduocatus Ordinarius aulicus & Conſul *Römhildenſium* dexterrimus; denique perquam reuerendus ZIGKLERVS, in Ducatu *Vinarienſi* hodie Paſtor de Eccleſia Dei optime meritus, mores ac ſtudia ipſius formarunt. Annum nonum impleuerat, cum Parens ipſum in ſcholam *Ohrdruſienſem* amandaret, & viris clariſſimis, SPINDLERO Rectori, CREDINGERO Conrectori, WIENERO Con-

Naſcitur.

Pietate & moribus in patria inſtituitur.

Scholam Ohrdruf. frequentat.

rectori ſubſtituto, KÜHNIO Cantori, GRIESSELIO, Claſſis quartae Collegae in diſciplinam daret. Priuatim ſequebatur viros literatiſſimos omnique laude dignisſimos SIMONEM ROTHIVM, eo tempore SS. Theologiae ſtudioſum, poſtea Paſtorem *Thaeregenſem* ac tandem *Wegmarienſem*, adhuc laudabiliter merentem; nec non IO. FRITSCHIVM, ſcholae patriae tum Collegam, iam vero Paſtorem *Thaeregenſem* vigilantiſſimum. Iuſſu beati Parentis anno CIↃ IↃCCXCI. menſe Decembri ſcholam *Ohrdruſienſem* relinquebat, cuius informatione fideliſſima in bonis literis, Graecis inprimis domi per aliquot menſes vtebatur, donec anno ſequenti, menſe Maio ad capiendum ampliorem ingenii cultum *Gothaṁ* mitteretur, vbi a Gymnaſii Rectore clariſſimo, GEORGIO HESSIO ſelectae Claſſi adſcriptus ſumme reuerendum & magnificum FERGIVM, Superintendentem Generalem, Conſiſtorii Ducalis Aſſeſſorem & Gymnaſii Ephorum longe meritiſſimum, nunc beatum, viros item amplisſimos, Rectorem iam laudatum, RVMPELIVM, ſelectae claſſis Profeſſorem; STROBELIVM Conrectorem; TENZELIVM Coenobii Inſpectorem, nunc Conſiliarium Regium & Electoralem Saxonicum, ac RVMPELIO ad Ephoriam *Salzungenſem* vocato VOCKERODTVM, eius in Profeſſione primum, deinde Rectoris ſucceſſorem dignisſimum magna

Gothaṁ mittitur.

gna cum voluptate nec fructu minori audiebat. Anno CIↃ IↃCXCIII. bona Praeceptorum pace dimissus a beato parente ad academiam *Ienensem* deducebatur, vbi Rectore Magnifico FRIDEMANNO BECHMANNO, SS. Theologiae Doctore & Professore Primario ad d. XIIX. Octobris albo studiosorum inserebatur. *Ienam mittitur* Ex eo tempore celeberrimis *Salanae* Professoribus ac Doctoribus, laudato BECHMANNO, VELTHEMIO, GOEZIO, POSNERO, SCHVBARTO, SCHMIDIO, HEBENSTREITIO, DANZIO & HAMBERGERO publice & priuatim, quantam potuit, dedit operam. Quanti studia Nostri aestimarint magni Viri, ex eo intelligi potest, quod amplissimum Collegium Philosophicum anno CIↃ IↃCXCVI. ad d. I. Octobris honoribus Philosophicis per celeberrimum SCHVBARTVM modeste petentem inter primos ornare non dubitarit. *Magister creatur.* Vt vero honoribus istis decenter & ex lege receptoque more frui liceret, aliquot dissertationum elaboratione effecit. Egit autem *de cultu Bacchi inter Iudaeos*, Respondente GEORGIO PHILIPPO BOEHEIM, iam verbi diuini apud *Heidelbergenses* ministro plurimum reuerendo & clarissimo, an. CIↃ IↃC XCVIII. mense Februario; *Disputat.* *De numero & serie Categoriarum*, Resp. CHRISTIANO LOEBERO, amplissimi Collegii Philosophici Adiuncto clarissimo MDCXCIX. mense Decembri, itemque de

Sabbatho gentili, Respond. SAMVELE FRISIO, iam in Ducatu *Altenburgensi* itidem diuini verbo ministro vigilantissimo an. CIↃIↃCC. Luculentius vero affectum Nostro testabatur laudatum collegium, quando ipsum non multo post in numerum Adiunctorum recipere dignabatur. Pro quo loco rite & maiorum more obtinendo an. CIↃ IↃCI. mense Iulio Dissertationem publice habebat quam inscripsit: *Pythagoras intra Sindonem noscendus*, siue historica in Physicam Pythagoream introductio, Respondente SAMVELE CHRISTOPHORO STECHERO, iam Ecclesiae *Wihensis* Pastore & Inspectore meritissimo. Anno MDCXCIX. Conrectoratus in Gymnasio *Oehringensi* ipsi offerebatur, quem vero autoritate Praeceptorum & amicorum est deprecatus. Anno CIↃ IↃCCIII. iussu & autoritate Perillustris Domini de LYNCKER, Collegium illustre aperire coepit, eamque in rem conscripsit Dissertationem epistolicam *de methodo humanioris doctrinae*, qua occasione Serenissimo Principi ac Domino, Dn. IOANNI GVILIELMO, Duci *Saxo-Isenacensi* clementissimo a primariis eius ministris praeter omnem spem & opinionem suam de meliori primum commendatus anno sequenti, ipso natali suo ad Inspectoratum Seminarii Theologici & selectae Classis, quae Collegia Serenissimus Princeps, qua est pietate & munificentia singulari, recens fundauit, vocatus d.

Adiunctus Philos. recipitur.

Conrectoratus ipsi offertur.

Collegium illustre aperit.

x.

x. Iulii *Isenacum* profectus est. Ibi annos tres totidemque menses commoratus praeter aliquot Programmata duas dedit Dissertationes, alteram *de autoritate Scripturae S. inter gentiles*, Resp. IO. CASPARE MALSCHIO, *Isenacensi*, Theol. Studioso, ac *de discrimine affectuum spiritualium & naturalium* alteram, Resp. Io. ADAMO CRAVSCHWIZ, in Ducatu *Isenacensi* Ecclesiae nunc Pastore benemerentissimo. Priorem an. CIↃ IↃCCV. mense Nouembri, posteriorem vero an. CIↃ IↃCVI. mense Augusto publice ibidem ventilauit. Hoc ipso anno Kal. Martii *Gothae* celebrauit nuptias cum lectissima virgine ANNA SALOME, Viri Magnifici & Excellentissimi PAVLI KVNHOLDI, Haereditarii in *Tambachshoff* & *Wölfis*, Consiliarii aulici & Cameralis *Saxo-Gothani*, nec non Praefecti ibidem supremi, nunc beate defuncti, filia. Ad extremum, quum praeterito anno Vir maxime Reuerendus IO. PHILIPPVS TREVNERVS, S. Theol. Doctor, primae & rationalis Philosophiae Professor Publ. Ordinarius *Augustam Vindelicorum* ad obeundum Pastoratum Minorit. & Reuerendi Ministerii Senioratum commigraret, saepius laudato Philosophorum Ordini placuit, Nostrum omnis rei prorsus nescium, inter alios ad munus istud SERENISSIMIS ACADEMIAE NVTRITORIBVS de meliori commendare. Annuit etiam DEVS T. O. M. instituto, vt ILLI con-

Inspector Seminarii Isenac. vocatur. Disputat.

Nuptias celebrat.

Ienae Profess. Logices & Metaphys.

Digitized by Google

concordi consensu ad Prouinciam istam clementissime eum delegauerint. Eam proinde ad x. Octobr. dicti anni CIↃ IↃCCVII. occupauit & laboribus suis publicis praescripsit breuem Dissertationem *de definitione Sapientiae.* Faxit DEVS benignissimus, vt omnes excellentissimi SYRBII conatus in diuini nominis gloriam & rei literariae incrementum cedant!

Scripta, quae publicauit, sunt seqq.

Disputatio de cultu Bacchi inter Iudaeos. Ien. 4. 1698.

Disp. de numero & serie Categoriarum. Ien. 4. 1699.

Disp. de Sabbatho gentili. ib. 4. 1700.

Pythagoras intra sindonem noscendus, siue historica in Physicam Pythagoream Introductio. ib. 4. 1701.

Dissertatio epistolica de methodo humanioris doctrinae ib. 1703.

Disp. de auctoritate Scripturae sacrae inter Gentiles. Isenaci, 4. 1705.

Disp. de Discrimine affectuum spiritualium & naturalium. ibid. 4. 1706.

Dissertatio de definitione Sapientiae. Ienae, 4. 1707.

FINIS.

Digitized by Google

Index Auctorum.
Numerus primus Classem
secundus pag. indicat.

Aeretius, Theoph. IIII. 64.
ab Ambsdorf, Nic. I. 2.
Arnurus, Casp. IIII. 35.
Arumaeus, Dominic. II. 84.
Auenarius, Io. I. 88.
Auianus, Io. Lac. II. 184.
Baier, Io. Guil. I. 209.
Beckmann, Frid. I. 201.
———, Io. Volckm. II. 175.
Beier, Adriani. II. 264.
Blarerus, Barth. II. 31.
Bofius, Io. Andr. IIII. 123.
Breme, v. Bremus.
Brendelius, Zach. III. 28.
———, ———, Lun. III. 35.
Brothagius, Sam. II. 49.
Bruckerus, G. H. II. 253.
Brunnerus, Balth. IIII. 36.
Bryfomannus, I. C. IIII. 39.
Buddeus, Io. Franc. I. 271.
Byssander, Ad. IIII. 16.
Caffa, Car. IIII. 138.
Chemnitius, Christ. I. 181.
Coelestinus, Io. Fr. I. 72.
Colerus, Matthias. II. 27.
———, Lazar. II. 39.
Cornarius, Ianus. III. 8.
Crause, Io. Guil. III. 60.
Crusius, Paull. IIII. 18.
Cubachius, Quir. IIII. 67.
Cundisius, Godofr. I. 164.
Danz, Io. Abdr. I. 283.
Debetius, Io. I. 106.
Didymus, Paull. IIII. 36.
Dillherr, Io. Mich. I. 150.
Dürfeld, Christoph. II. 38.
Ellinger, Andr. IIII. 16.
Eulenbecius, Dan. II. 51.
Falckner, I. C. II. 178.
Faschius, A. H. III. 76.
Flachius, Lac. III. 19.
Flacius, Matthias I. 31.
Fibigius, Godofr. II. 126.
Fincelius, D. Iac. IIII. 9.
Fischer, Sam. I. 104.
Foerstius, Mich. I. 265.
Fondannus, Ortholph. II. 7.
———, ———, II. 106.
Friderici, Io. Ad. III. 55.
Frischmuth, Io. IIII. 101.
Frisius, Io. Bernh. II. 267.
Fulda, Andr. IIII. 11.
Gerhard. Io. I. 123.
———, ———, Ern. I. 188.
Glasius, Sal. I. 141.
Goeschkusius, Sam. II. 92.
Goetzius, Ge. IIII. 146.
Grauer. Alb. I. 113.
Gruner, Vict. II. 55.
Gryphiander, Io. IIII. 61.
Gualter, Balth. IIII. 58.
Guntherus, Ow. IIII. 23.
Hackelmann, C. II. 71.
Hamberger, Ge. Alb. IIII. 197.
Hammer, Christ. I. 97.
Hebenstreit, Io. Paull. I. 258.
Heiderus, Wolfg. IIII. 45.
Heshusius, Tilem. I. 72.
Hielius, Laur. III. 13.
Hildericus, Edo. IIII. 17.
Hilliger, Ofw. II. 96.
Himmelius, Io. I. 134.
Hoffer, Io. II. 32.
Hofmann. Henr. IIII. 63.
———, Liber. II. 60.
Horstius, Phil. IIII. 70.
Hundeshagen, I. C. IIII. 151.
Husanus, Henr. II. 35.
Iobas, Iustus. I. 21.
Iudex, Matthaeus. I. 4.

Kirchner, [illegible]
Krauss. Rud. Guil. II. 131.
Langer, Jo. IIII. 10.
Libavius, Andr. IIII. 51.
Lipsius, Just. IIII. 24.
Lungershausen, J. IIII. 212.
Lymnaeg, Ge. IIII. 49.
Lyncker, N. C. II. 191.
Major, Jo. I. 117.
——, Tob. I. 177.
Marcus Josias II. 45.
Marstaller. Gervas. III. 18.
Melanchthon, Phil. I. 8.
Merolinus, Jo. IIII. 15.
Milichius, Henr. III. 21.
Minus, Mart. I. 82.
Moebius, Godofr. III. 42.
Monachius, Jo. II. 50.
Monner. Basil. II. 11.
Morderus, Jo. Ad. II. 44.
Mühlpfort. W. W. II. 99.
Müller, Jo. Georg. IIII. 204.
——, Jo. Jac. IIII. 193.
——, Petr. II. 215.
——, Phil. I. 245.
Musaeus, Jo. I. 168.
——, Sim. I. 40.
Mylius, Georg. I. 98.
——, Jo. IIII. 34.
Neander, Mich. III. 14.
Nehrkorn, Andr. IIII. 38.
Neuenhahn, Henr. IIII. 77.
Niemann, Seb. I. 195.
Olpius, S. C. IIII. 129.
Opitius, Hier. I. 92.
Olius, ——, IIII. 20.
Penoldus, Frid. IIII. 16.
Pirgitzer. Virgil. II. 40.
Piscator, Petr. I. 109.
——, torius, Jo. IIII. 39.
Pontanus, Jureg. II. 3.
Posneres, Casp. IIII. 116.
ntani ——, Jo. ——, IIII. 204.
fneri
Praetorius, Hier. IIII. 87.
Premus, Petr. II. 3.
Prüschenck. Zach. II. 110.
Rabenohr, Andr. II. 129.
Reusenius, Ambr. I. 93.
Reusner. Elias IIII. 53.
——, Nicol. II. 61.
de Reyger, Arnold. II. 76.
Rhosomannus, Laur. IIII. 52.
Richter. C. P. II. 119.
Riemer, Valent. II. 102.
Rolfinck, Guern. III. 36.
Rorarius, Ge. I. 24.
Rosa, Jo. I. 26.
Roth, Henr. Balth. II. 188.
Sagittarij, Casp. IIII. 157.
——, J. C. IIII. 93.
——, Thom. IIII. 56.
Salius, Aegid. IIII. 12.
Sartorius, Balth. I. 87.
Schaeffer. Seb. IIII. 35.
Schelhammer, C. III. 46.
——, G. C. III. 80.
Scheller, Nic. II. 33.
Schenck, Eus. III. 29.
——, Jo. Th. III. 49.
Schmidt, Jo. Andr. IIII. 178.
Schreidewin. Henr. II. 15.
Schnepfius, Erh. I. 28.
Schroeter. Ern. Fr. II. 166.
——, Jac. II. 82.
——, Jo. III. 3.
——, Jo. Christ. II. 267.
——, Jo. Fr. III. 23.
——, Phil. Jac. III. 22.
Schubartus, Ge. IIII. 172.
Selneccer. Nic. I. 63.
Sindriger, Pleic. II. 10.
Slegelius, P. M. III. 41.
Sleuogt, Jo. Hadr. III. 92.
——, Jo. Phil. II. 259.
——, Paull. IIII. 8.

Stanius, Dan. IIII. 13.
Steinacker, c. II. 66.
Stigelius, Io. IIII. 3.
Stobaeus, Io. I. 60.
Strauch. Io. II. 162.
Strigelius, Vict. I. 16.
Stromerus, Io. II. 86.
Struvius, B. G. IIII. 216.
———, G. A. II. 139.
Sturmius, Lud. III. 16.
Suenus, Io. II. 88.
Syrbius, Io. Lac. IIII. 243
Theodoricus, Petr. II. 92.
Thomas, Io. II. 154.
Treuner, Io. Phil. IIII. 198.
Varus, Ant. III. 26.
Velthemius, Val. I. 236.
Vngepaur, Erasm. II. 113.
Vnrath, Io. Casp. II. 138.
Vrwerth, Io. II. 53.
Voitus, Alb. IIII. 45.
———, Dan. I. 84.
Wedelius, Ern. H. III. 97.
———, Ge. W. III. 76.
———, Io. Ad. III. 104.
Weigelius, Erh. IIII. 105.
Weissenborn, Io. I. 252.
Welsenius, Iac. IIII. 40.
Wesenbeccius M. II. 18.
———, Petr. II. 53.
Wexius, Io. Chr. II. 172.
Widebramus, Fr. IIII. 13.
Wigandus, Io. I. 43.
Wildvogel, Chr. II. 241.
Wirn, v. Cymnaeus.
Wolff. Iac. III. 85.
———, Mich. IIII. 60.
Zapfius, Godofr. IIII. 133.
Zeisenius, Wolfg. IIII. 22.
Zeisoldus, Io. IIII. 88.
Zeschius, Guil. I.
Zober, Iac. IIII. 22.
Zoelner, Io. IIII. 42.
Zwilling. v. Didymus.

* * *
* *
*

87 A 24
XXX VI 30

Digitized by Google

Digitized by Google